Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

Decas Trisdecas Mosaica seu Commentarii in Exodum Pars 1. Exhibens CXXX. illustrissima secundi libri Mosis loca, & adeo primam Exodi partem ante-Legalem, adusq[ue] Cap XX. Exodi

Rostochii: Richelius, 1653

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

49. a. 4.

F. d. 1013.

822

1012.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0004
DFG

DECAS TRISDECAS MOSAICA
seu
COMMENTARII
IN
EXODUM
PARS I.

Exhibens
CXXX. illustrissima secundi libri Mosis loca, & adeo primam **EXODI** partem ante-Legalem, adusq; Cap. XX.
EXODI.

Conscripta & publicè in Illustriss. Ducum Mekelb. Academiâ ad disputandum proposita.

AUTORE & PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,
SS. Theol. D. & in Univers. Rost.
Ducali Profess.

Accessit Disputatio
De Pesach s. Agno paschali Hebræorum.

ROSTOCHII
Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. 1653.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0005
DFG

Serenißimo ac Celsißimo Principi ac
DOMINO,

DOMINO

ADOLPHO FRIDERICO

Duci Mekelburgico, Principi vetuſtæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comiti Sverini, Terrarum Roſtochii & Stargardiæ Dynaſtæ,

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

DOMINO meo longè CLEMENTISSIMO,

à

SAPIENTIA ÆTERNA

per quam

Principes Principatum obtinent

SPIRITUM CONSILII

potentiæ & reverentiæ Domini

& per hunc

Glorioſum tot Pricipatuum & terratum regimen cum feliciſſimi novi anni voto

precor

Serenitatis ejus humilimus

& ſubjectiſſimus ſervus

A. Varenius.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0006
DFG

SERENISSIME DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.

AD Principum, Christianorum maximè, gloriam facit, qvo triumfalem hymnũ, purpuratus Israelis vates claudit: DEO *sunt scuta terræ.* Qvod Principes *clypei* sint; qvod scuta terræ sint id subditis est beneficium: qvod scuta terræ DEO, & Regi Jesu CHRISTO, peculiariter curæ sint, id verè est *apex Principum.* Tuus imprimis, ADOLPHE FRIDERICE, qvi, licet insignium & Regiorum stemmatum invictâ & incomparabili majestate, nullo Europæorum Regum & Principum stemmate fis inferior, illam tamen æstimas purpuræ tuæ potentiorem principalitatem, qvæ se & subditos DEO subjicit. Orthodoxæ religionis Symbolum, qvod CONCORDIAM dicimus, nutantibus vel manifestè se separantibus aliorum subscriptorum Illustriss. Successoribus, te, Sereniss. Princeps, solidum & genuinum subscriptoris Sereniss. ULRICI suo & JOHANNIS ac SIGISMUNDI AUGUSTI nomine subscribentis, hæredem ac vindicem agnoscit. Orbi constat, qvid pro religione egeris. Nec orbi obscurum esse potest, qvàm insigni cœlo curæ fueris. Ampliora hîc cogito, qvám calamo exprimo. Ad institutum venio. *Decem jam anni sunt, ex quo Sereniß. Vestræ Celsitud.* dignatione in hâc Academia mereo: qvid sive rerum gesserim, sive *mercedis* acceperim, id meum non est dicere: præstat ὀψώνια Academica tacere, & qvicqvid benè gestum est, cœlo transcribere. Nihil hactenus in Sereniss. Vestrum conspectum tenuitas mea mittere ausa fuit, qvia Interpretem vel ignoravit, vel nullum habuit: diutiùs tamen abstinere, mens devota noluit: sed Sereniss. Vestræ Celsit. hoc munusculum Academicum destinavit, debitum Sereniss. Vestro nomini, in cujus Academiâ & sub cujus nomine conscriptum & publicatum fuit. Offero a. COMMENTARII MOSAICI in librum 2. seu EXODUM *partem primam, quâ pars prima libri secundi Mosis,* XIX. capp. prioribus contenta CXXX. locis includitur, & ex sanctissimis fontibus explicatur. In partem *Legalem & antelegalem* tota EXODUS commodè dividitur: illa à c. 20. & adeò à solemni Legis promulgatione incipit, & non nisi *Legem moralem* c. 20. *forensem* c. 21. 22. 23. *ceremonialem* c. 24. 25. ad finem usq; totius libri & *erectum tabernaculum* proponit. Hæc admirabilem Israelis historiam, tùm ante egressum ex Ægypto, tùm egressus stupendi, tùm post egressum, qvomodo sc. *Omnes sub nube fuerint, & omnes ad Mosen usq; in nube & mari baptizati fuerint, quomodo omnes cibum spiritualem manducaverint, & potum*

potum spiritualem biberint, potum, inquam, ἐκ τῆς πνευματικῆς πέτρας, qvæ erat JESUS CHRISTUS, & sanctissima alia 19. capp. proponit. Hanc 14. Disputationibus, post absolutam Genesin, publicè propositam, & nunc publicatam, partem primam, Seren. V. Celsit. humilimè inscribo. Faveat gratiosè V. Serenitas suo *per decennium jam Servo & Professori.* Ego, cum præter humiles preces & studia debita nihil gratiarum reddere possim, votum addo. Vivat, floreat *instar palmæ, & sicut Cedrus Libani,* in ipsa Illustriss. canitie Gloriosissimus Princeps ADOLPHUS FRIDERICUS! floreat *ad usq; consumationem seculi* Celsiss. & Regia domus Mekelburgica, qvæ qvamdiu sub ADOLPHIS, FRIDERICO & GUSTAVO sanctissimis principibus, stabit, & horum similes Principes habebit, tamdiu his terris, Ecclesiæ & Reipubl. malè esse non poterit. Vivat per novum & multos successuros annos Sereniss. Vestra Celsit. gloriosè & serenissimè. Dabam celerr. Rostochii ipsâ παρασκευῇ γενεθλίῳ Salvatoris Jesu Christi Anno cIↃ IↃc LIII. finiente ex Colleg. Med. Lun.

Nomina Eximiorum & Doctissimorum
DN. Studiosorum Respondentum

1. JOACHIMUS Schwartzkopff Rostochiensis d. 10. Jun. Anni 1652.
2. M. JOACHIMUS SIMONIUS Cöslin. Pomeran. Ecclæ ad D. Barbar. Dantisc. Pastor. disp. d. 20. Jan. an. 1652.
3. JOHANNES ERNESTUS Scheele Cellâ Lunæb. d. 31. Jan. ann. 1652.
4. CHRISTIANUS Schwartzkopff Rostochiensis 7. Febr. anni 1652.
5. M. FRANCISCUS CLINGIUS Westphalus, Pastor Eccles. in oppido Fridland d. 20. Febr. an. 1652.
6. M. FRIDERICUS Büchsenschmidt Holsatus. Ill. Com. Rantzov. Concionator d. 28. Febr. 1652.
7. M. HENRICUS FRISIUS Rostochiens. d. 20. Mart. 1652.
8. JOHANNES Hasenhertz Lubecensis d. 27. Mart. 1652.
9. REINHOLDUS DERSCHOW Nobilis Boruss. d. 2. Oct. 1652.
19. WILHELMUS DETHARDINGUS Stetin. Pomer. m. Mart. ann. 1653.
11. ARNOLDUS Steinweg Bremensis m. Mart. anno 1653.
17. HERMANNUS Erdtmann Palæogæo Bremens. d. 1. Octobr. 1653.
13. HERBOLDUS KELLIUS Hannoveranus d. 10. Octobr. Anno 1653.
14. HARTMANNUR Koch Ditmarsus, de Agno Paschali d. 17. April. Anni 1652.

Absoluto בידי אביר יעקוב libro Genes. s. Bresith 11. disputationibus בש׳ ה׳ית, nunc ad Exodum, s. librum *Elleschmoth* ejusdemq́; Pharascham primam toti libro, obsymbolũ primi argumenti cognominẽ, & sirempse; sine antiqvitatis & majestatis Mosaicæ panegyricis accedim⁹, voto laborẽ consecrantes אנה יהוה הצליחנה

הבה אל תעצומות מוציא לאור כל תעלומות
הרבה בין החכמות הצלח כתב ספר שמות

DECADIS PRIMÆ

LOCUS I.

Exodi Argumentum.

§ 1.

Admirabilem Ecclesiæ Judaicæ à morte JOSEPHI ad usqve annum 2. Exodi per 140. plus minus annos, inter ipsas Ægypti angarias, amplificationem, potentem conservationem, stupendam liberationem, & defensionem, gloriosam gubernationem, gratiosam per משפט כתוב seu verbum scriptum & traditum informationem, in certissimum præsentis Ecclesiæ ad usqve consumationem seculi per providentiam præsentis Dei firmamentum, illustri planè monumento fistit Exodus seu liber *Schmoth* Hebræis, *Schmos* Judæis dictus.

§ 2. Facit hoc ita, ut 4. ostendat *illustria mirabilia* 1. Ægypti ad c. 13. 2. *Maris rubri* c. 14. & 15. 3. *Sin* & *Sinai* à c. 16. ad 25. 4. Præscripti mystici *sanctuarij* à c. 25. ejusdemq́; *gloriosè impleti* per *Schchinam*, seu *nubem gloriosam*, qvâ proinde tota clauditur Exodus c. 40.

LOCUS II.

Ortotomia Exodi & Chronologia.

§ 3. Specialius ἀνατομίαν Exodi sistat hæc tabella.

Liber Schmoth dividitur in partem

- Historicam qvæ continet Dei in Israele gesta qvæ vel sunt
  - 1. Liberationis antecedentia ad c. 11. ubi not.
    - 1. Liberationis ἀφορμὴ, Ægyptii ex invidentiâ Israelem opprimentes c. I.
    - 2. Παρασκευὴ in Mosis generatione, educatione, vocatione, cum Aarone conjunctione & legatione, c. 2. 3. 4.
    - 3. Liberationis διαδοχὴ tum
      - 1. Per Isr. παθήματα
      - 2. Per Mos. & Aar. ῥήματα à c. 5.
      - 3. tùm per X. θαύματα qvæ ponuntur
        - 1. aqvę in sang. c. 7.
        - 2. ranarum c. 8.
        - 3. pediculorum.
        - 4. colluviei animalium.
        - 5. pestis. c. 9.
        - 6. ulcerum
        - 7. grandinis.
        - 8. locustarum. c. 10.
        - 9. tenebrarum.
        - 10. primogen. c. 11.
  - 2. Concomitantia ad c. 15. ubi notetur Liberatio, ut
    - 1. facta c. 12.
    - 2. signata, consecratâ primogeniturâ c. 13.
    - 3. consumata & maris miraculo nobilitata c. 14.
    - 4. hymno solemni celebrata c. 15.
  - 3. Conseqventia adusqve cap. 19. ubi symbolum argumentorum
    - 1. Manna c. 16
    - 2. Massa c. 17.
    - i. e. mirabilis populi Israel. per panē de cœlo aqvā de petrâ sustentatio.
    - 3. מלחמה seu clades Amalekitica c. 17.
    - 4. ישיבה seu Judicum ordinatio prima c. 18.
- Dogmaticam qvæ continet Dei in Repub. Israelis instituta, idq́;
  - 1. παρασκευαστικῶς c. 19.
    - 1. in moralibus c. 20.
      - 1. à Deo ordinata ad c. 31. ubi interponitur
        - 1. Populi μοσχολατρεία c. 32.
        - 2. Mosis Litania.
        - 3. Dei εὐδοκία & revelatio gratiosa c. 33.
        - 4. Tabula Legis iterata c. 34.
      - 2. ut operâ sapientū artificium perfecta seu fabricata, idq́; tum resp.
        - 1. Tabernaculi &c. c. 36.
        - 2. Arcæ c. 37. &c.
      - 3. ut observata idq́;
        - à Populo c. 38.
        - à Sacerdotio c. 39.
      - 4. ut ordinata, disposita & glorificata c. 40.
    - 2. forensibus c. 21 22. 23. 24.
    - 3. Ceremonialibus à c. 25. ad 31. eaq́; ut
  - 2 ὑποστατικῶς à c. 20. idq́;

§. 4. Qvà Chronologiam ſupponimus omni vetuſtati κέντρα vel ſolſtitialia, vel æqvinoctialia Annorum fuiſſe exordia, qvale punctum cum ante exodum fuiſſet æqvinoctiale Libræ, idemq; orbis perfecti: In Exodo ponitur in Ariete: hinc ergo duplex Tkupha, una Niſan, altera Tiſri. Sic, uti omnium gentium mos fuit, vel à Regibus, vel à rebus planè illuſtribus & memorabilibus eram ſumere (qvales ſunt Olympica, Nabopollaſſaris, Nabonaſſaris, Alexandri, Julii, Urbis conditæ, periodi Actiacæ &c.) ita in ſacris celebratiſſimæ ſunt epochæ anni diluviani, Sedkiæ, Ichoniæ deportati &c. maximè autem Exodi, qvæ juxta Scaligerum incidit in Annum orbis conditi 2453. ut annus nati Moſis ſit 2373. ſed his nunc non immorabimur.

§. 5. Qvi literas, voces, verſus, & omnia maxima, magna, minima Scripturarum numerarunt Maſorethæ, notant in Exodo verſus אורט i. e. 1209. & inter hos medium illum de *non maledicendo Dijs*, Exod. 22, 28. notant item Paraſchas minores 29. majores ſ. Sidras XI. ſcil. 1. Paraſcha Schmoth ad v. 2. c. 6. 2. וארא ſ. vaera manifeſtatus ſum ad c. 10. 3. בא ad c. 13, 17. 4. בשלח ad c. 18. 5. יתרו ad c. 21. 6. משפטים ad c. 25. 7. תרומה ad c. 27, 20. 8. תצוה ad c. 30, 11. 9. תשא ad 35. 10. ויקהל ad c. 38, 21. 11. פקודי ad c. 40. & finem, qvæ ſingula nomina accuratiùs intuenti ſymbola eſſe poſſunt argumenti, ſi non omnis, tamen principalis.

LOCUS III.

Argument. Paraſchæ I.

1. Argumentum Paraſchæ I. eſt 1. מרבה העברים ſ. Iſraelitarum multiplicatio. 2. ענות במסים ſ. *eorundem per duriſſima ſervitia afflictio.* 3. צו על זכרים ſ. *barbara Ægyptij de maſculis Hebræis vel in partu extinguendis, vel in aquâ ſubmergendis* conſtitutio. c. 1. 4. עלומי משה ſ. *Moſis ex aqvis educti adoleſcens educatio.* c. 2. 5. שכינת הסנה ſ. *Divina Moſis è rubo vocatio.* c. 3. 6. בריתות המילה c. 4, 25. ſ. *filij circumciſio.* 7. סמיכת נשיקה â v. 27. ad f. cap. ſ. *Moſis cum Aarone per oſculum collegiale conjunctio.* 8. ראשית שליחות ſ. prima, eaq; terno miraculo honorata legationis executio. 9. מכפל שיעבוד ſ. ſervitutis duplicatio.

2. Omne אשר pronom. item האשר item אלה & האלה est indifferens ad לשון ורר ונקבה, neqve ה mutat genus: sed manet Milel atqve adeò ה׳ נוסף: porrò שמות sub formâ plurali declinationis secundæ semper est masculinum: sicut נשים item פילגשים sub formâ declinat 1. semper fœminina: usqve adeò nec ים nec ות est constans סימן זכר ונקבה: sed saltem declinationum: non generum: in contradistinctione tamen ים & ות adjectivorum, semper discernuntur genera: nec propterea masculinum est שרות qvia אבות.

LOCUS IV.

Exod. c. 1. 2. 3. 4.

ויהי כל נפש יוצאי ירך יעקוב שבעים נפש

Chald. *LXX. animæ:* ita & reliqvi Orientales, & Occidentales.

Præter LXX. qvorum editio habet, ἦσαν αἱ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ιακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Alibi autem Gen. 46, 27. ἦσαν αἱ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, αἱ εἰσελθοῦσαι μετὰ Ιακὼβ εἰς Αἴγυπτον οἱ ἐξελθόντες ἐκ τῆ μηρῶν αὐτοῦ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. LXXV.

Concl. una. Qvi ex editione Græcâ, qvæ (an ἀληθῶς, an ψευδωνύμως nunc non inqvirimus) τῶ LXX. nomen habet, hîc vel suspicantur corruptos fontes, illos ipsa fontium Hebraicorum hoc in loco constantissima lectio, loci hujus ad illum Gen. 46. relatio, accuratissima ibidem & specialissima numeri LXX. computatio & συλλογὴ, omnium Orientalium Interpp. Chaldæorum maximè autoritas, scrupulo vel suspicione liberare potest: qvi, uti & occidentis versiones solâ Græcâ exceptâ, hîc stant pro מקור ישראל & numero capitum LXX. nec ipsorum Pontificiorum Zelus, Bellarmino, *bonus quidem: sed non secundum scientiam* vid. l. 2. de Verb. Dei c. 2. audet hîc uti in Psalmis, Græcos præferre Hebræis: *Si enim hîc esset textus Hebraici corruptio, sequeretur apertè vulgatam editionem esse corruptam, qvam tamen Ecclesia* (qvæ? in *conciliabulo Tridentino*) *pro versione authenticâ tradidit:* qvæ est *scientia* illa Bellarmini, qvam in illis *Zelotis* desiderat.

Concl.

Concl. 2. Sed qvid fiet de editione τῶν LXX. & numero τῶν LXXV? R. dubium nullum qvin sit ἁμάρτημα, neq; tamen illud casuale, ex incuriâ, atq; adeo γραφικὸν ἢ μνημονικὸν: dum enim 5. personas de familia Josephi, tres scil. nepotes, & duos pronepotes speciali & ab ipso Spiritu S. Gen. 46. expresso, capitum numero addunt, satis destinatum, & deliberatum errorem arguunt, tum in hoc Exodi: tùm in illo Geneseos loco, licet alitèr & ad veritatem Hebraicam expresserint in Deuteron. 10, 22.

Concl. 3. Ad benedictionis eqvidem divinæ miraculum, parum interest, sive ex LXX. sive ex LXXV. excreverint illæ רבבות אלפי ישראל, at interest, ut non addamus ad id, nec minuamus de eo, qvod scriptum est. Constantèr tùm in illo Genes. tùm Exodi, tum Deuteron. loco Spiritus S. LXX. saltem exprimit animas: qvis nostrûm hîc ausit id corrigere & ponere LXX. at id tamen ausi οἱ LXX. Metaphrastæ: errarunt ergò tùm in illâ additione, tum numeri ἐν τῇ συλλογῇ mutatione s. auctione: nec illos vel pisticâ, vel mysticâ, vel propheticâ, uti Augustino placuit, vendicamus libertate.

Concl. 4. De LXX. editione alibi in Decad. 8. Loc. X. Genes. item in Disp. de Zemach IHOVAH uti & in Decad. Gen. 1. ad loc. *Faciamus heminem* &c plura diximus, & jam ante in prologis eruditè hîc sententiam dixit sanctissimus Hieronymus e. c. ad *Chr. Domm. Rogat. Pentatevech.* qvæ vel repetere, vel exscribere supersedemus: distingvimus saltem inter editionem τῶν LXX. qvalis 1. fuit adusq; Christum. 2. tempore Christi & Apostolorum. 3. Origenis, & Hieronymi. 4. nostro tempore. Si enim sibi constat id qvod Aristæus, Philo, & tota ferè antiqvitas clamitant, editionem illam Græcam olim per omnia ad stuporem usq; fontibus Hebraicis consonam fuisse (qvod tamen assertum non unius æstimamus assis, qvippe sine αὐτηψίᾳ illius tam celebratæ editionis τῶν LXX. â patribus, & sine solidâ fontium cognitione ab Aristæo profectum) jam inde ab Origenis & Hieronymi ætate LXX. editio mixta & insignitèr corrupta fuisset, & qvæ vix amplius pompam splendidi τῶν LXX. nominis mereretur:

sed unde nunqvam & nullis patribus visi, nec cum fontibus collati constat consonantia? an forsitan illud pium nugamentum? qvod si non constat illa consonantia: nec constat ex LXX. facta, allegatio Apostolica: ad minimum erit ex hâc hypothesi dubia. Qvod si verò qvalis fuit tempore Origenis & Hieronymi: talis fuit tempore Apostolorum & Christi, interrogemus, eos qvi Apostolos secutos dicunt ☞ LXX. ubi scriptum sit in LXX: ex *Ægypto vocavi filium meum:* item: *Nasareus vocabitur:* item: *videbunt in qvem compunxeunt:* item: *flumina de ventre ejus fluent aqvæ vivæ*, &, *qvæ nec oculus vidit* &c. & cum in Græcis LXX. monstrare non possint, *de libris Hebraicis proferantur*, unde & Christus loqvitur, & discipuli exempla sumserunt: qvod argumentum est Hieronymi in prol. pentat. &c. qvod si qvalis nostro est, Apostolorum qvoq; fuit seculo, qværimus unde allegationem loci Esa. 42, 1. habeat c. 12, 18. Matthæus, qvi cum â LXX. planè sit alienus, & fontibus Hebraicis consonus, tamen illum ex LXX. editione allegasse deliravit ex seculo bonus *Lira:* qvomodo locum Os. 11. 1. Zach. 12, 10. Es. 64, 3. ex LXX. allegaverit codex N. T. Græcus, in his locis planè â LXX. alienus, & ubi delituit hæc versio tempore Hieronymi? qvis Jer. 17, 1. restituit vocem Ἰούδα, qvæ non fuit tempore Origenis & Hieronymi? Atq; adeò Apostolos allegavisse LXX. Interpretes audacius dicitur, qvàm ex ipsâ allegatione probatur. Instantia. *Datur consonantia* R. 1. datur & dissonantia. 2. illa consonantia particularis non magis probat Apostolos allegantes ex LXX. qvam illam qvæ nomen habet LXX. ad consonantiæ cum N. T. larvam ostentandam & autoritatem conciliandam, ex N. T. allegationibus *sine omni sæpè judicio*, per suos emendatores & correctores exscripsiste illa singularia loca, cujus exemplum vid. ap. Bell. l. 2. de V. D. c. 2.

Concl. 5. Numeratio apud Mosen talis est: in classe Leæ Gen. 46. â v. 8. ad 16. ponitur summa 33. incluso Jacobo capite, exclusâ Leâ matre: in classe filiorum silpæ ad v. 19. silpâ exclusâ 16. in classe Rachelis ex Joseph & Benjamin, exclusâ Rachele 14. â v. 19. ad 33. in classe Bilhæ, exclusâ matre 7. ad v. 26. Huic numero geminam distinctamq; subductionem, utramq; *egredientium*

tium ex femore Jacobi & descendentium in Ægyptum: sed unam inclusivam tantùm ipso actu ingredientium cum Jacobo: alteram inclusivam simul & *Capitis Jacobi*, & jam *ingressi Josephi*, ejusdemq; *duorum* jam tùm adultiorum *filiorum* subjungit Moses: illam in v. 26. ubi & Jacobus eximitur, qvia *omnis anima qvæ venit cum Jacobo in Ægyptum, item, egressa de femore Jacobi* saltem memoratur, & *Joseph ejusq; filii*, qvi expresè hîc â priori numero eximuntur v. 27. memb. 1. qvia non *fuerunt* נפשׁ הבאת participialiter, & ut sumitur in v. 26. hanc in v. 27. membr. 2. ubi totum numerum capitis Jacobi & filiorum, ex femore Jacobi egressorum, & in Ægyptum ingressorum συλλογίζεται unâ propositione: *Omnis illa anima Domus Jacob, qvæ venit in Ægyptum* fuit LXX. nec additur hîc illud יוצאי ירכו qvia amplior hîc debuit numerus dari, & Jacobus includi, nec dicitur: *qvæ venit Jacobo* seu cum *Jacobo in Ægyptum*, qvia nec Joseph, nec duo ejus filii hîc fuerunt excludendi: includuntur tamen in hoc numero non nisi uno Jacobo, velut capite excepto, omnes de femore Jacobi egressi, & vel cum Jacobo, vel paulò ante in Ægyptum ingressi: unde in speciali subductione v. 8. præponitur JACOB *& Filii ejus* & in συλλογῇ numeri 66. in v. 26. contradistingvitur & excluditur: at in διαδοχῇ v. 27. includitur: Excluduntur ergò tùm in numero 66. tum in generali subductione ex personis in illo speciali συλλογισμῷ memoratis, qvi non fuerunt *JACOB & Filii ejus* s. *egressi de femore Jacobi*, atq; adeò 4. matres Lea, Silpa, Rachel, Bilhah, & uxores filiorum Jacobi unde & expresè dicitur in v. 26. *exceptis uxoribus* (& Jacobi, &) *filiorum Jacobi:* qvin & ex egressis de femore Jacobi, excluduntur in IHUDA *Er & Onan*, substitutis ludæ nepotibus vid. v. 12. qvia licet fuerint egressi de femore, tamen non fuerunt ingressi vel cum Jacobo, vel ante: at præter Jacobum, omnis qvi est de numero LXX. Mosaico, debuit esse & יוצא ירכו s. *de femore egressus*, & בא s. in Ægyptum *ingrediens* vel *ingressus*.

Concl. 6. Jucundissima jam erit ἐναλλοφανὴς in Oratione Stephani, tùm cum Gen. 46, 27. tùm cum Exodi c. 1, 5. conciliatio.

liatio. Hic in Exodo dicitur: Omnes animæ egressæ de femore Jacobi (& ingressæ in Ægyptum, sc. cum Jacobo, expresè enim ponitur in memb. 2. v. 1. את יעקוב incluso item Josepho: expresè enim additur: Joseph autem jam tum in ingressu Jacobi fuit in Ægypto v. 5. memb. 2. egregiè hic Chaldæus unâ particula ד id explicat sicut eadem Gen. 1, 20. implicat) fuerunt LXX. idem dicitur Genes. 46, 27. *Omnis anima* (egressa *de femore Jacobi*, & *ingressa* in Ægyptum, incluso *Jacobo*) *fuit L X X.* in qvo numero, omnia individua in c. 46. expressa continentur, exceptis 1. *uxoribus* 4. Jacobi 2. Er & Onan, qvippe qvi fuerant qvidem de *familiâ Jacobi:* at partim nec de *femore egressi*, partim non *ingressi:* in hâc ergò subductione Mosis, qvæ pro objecto habet *egressos & ingressos*, omninò fuerunt excludendi: at in Oratione Stephani includendi: erant enim *in Lege expresè nominati:* & 2. *pars fuerant familiæ Jacobi:* adduntur ergò ad numerum τῶν LXX. Mosaicum, 4. uxores, & duo filii Ihudah: sic erit numerus cum JACOBO, LXXVI: hoc excepto & contradistincto, LXXV. & sic divinissimè, planeq; numero Mosaico speciali congruè, dicit *mississe Josephum*, item *accersivisse Patrem suum JACOB* (qvi hîc eximitur ex numero seqventi) & *omnem cognationem suam qvæ fuerit* (juxta specialem recensionem Mosaicam) *in 75. Animabus.* Verissimè. Posuerat enim Moses Gen. 46. *familiam Jacobi, præter Jacobum in 75. animabus*, totidemq; ipsis nominibus expresserat: idem facit Stephanus, minutissimorum in Mose observantissimus, & ut faceret, postulabat invidia & excellentia Synedrii in Legis litera peritissimi, adeoq; nulla planè est contrarietas inter Mosen & Stephanum: uterq; familiam Jacobi ponit in 75. animabus: Moses etiam illas 75. animas præter Jacobum ipsis nominibus exprimit, nec plura qvam 75. nomina præter Jacobum ponit: at ex his 70. incluso Jacobo, meminit, quorum 69. competat utrumq; & *egredi de fempre Jacobi: & in Ægyptum ingredi*, qvod non competebat ó. illis, 4. sc. uxoribus Jacobi, & Er & Onan, qvos proinde licet nominatos, v. 12. &c. non includit Moses, nec includere potuit in summâ Gen. 46, 26. 27. Exod. 1, 5. at Stephanus includere debuit in familiâ s. familiæ Jacobi summâ;

mâ: fuerunt enim γενεαλογούμενοι, ſ. *expreßi ſuis nominibus in Jacobi genealogiâ* & familiâ Gen. 46. qvæ etiam cauſa eſt, qvod, cum, plura capita in familiâ Jacobi exſtiterint, exempli causâ, *uxores filiorum*, tamen, familiam Jacobi non extenderit, nec extendere potuerit Stephanus ultra LXXV. qvia illa plura capita non fuerunt propriis nominibus in cognatione illâ Jacobi expreſſa: ſed numerus capitum nominatorum, præciſo Jacobo, non ponitur vel nominatur amplior qvam LXXV. â Moſe: talis ergò numerus â Stephano erat exprimendus ut Oratore & Legis interprete: qvia, ut fuerint plures perſonæ in illâ familiâ: tamen non fuerunt expreſſis nominibus γενεαλογούμενοι in Moſe Gen. 46. In tantâ ergo Moſis & Stephani conſonantiâ rejicimus 1. qvi Lucam in Actis non debuiſſe aliqvid contrarium ſcribere τοῖς LXX. qvippe qvorum editio jam fuerit inter gentes divulgata, majorisq; autoritatis: qvàm Evangeliſta, magis audactèr: qvam Scripturarum βεβαιότητι & majeſtati convenit, aſſerunt, & vulgatis jam apud gentes abuti ſcriptores S. teſtimoniis dicunt: impiè: qvaſi verò delirantibus codicibus Græcis deliraſſent & illi, qvi ἐν τῇ γραφῇ fuerunt φερόμενοι â Spiritu S. rejicimus 2. qvi γράφικὸν ἁμάρτημα hic ſuſpicantur, & illud Stephani πέντε ſpurium, vel pro πάντες â deſcriptore poſitum.

Concl. 7. At ſi hîc in numero τῶν LXXV. non errarit Evangeliſta: nec errarunt οἱ LXX. &c. nulla conſeqventia: notentur ſaltem tres Moſis propoſitiones: Una: *Tota familia Jacobi, præciſis uxoribus filiorum, fuit, præter Jacobum 75. animarum:* hæc propoſitio fluit ex Numero omnium individuorum qvæ memorantur â Moſe Gen. 46. â v. 8. ad 26. neq; enim plura, ſi qvis velit omnia συλλογίζεσθαι, ibi reperiet: & hanc propoſitionem ponit Stephanus, atq; adeò ſummam vel מנינא omnium capitum â Moſe nominatorum colligit: diviniſſimè: illas autē 75. præter Jacobum animas ingreſſas in Ægyptum nec Moſes dicit, nec Stephanus: Er ließ ruffen ſeinē Vater Jacob/uñ ſeine Freundſchafft/welche da beſtund (nach der beſchreibung Moſis Gen. 46. confer Syrū) in 75. Seelen. II. Omnes animæ egreſſæ ex Jacobi femore, & ipſo actu cum Jacobo ingreſſæ

fuerunt 66. qvæ propositio est v. 26. excluso Jacobo, Josepho & 2. filiis. III. *Omnes animæ egressæ de femore Jacobi, & ingressæ sive ante, sive cum Iacobo, unà cum Iacobo capite fuerunt LXX.* hæc propositio est Gen. 46, 27. Exod. 1, 5. Qvisqvis hîc pro LXX. ponit LXXV. errat, idq; πολυμερῶς ἢ πολυλεξίπως, personas & numerum addendo, cui nec competit illud: *egredi de femore*, nec *ingredi in Ægyptum.* Errarunt ergò οἱ LXX. at non erravit Evangelista, qvippe cujus propositio ab illâ Exod. 1. 5. & re & positu, & respectu est diversissima. Poterant qvidem LXX. excusari, qvod addiderint nepotes Josephi, qvi ex Speciali Testamento Gen. 48. erant ut nepotes Jacobi, & extra hoc si fuisset, memorantur & nepotes Ihudæ v. 12. & Ascher in classe filpæ. at qvis LXX. licentiam dedit illa capita addendi, qvis numerum de femore egressorum & ingressorum â Spiritu S. expressum specialissimè, mutandi, augendi? Inexcusabilis ergò est illa Græcorum audacia: at cum Mose planè consonat Evangelista: modò non confundantur qvæ in Mose sunt distincta: neq; enim Stephano propositum fuit versum vel 26. & 27. ex Gen. 46. vel 5. ex Exodo interpretari: sed ex Gen. c. 46. summam totius cognationis Jacobi capitum συλλογίζεσθαι, idq; fecit ita accuratissimè, ut ne qvidem, qvi ad captandas Stephani voces, distortis auribus adstabant, potuerint vel contra mutire: sed habuerint, qvod admirarentur in futuro Martyre: unde cum Legem contra loqvi non possent, loqvebantur lapides. Qvâ voces notat ר. Aben Esra: 1. אין בכנין הקל פעל שיהיה האות המשרת בשוא רק זאת הגזרה וגזרת ויחי יע׳ שתי אותיות שמאותיות הנוח rationem i. e. Formativa kal non Schvatur, nisi in radicibus חיה & היה propter duplicatam in singulis qviescentem literam Jod & He. 2. idem ad *egredi de femore* רמז לקרוב אליו אבר המוליד: adducit alium locum ubi idem σεμνῶς *pedum* nomine significari putat Jud. 3, 24. coeterum de phrasi *egredi ex femore*, qvæ reperitur Gen. 46, 27. hîc & Jud. 8, 30. ut & de *Iuramento ad femur mystico* Gen. 24. 2. 9. & c. 47, 29. alibi. Ultraq; & vox egrediendi & egredi de femore

femore significationem habet *generationis totius suppositi:* ipse DEI filius & qvà in æternitate generatur genitus, *egressionum* vocabulo: sed מקדם מימי עולם & qvà naturam de virgine sumtam, *egressus ex Bethlehem* describitur in uno vers. 1. c. 5. Mich. cui planè respondet, qvod in N.T. ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος Δαβὶδ ἀναστησόμενος dicitur Act. 2, 30. sicut alibi Israelitæ dicuntur ἐξελήλυθότες ἐκ τῆς ὀσφύος Abraham, & *Levi* in lumbis s. *femore patris Abrahami* fuisse dicitur Hebr. 7, 5. 20. unde *an immediata animarum productio seu creatio, an per traducem propagatio:* an tertius aliqvis intermedius modus, tum in Origine nostræ: tum CHRISTI animæ dandus, exqvirendum in Theologiâ: licet hîc intermedium modum *impossibilem* statuerit jam olim Eusebius: Augustinus *inexplicabilem:* & Alexandrinus, Tertullianus, *traducem,* & ex illâ animæ, ut *flatus & substantialis vaporis,* generabilitatem, materialitatem, imò & ex naturâ *mortalitatem:* immortalitatem nonnisi ex gratiâ: neq; animæ immortalitatẽ hodie tuebitur, qvi, exmente *Tertulliani* traducem: atq; inde post Augustinum, itum â Patribus (jure, an injuriâ hîc non definimus) communibus votis in sententiâ Ecclesiasticam de *Creatione,* paucissimis exceptis, qvi maluerunt ἐπέχειν.

LOCUS V. Exod. 1, 7.

CONcl. 1. Jam mortuus erat Joseph, & cum Josepho olim *Ægypti servatore,* illud *Abrech* proclamante præcone, omnis beneficiorũ memoria: nec, nisi in mense forsitàn, supererat illius, qvi qvondam fuerat *Zophnat Paaneach,* obscura, & ipsis ignorata Ægyptiis Josephi persona: *surrexit enim rex novus super Ægyptios* (an de aliâ gente, & violentus invasor regni? id verò ex textu non probatur: sed interprete Stephano Act. 7, 28. Rex novus est βασιλεὺς ἕτερος ein ander König) *qvi non novit* (sive non superante amplius: sed obscuratâ, sive superbè excussâ & contemptâ Josephi alienigenæ personâ) *Ioseph:* usq; adeò jam inde â *Iosephi seculo* verum illud Sophoclis in Ajace: φεῦ, τοῦ θανόντος.

Concl. 2. Neq; verò solus Joseph fatis concesserat: sed & 1. *Omnes fratres ejus.* 2. *Omnis generatio illa,* ex qvibus primum respicit Iacobi posteros: secundum Ægyptios de qvibus proximè dicturus erat: *& surrexit Rex alius* &c. Non malè hîc Rabbinus

Abeneſra: Pater & filius duæ ſunt generationes, qvomodo Iob vivens poſt calamitatem ſuam annos 140. vidit 4. generationes: ſicut 10. ab Adam ad Noach: totidem â Noacho ad Abraham, cum tamen in ſingulâ Decade diverſiſſima ſit ratio annorum, ibi ad Adamò ad Noachum longè major: hic longè minor. Vult ergò Rabbinus דור ſ. *generationem* Hebræorum non ex annorum: ſed viventium, deſcendentium numero colligendam eſſe: ſic דור Abraham, דור Noach: ſic דור המשיח in illo prophetæ: **Wer wil ſeines Lebens lenge außtrden?** Addit idem Rabbinus: *Ioſephum* hic nomine exprimi, qvod in eminente dignitate & magnificentiâ mortuus & conditus fuerit: *fratres* etiam Ioſephi memorari, qvod & illi ſinguli in tribuli dignitate, ut capita ſuarum tribuum, illuſtria fuerint, & ante illud malum Iſraelis & Ægypti deceſſerint. Atq; hæc tyrannidis Ægyptiorum *occaſio remota*, & indirecta: *proxima* fuit *invidentia* orta ex Iſraelis mirabili abundantiâ: de qvâ pergit Exodi hiſtoria in v. ſeq.

Concl. 3. Ingens ſanè miraculum, qvod & Apoſtolus τῇ πίστει tribuit Heb. 11, 11. 12. ex unâ eaq; annosâ & ſterili Sarâ δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ſ. potentiam ad dejectionem feminis accipiente (qvæ optima eſt explicatio illius תורית Lev. 12, 1.) & παρὰ καιρὸν ἡλικίας, unum Iſaacũ τὸν μονογενῆ, ex ſenecione Abrahamo edente, & ex Iſaaco, Jacobo ſuccedente, *tantâ multitudine geniti* poſteri, qvanta *aſtrorum cœli*, & *arena maris* ἡ ἀναρίθμητος: ante tamen *deſcenſum in Ægyptum* egredientium *de femore Iacobi* ſumma non exceſſit numerum 69. vel incluſis, qvos *mors excluſit ab ingreſſu*, 71. inde autẽ, & maximè poſt fata Joſephi ex illo 69. vel 70. animabus ortę רבבות אלפי ישראל, idq; tùm maximè, cum & inviderentur illis maximè, & imperaretur Tyrannicè: ut & hîc verum illud Jacobi

πρὸς ζῆλον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, μείζονα δὲ δίδωσι χάριν.

Qvin qvò propior liberatio (ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας conf. Act. 7, 17.) eò mirabilior Iſraelis multiplicatio, qvam non niſi duobus terminis Stephanus Act. 7, 17. ſc. ηὔξησεν & ἐπληθύνθη: at 4. terminis Moſes exprimit ſc. 1. פרו. 2. שרצו. 3. רבו. 4. עצמו. & qvidem מאר מאר Chald. לחדא לחדא LXX. σφόδρα σφό-

σφόδρα. Consequens autem illius פרו ורבו in membro 2. ponitur: *Et terra impleta est illis.*

Concl. 4. Inter illos autem multiplicationis terminos bini bini nectuntur, & 1. per Darga, distingvente Tbir in voce secundâ. 2. per Merca, distingvente Tipcha: neq; illud, valdè, valde, unius est termini: sed totius complexi.

Concl. 5. An autem distinctè significant hi multiplicationis termini? &. Affirmando. sc. 1. פרו notat ipsum *fœtificationis* s. *fructificationis Israelitarum* s. *propagationis speciei secundum generationem unius ex alio* actum. Græci ηὐξήθησαν. 2. שרצו notat illius *propagationis, per unum partum gemellorum, imò 3. 4. 5. 6. 7. liberorum, mirabilem* gradum, qvo uxores Hebræorum *instar aqvatilium*, in qvorum specie maximè luxuriat natura, *copiosissimè profuderunt* fœtum, ad nauseam usq; Ægyptiorum: id enim sonat vox Hebraica *aqvatilium ferè propria* s. τῶν νηκτῶν qvæ sunt & dicuntur שרץ confer Gen. 1, 20, 21. Chald. vel per אתילדו vel נפישו qvod commodius esset, qvippe significans abundantem animarum profusionem, respectu נפש & פוש Græci per ἐπληθύνθησαν. 3. רבו notat multiplicationis per *fœtificationem*, & *propagationem* multorum individuorum ex uno, idq; tum uno: tum iterato partu, statum ac effectum: Chald. סגיאו. LXX. χυδαῖοι ἐγένοντο ad vilitatem usq; abundarunt. 4. עצמו. Chald. תקיפו. LXX. καὶ ἰσχυσαν notat *acqvisitum ætatis & consumatæ ac robustæ viribitatis* individualis statum, sine qvo frustra est פרות item שרץ & רבות Confer primam benedictionem tum aqvatilium Gen. 1, 20. 21. tùm hominum Gen. 1, 28. utrobiq; nec alibi in creatione, speciei conservandæ sanctio fit per פרו ורבו ibi qvoq; per שרץ: an autem ibi in Genesi v. 20. & 21. שרץ fit מהיוצאים תלוים כרבר אחר hîc autem in Exod. מפעלים עמדים בעצמם atq; adeò sub גורו activum & neutrale? Aff. אע. Nihil tamen obstat, qvò minus & hîc sumatur ut פוערו יוצא s. verbum transitivum, planè ut Gen. 1, 20. 21. Producant abundè aqvæ, reptile animal vivens: & volatile, volet super terram: item: &

abundè progenuerunt &c. Gen. 8, 17. c. 9, 7. sic hoc loco rectè redditur: abundè fœtificaverunt, daß es allenthalben im Land Gosam krimmelte und wimmelte von kleinen Hebræern: supponere tamen alibi ut עומד פועל & intransitivè dubium est nullum ex Gen. 7, 21. Lev. 11, 29. 41. 42. 43. 46. sic in illis צפרדעים Ægypti *transitivè* sumitur Exod. 7, 28. & instar egredientis: fluvius enim ille *abundè progenuit ranas Ægyptiacas, more natatilium, s. reptilium:* qvæ ranæ ê fluvio tantâ eruperunt multitudine, ut tota Ægyptus undiq; reptaret, vel reptare videretur ranis, daß es von Fröschen allenthalben krimmelte und wimmelte conf. locus Exod. cum loco Ps. 105, 30. Porrò sicut in benedictione aqvatilium, & hominum, post illud פרו ורבו sequitur illud מלאו *implete:* ibi qvidem: *aqvas:* hîc *terras*, unâ eum כבוש s. jure subigendi & Dominii: ita hîc consequens illius fœtificationis Speciei, & qvantitativæ perfectionis, ac robustæ virilitatis individuorum ponitur: *Et terra illa* (Gosen sc.) *impleta est illis:* hic sc. effectus illius פרות במאד מאד. Rectè Ab enEsra ad vocem multiplicationis Israelitarum ultimam, de qvâ jam supra diximus, per illam notari *qvantitativam individuorum, eamq; robustam perfectionem*, sicut prioribus *Speciei propagationem* παραφράζει: *illo notari qvod fuerint* בעלי עתם ותקיפין i. e. *Domini ossis, subsistentiæ, roboris*, erwachsene / starcke Männer / die da bestand sein / qvibus non facilè *genua labant:* idem rectè monet illam additionem: in valde, valde, esse superlativam, id est *notare talem fœtificationem, ut major esse non potuerit*: שלא היו לחרא יכולת להיות יותר convenit geminatum Chaldæi, uti & in membro secundo Hebraismum benè expressit Targumista: ואתמרית ארעא מנהון i. e. *Et terra repleta est ab illis.*

LOCUS VI.

Exod. 1, 8.

Text. *Et surrexit* Rex novus *super Ægyptum, qvi non agnovit Josephum.*

Chald.

Chald. מלכא חדתא *Rex novus*: porrò דלא מקים גזירת יוסף *qui non rata habuit decreta Ioseph.*

LXX. ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ἤδει τὸν Ιωσηφ: ita & Act. 7. *Stephanus*, vel *Lucas*.

AbenEsra: *Insurrexit* (per Tyrannidem) *Rex novus* i. e. *non de semine, vel genere Regum Ægyptiacorum*: id enim putat esse פורושו כמשמעו בלי תוספרת

Raschi: Et surrexit *Rex* (חדש חמש) *absolutè*, vel simplicitèr *alius*, vel *Rex novus* propter consilia nova de oppimendo Israele, ein gar ander / oder gar anders / vnd wiedrig gegen den Israel gesinneter König / der neuwe und unerhörte Sophisterey und Tiranney wieder den Israel erdacht und gebraucht: שנתחדשו גזרותיו cujus decreta planè fuerunt nova, insolentia, diversa, Tyrannica.

CONcl. 1. Qværitur 1. an ex novo Rege probari possit *non fuisse de Regum Ægypti genere*, ita ut mutatio Personæ Dominantis facta sit respectu gentis & conditionis, qvomodo e. c. Darius Medus fuerit *Rex novus* in Monarchiâ primâ: qvia non de familiâ Monarchicâ Nebucadnezaris? Resp. *Rex novus* variè dicitur uti & βασιλεὺς ἕτερος tum generalitèr qvi est βασιλεὺς ἄλλος, tùm qvi est βασιλεὺς ἀλλότριος, tùm qvi est ἀλλόφιλος, tùm qvi est *Rex novellus*: sic & Salomo fuit *Rex novus*, licet legitimus & de familiâ Davidicâ, & Demetrius Russicus, & Darius Medus, & omnis non ita pridem sive nascendi jure: sive electione intronisatus: qvin porrò & חדש ממשות & חדש גזרת rectè Rex novus dicitur: præferimus ergò hic חדש ממש & βασιλεὺς ἕτερος, (planè sicut alibi Dii novi sunt Dii alii) qvi an novus fuerit & alio gente, an stirpe, an mente in Israelitas ex contextu ἀπὸ μέσου constat, uti & illud שנתחדשו גזרותיו at ex solo *novi Regis* nomine, non satis probatur validè: qvod ergò in successione hujus Regis mutatio facta fuerit non saltem individui ordinariè vel ex nascendi jure, vel ex Scto Ægyptiaco succedentis: sed etiam gentis, successionis, respectu personæ Dominantis hactenus non probatur: non ex voce חדש s. V. T. ubi novus est qvi alius vel novel-

novellus e. c. *Domus nova* i. e. recens condita Deut. 20, 5. *Elohim novi* Deut. 32, 17. qvi אחרים ſtmplicitèr Exod. 20, 1. licet hîc oppoſitio implicita ſit ad D E U M verum qvi eſt Antiqvus dierum עתיק יומין in Daniele: ſic *funes novi ſ. recens facti* Jud. 15. 13. c. 16, 11. non ex N. T. ubi æqvipollet ei καινὸς Matth. 9, 17. Marc. 16, 17. Νέος Marc. 2, 22. qvomodo θυσία νεὰ reddiderunt οἱ LXX. מנחה חדשה Lev. 23, 17. ἕτερος, qvod nunc ſimplicitèr idem eſt qvod alius: nunc *diverſus*, imò *& adverſus*, qvomodo qvi ἑτεροδιδασκαλεῖ ſeu alienum docet ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ 1. Tim. 6, 3. atq; hâc ratione βασιλεὺς ἕτερος eſſet **ein wiedriger / und gar anders / wie ſeine Vorfahren wieder Iſrael geſinneter** Pharao: at, ut diximus, id in ἕτερος non eſt perpetuum, ut patet exemplo 7. *Spirituum diabolicorum*, qvæ ἕτερα ſunt πνεύματα ab illo qvi dicitur τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, neq; tamen propterea vel καθαρὰ, *vel Studio, & gente diſtincta* Luc. 11, 26. ſic qvi loqvitur *novis lingvis* Marc. 16. 17. loqvitur ἑτέραις γλώσσαις Act. 2, 4. ſic illud καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος Act. 1, 20. in *uſu tamen famoſiore* facimus cum Raſchio. Addimus 1. LXX. Græcam nunqvam reddidiſſe per ἕτερος niſi in uno hoc Exodi loco. 2. quin expreſſiſſe per κενὸς Jud. 5, 8. ἠρέτισαν θεοὺς κενοὺς Job. 29, 20. ἡ δοξά μου κενὴ μετ' ἐμοῦ: unde illud? an ex illâ, qvæ hodie in triviis obtinet, pronunciatione, qvâ καινὸς legitur *Kenos*, & Craſſa nimis ac ridenda pronunciatio æſtimatur *Kainos* planè ſicut in loco Proverb. qvoniam illud ἔκτησε, lectum *ektiſe*, inde oriri potuit in Græcis codicibus ἔκτισε, qvod mirabilium diſputationum fuit ἀφορμὴ: diſputatum enim cum Sapientia ibidem ſit *Perſona filii D E I ut ſic*, ſ. *ſecundum naturam divinam relatè*, qvomodo *Sapientia* illa *dicatur creata?* potuit ita eſſe, atq; hâc ratione uti lectio αι per e, η per ι antiqva: ita altera magis fuerit tuta, & velut innoxia, alteri fallaciori præferenda.

Concl. 2. Qværitur 2. an ex *ſurgendi* vocabulo probetur violenta, vel Tyrannica regni invaſio? Reſp. 1. alitèr ſe habet vox illa in ſubordinatione motus vel ad locum vel ad actum ſ. opus

deſtina-

destinatum, qvo nihil in his literis frqventius, idq; tùm explicitè, ut in positu קום וך & sirempse, item קום לברח utrumq; in Jonâ: tùm implicitè ut Gen, 21, 32. Num. 22, 13. & 21. neq; enim in hoc positu supponenda semper localis sessio: alitèr in status miseri obscuri & situationis s. casus suppositione: alitèr in simplici positu: ibi rectè redditur: Da machete sich auff: hîc: Da kam auff/ oder/ da entstund ein newer/ein ander König. sic in priori positu datur *surrectio Regia de trono*, ut ille pœnitentiæ imperator purpuratus in Jonâ c. 3, 6. in posteriori, *surrectio Regis in tronum* ut h. l. Resp. 2. ex positu non magis probatur violenta per tyrannidem regni invasio hoc loco: qvam Jud. 2, 10. 2. Chr. 21, 4. & passim, ubi idem planè est positus posterior. 3. Alia est *surrectio in trono:* alia *surrectio ad tronum* qvalis h. l. intelligitur. 4. *surrectio* ad tronum stare potest cum *Naturali successione*, ut in regnis hæreditariis, cum *legitima electione*, qvomodo e. c. qvi Senatusconsulto Medorum & Persarum, vel Babyloniorum המלך מלך s. constitutus Rex, surgit, cum קבר מלכות conf. Dan. 6. *cum violentâ invasione*, qvæ in certo positu aliàs etiam est in surgendi vocabulo, ut in Caini historiâ Gen. 4. & adeò tàm de Galliarum Rege Nato, qvàm Rom. Imper. electo, & Demetrio Russorum Tyranno, ubi jam imperare incipiunt, dicere possum qvod: *surrexerit Rex vel Imperator novus:* conferatur illustre exemplum Jorami, qvi *nascendi sorte Rex erat* (primogenitus enim fuerat, unde signantèr â Spiritu S. jus primogenituræ regium, qvod מלכות vocant Chaldæi, uti alterum כהונת tertium בכורת s. פי שנים, vendicatur qvando dicitur: **Daß Josaphat seinen anderen Söhnen viel Gaben von Silber/ Gold und Kleinod mit festen Städten in Juda gegeben habe/ aber das Königreich dem Joram/ denn der war der Erstgebohrne/** 2. Chr. 21, 4.) unde & hîc Ægypti Armonophis de regio *Phaonum* Antecessorum genere esse, & jure Nascendi *surgere in tronum potuit:* idem enim utrobiq; de *Ægyptiaco*, & illo *Ioramo dicitur*, & eodem vocabuli positu. 5. Non ergò ex Vocabulo *surgendi* fingimus Pharaonem *tyrannum*, *vel invasorem regni violentum:* neq; illi modo occupati regni competit Græcum & passivum sub neu-

 trali

trali significatione verbum ἀνέστη, tùm in usu LXX. tùm in N.T. ubi nihil familiarius: consulantur loca omnia ex concordantiis Græcis tùm V. tùm N.T. 6. Sed vel maxime Jud. 2, 10. *Et mortuus fuerat Iosua, qvin & omnis generatio illa* (qvæ σύγχρονος fuerat *Iosuæ* conf. versus præcedentes, ubi describitur qvænam fuerit *illa generatio*, qvi sc. αὐτόπται *fuerant stupendorum DEI miraculorum & beneficiorum in Israel)* qvando *surrexit generatio alia* (ecce *Nova* generatio idem qvod *alia) qvi non noverunt DOMINUM, nec opus illud excellentissimum, qvod fecerat in Israel:* jucundissima certè collatio 1. ibi: *Tum surrexit Rex novus:* hîc: *tùm surrexit* דור s. *genus hominum* (s. generatio) *aliud* Da kam auff ein ander Geschlecht Da kam auff ein ander König. 2 *qvi non agnovit Iosephum:* Der von Joseph nicht wissen wolte: hîc: Welches Geschlecht/ nicht von dem Wesentlichen Herrn/ und seinen grossen Wercken die er gethan hat wissen wolte: Sie schlugens auß der acht. conferantur loca.

Concl. 3. Unde & solvitur qvæstio 3. an illud non agnovit Josephum neget הַכֵּרַת יוֹסֵף ut & ibi in loco Judicum הכרת מעשה יהוה s. simplicem *ibi* Josephi: *hic* miraculi Israelis liberati vel *evidentiam*, vel *notitiam?* Resp. neutrum convenit contextui. An ergò notat affectatam & spontaneam beneficiorum Josephi, qvæ vincibilis erat, per conscientiam & evidentiam historicam, excussionem, Da man dasselbe nicht wissen und verstehen will/ was man wol weiß/ oder was man nicht kan nicht wissen. Chaldæus reddidit: *qvi non stabilivit pactum Iosephi:* sensus Chaldæi egregius est: sc. Josephum tùm in primâ suorum introductione in Ægyptum *intercedentibus certis pactis*, suis fratribus, eorundemq; familiis, impetravisse certa qvædam privilegia libertatis, immunitatis ab oneribus publicis: porrò illa ipsa privilegia ab Antecessoribus Regibus circa primam regni occupationem Josepho ejusdemq;, ut & fratrum familiis ratificata fuisse, planè sicut hodienum Imperator coronatus, & inauguratus primò omnium Electoribus & Statibus S. R. I. & confirmat privilegia & regalia: igitur & Israelitas, ad fidei Sacramentum, novello Pharaoni præstitum,

impe-

impetraviſſe privilegiorum ſuorum & exemtionum ſolemnem de novo ratificationem: & fortè in illâ poſtulatione, Regi Originem & merita tantorum privilegiorum qværenti, objeciſſe JOSEPHUM, JOSEPHUM: at Regem noluiſſe agnoſcere *Ioſephum*, nec adeò ratificare pacta anteceſſorum cum Joſepho: Er wolte von keinem Joſeph/ von keinen Meriten deß Joſephs/ und durch dieſelbe erhaltenen Freyheiten und Privilegien wiſſen/ und demnach auch ſelbige bey antrettung ſeines Regiments nicht beſtetigen: optumè: *& peſſimè*: licet id conſeqvens qvodammodò fuerit illius הכרה qvam ſignat illud לא ידע actum ſæpè ſecundum, velut impeditum per potentiorem reſiſtentiam, negans, ſine actu primo: neq; enim illud לא ידע negat ſemper omnem ſcientiam: ſed ſaltem in exercitio ſ. *in actu ſecundo voluntariè impedito*: ut non implicet in Chriſto *exinanito* fuiſſe ἀπόκρυφον omnem ſcientiam, imò πασῶν θησαυροὺς τῆς σοφίας, ſine exercitio univerſali, inceſſanti, plenario: neq; enim qvicqvam deeſſe vel in actu primo homini accedere potuit, in qvo πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς jam inde ex qvo ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, habitavit: at talis fuit יהוה & κεφαλὴ Eccleſiæ per ἕνωσιν, & qvâ ὑπερύψωσιν, datus in κεφαλὴν τῇ ἐκκλησίᾳ, Teſtis Paulus.

LOCUS VII.

Antiqvitas Regum Ægyptiorum.

Concl. 1. Juvat hîc ad qvædam hiſtoriæ veterum Ægyptiorum excurrere. De qvorum antiqvitate comparatè ad Aſſyrios Reges, qværitur? Pro Ægyptiis affirmat Juſtinus cui Scripturam contrariari non deſunt qvi putant: qvo fundamento? illo, *qvod principium regni Nimrodo dicatur fuiſſe Babel* Gen. 10. at qvæ conſeqventia? Babel fuit principium regni Nimrodiani. E. fuit *principium regnorum* ſ. *primum regnum?* Sanè non dicitur ibi: ראשית ממלכת: ſed ראשית ממלכתו: & illud ראשית potuit eſſe principium regnitùm futuri, certè Monarchiæ: non præſentis.

Concl. 2. Nec caret Juſtini ſententia veriſimili ratione in ipsâ, qvæ extra Moſen nulla eſt, gentium primâ genealogiâ. Miſraim

ſraim enim, qvem ſub MESORI nomine, ut Heroem inſtauratorem gentis Ægyptii poſt illa venerati ſunt pro numine, ſicut Belum Chaldæi, fuit filius Cham: Nimrod demùm nepos ex Cuſch Gen. 10, 8. adde qvod jam Jacobi tempore florentiſſimus & celebratiſſimus fuerit regni Ægyptiaci ſtatus, imò jam tempore Abrahami, atq; adeò Anno Mundi 2086. qvam primitatem ἡ εὐχρασία τῆς χώρας, & fecundiſſimus Nilus, in illas maximè, qvibus nec ad neceſſitatem, nec ad abundantiam, nec ad luxuriam deerat regiones, illiciens mortales, confirmat vid. Diod. ſic. l. 1. p. 9.

Concl. 3. A Ioſepho *venim Sapientiam* veri Iſraelis DEI edoctos eſſe Ægyptios, uti & Sapientiam Philoſophicam, Aſtronomicam maximè, tum ex ſcripturæ conſtat autoritate, omnibus Græculorum & inanis ſapientiæ conſultorum nugamentis majore, tum ἐκ ἰδίων ipſis Ægyptiis: habuerunt ergò Patriarcharum tempore aliqvam יהוה אלהים qvem præter non eſt naturâ DEUS, cognitionem, licet non omnes: at exinde in Idololatriam itum eſt fœdiſſimam. Coluerunt duos maximè ut DEOS, Oſirin Solem, Iſida Lunam. Infinitas Dynaſtias ante ſuos *Hicſos ſ. paſtores, & priſcos Reges* numerant: & â regno Oſiridis ad Alexandrum usq; magnum, annorum 23. millia. Ex cultu tamen Regum antiqviorum, Oſiridis maximè & Iſidis, invaluit cultus beſtiarũ, qvas ſacras dixerunt, qvippe â Regibus conſecratas, & mortuas, in renovandam illorum qvi conſecraverant memoriam, Oſirid. maximè & Iſidis, cui dicati Tauri ſacri, Apis, Mnevis publico luctu proſecuti ſunt: conf. Diod. ſic. l. 1. p. 19, 74. qvin fœdiorem אבר πῦ ἀρχήμονος cultum confer p. 19. eadem Iſis Meritis in regnum fecit, ut publicâ, L. caveretur plus poteſtatis penes Reginam: qvàm Regem eſſe debere, & in privatorum qvoq; dotalitiis tabulis, imperium fœminæ in virum aſſignaretur, ita ut mariti profiteri cogerentur ſe uxoribus in omnibus parituros: teſtis qvi τῆς οἰκουμενικῆς res geſtas deſcripſit, τῷ μέσῳ τῶν λόγων χαρακτῆρι χαίρων, Diodorus l. 1. Bib. hiſt. p. 23. fuerunt ergò Ægyptii olim γυναικοκρατούμενοι. An ſoli? Confer. Diſp: in Geneſ. 8. ubi diximus de conopeo Ægyptiaco.

Concl. 4.

Concl. 4. Reges antiqvi *Pharaonum* nomine in Scripturis veniunt post conditorem gentis Misraim. Meminit tamen Herodotus, Protea s. Ceten, Rampsinitum, Cephum, Cephrin, Cerinum, Amysin, Sabacum Sethon, ex Vulcani Sacerdote Regem factum, & à *Sennacheribo bello* petitum: porrò Sethon, cui bellum intentabat idem Sennacherib, & intulisset, nisi Θεὸς καὶ μηχανῆς, Angelo antevertente, & in Judææ castris funus faciente: porrò Psammetichus, Necho, Magdalus, Victor Josiæ, ipse rursus Nebucadnezaris victima, cujus nondum Monarchæ: Candidati tamen, prima, auspiciis Nabopollasaris, expeditio in rebellem Ægyptum: indeq; parati Libitinarii & Ægypto, & Judæ regno. Eminuit tamen sub Ptolomæis Monarchicum à Ptol. Lagide ad Cleopatram Avletæ, qvâ victâ cœpit Rom. Monarchia, & inde Ægyptus sub Romanis, Saracenis, Maurorũ Sultanis, &, Tomumbeio, ac Campsone ad Memphin laqveo fractis, cessit Turcis, qvâ de re alibi.

LOCUS IIX.

CONSULTATIO NOVELLI REGIS PHARAONIS.

Exod. 1. à v. 9.

CConcl. 1. A *ratione status*, consultationum initium fecit *novellus Pharao*. Simul ergò ad tronum ascendit, in primis comitiis, sive illis curiatis, sive centuriatis sive tributis nunc non inqvirimus, *dixit Rex* Sophista *ad populum suum: Ecce populus (filii Israel) multus & validus præ nobis* v. 9. atq; hæc est *substantia facti* & ἀφορμὴ Concilii. Notetur hîc 1. הִנֵּה *Rhiatum, Emphaticum* formæ consultationis, ut de re maximâ, longeq; gravissimâ & fundamentalissimâ Regni, factæ, Signum, & vehementissimæ propositionis ac audientiæ impetrationis significativum. Notetur 2. עַמּ֣וֹ Itibatum qvod hoc loco non habet positum regiminis: sed *appositionis*: atq; adeò non reddendum: Das Volck der Kinder Israel: sed: Das Volck (nemblich / die Kinder Israel) ist mehr und stärcker / denn wir seyn. 3. רַב וְעָצ֖וּם distinctum, & relatum ad sup. v. 7.

Concl. 2. Substantiam facti seqvitur *forma consilii* s. consultationis, qvæ absolvitur tum 1. *modi* generalis *propositione* qvæ

est in memb. 1. v. 10. tum 2. *causæ finalis* triplicis specificatione: summa *propositionis* hæc est: *filii Israel* cum sint & indiv. & populo *validi* non aperto Marte, & Virium nostrarum oppositione: sed *astu & Sophismatis sunt opprimendi:* hoc est הבה נתחכמה לו finis & causa hujus consilii ponitur in triplici, qvod ab illis pari fœtificatione porro excrescentibus, metuendum erat, periculo regni & status Ægyptiaci 1. in casu belli, perfidæ *ad hostes* regni *defectionis* 2. publicæ in ipsos Ægyptios per bella insurrectionis 3. excussâ Ægyptiorum jurisdictione & imperio, violentæ ex Ægypto migrationis: adeoq; periculum erat, tum damnum regno metuendum: tùm bonum per migrationem subtrahendum. illud erat *bellum:* hoc, *tributum*, & *λειτουργίαι Israelitarum*.

LOCUS IX. Exod. 1. v. 10.

Concl. 1. Datâ ergò concione Rex ipse consilium ejusq; rationes proponit, idq; fervidè satis & Sophisticè: illud docet הבה hoc נתחכמה. *Agite*, inqvit, prudenter *agemus ei vel cum eo*. Notetur 1. illud הבה qvod hoc loco non est imperantis, & imperativi temporis â יהב qvomodo est & הבה Milra, & הבי da, planè sicut â ילך est לכה Gen. 29, 21. Ruth. 3, 15. & passim הבו Gen. 47, 16. Deut. 1. 13. &c. sed excitantis, vel communionem plurium circa unum aliqvod apotelesma significantis, atq; adeò non verbum: sed particula. Rectè Aben-Esra: *Ubi est* הבה *ibi plures loqvuntur, vel ibi unus cum altero colloqvitur, atq; adeò sunt revera plures:* notat idem *sub hâc particulæ ratione tàm fœminino: qvàm masculino rectè jungi:* datur enim locus Gen. 38, 16. at sic & dicitur לכה Gen. 19. in fœminino. Rectè item Raschi: Omne, inqvit, הבה est לשון הזמנה i. e. *sensus tempestivè præparandi, ac si diceres: præparate vos vel accingimini huic vel illi operi* הכינו עצמכם לכך. Concludimus inde 1. E. in loco Gen 11. ubi dicitur: *Age descendamus* oratio est inter verè plures. 2. & *qvidem personas* easq; ejusdem naturæ cum illo, qvi dicit illud הבה. adq; adeo 3. in יהוה אלהים sunt sub unâ naturâ, verè & realiter, plures personæ.

Concl. 2. Notetur 2. illud נתחכמה לו *Prudenter* vel *callide*

dè nos geramus illis : Verbum enim חכם tam latè patet, ut & insanientem sapientiam, πανουργίαν, calliditatem ערומה & τὴν ψευδωνύμον γνῶσιν τοῦ χρηματαδείλις σοφοῦ. ἀλλὰ μὴ ὄνλος propter illam, qvam habet prudentiæ larvam includat, qvomodo seculi Politicis & insanientis sapientiæ consultis id est *Sapientia, & prudentia Politica* qvod est βδέλυγμα illi qvi est δεσμάμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐλῶν : sed & ipse Apostolus meminit σοφίαν τοῦ κόσμου, qvæ fit μωρία παρὰ τῷ Θεῷ qvod non convenit Sapientiæ veræ : sive revelatæ : sive illi qvæ est sub rationis lumine, sed illi qvam ψευδώνυμον & φυσιῶσαν Apostolus : insanientem Horatius vocat. Sed datur & רום idq; in Mislim semper רטובה, cui opponitur איר item כסיל item מפריש אולת vid. c. 13, 16. Porrò in illa conjugatione qvæ hoc loco obtinet, ferè propria est vel freqventationis, vel reciprocationis consignificatio, qvomodo est הזרמן *tempestivum seipsum egit,* התקשט seipsum ornavit התכבד seipsum honoravit השתבח seipsum celebravit הצטדק seipsum justificavit vel הצדיק עצמו ἐδικαίωσεν ἑαυτὸν : sic hoc loco נתחכמה *Callide, prudenter geramus nos ipsos, & qvicqvid ad opprimendum Israelem Sophismatum exqvirere possumus, effectum demus :* atq; adeò vis propositionis : Grave qvidem erit, & planè difficile tot myriadas populi ad tædium usq; excrescentes opprimere, & ulteriora incrementa impedire : nam, *ecce :* populuus (filii sc. Israel) & multus est & validus est : at nihil tam arduum, qvo si non externa vis, tamen argutia astutia, & ingeniosa Sophistica non eniti possit : Derohalben wolan / dencke frisch nach / wie man auffs allerklügeste das Werck angreiffe / lasset uns auff listige anschläge wieder den Israel bedacht sein / der der beste Sophist ist / der lasse sich hören. Vim Vocabuli & ψευδανύμου σοφίας bene expresserunt Græci per καλασοφισώμεθα αὐλοὺς, qvâ ipsâ voce utitur Stephanus Act. 7, 19. καλασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν : aliud enim est σοφὸν εἶναι : aliud σοφιστὴν & aliqvando σοφίζεσθαι, *vafrè, callidè, fraudulenter comminisci,* unde & σοφιστὴς & σοφιστεία, & σοφιστεύω, & σοφίσμα non sunt *vera sapientiæ* vocabula : nedũ καλασοφίζεσθαι, qvod

qvod est *ostentantis*, & *qvæstus causâ Philosophantis*, vel *Sophismate circumvenientis*. Addimus 1. חכם in Hitpael non reperiri nisi hîc & koheleth 7, 16. cujus loci digna est cum præsenti collatio. 2. Rectè παραφράζει R. Aben-Esra: נבקש דין חכמה שלא ירבה: itè illud לו pro בעבורו. 3. Paritèr Chald. & Raschi: נתחכם מה לעשות לן: addit דרש non planè nullum.

LOCUS X. Exod. 1, 10. memb. 2.

CONcl. 1. Qvorsum hæc *Sophismata politica* aulæ Pharaonis? Respond. פן ירבה ne Israel *copiosior fiat*. An autè territorium Rbiatum subordinatum in nexu, seqventi? R. Rbia maximè privatum distinctivis anteambulonibus est subordinatum territoriali seqventi: sensus ergò: Omni Sophistica & præsentem multitudinem esse, ne in factionem erumpat, continendam, & futuram multiplicationem consiliis antevertendam, atq; adeò id omnibus ingenii nervis agendum, ut nullum vel à præsenti vel à futura Israelis multitudine, Statui Regis & Regni creetur periculum, vel contra Ægyptum cum hostibus arma conjungendo, vel apertè bellum Ægyptiis inferendo, vel sese potentiori migratione in plenariam libtrtatem vendicando.

Concl. 2. Qværitur hîc 1. qvæ ratio constructionis in תקראנה מלחמה? Resp. vulgò ad complexum, refertur, vel etiam Enallagen Aben Esra rectè in verbo qværit subordinati nominis latètem complexum vel שם דבר הנגזר מן הפעל. Ergone ellipsis? Resp. illud כי תקראנה sine ellipsi, in resolutione idem est qvod כי תהיינה קורות מלחמה i.e. *si accident*, vel *si dabuntur occasiones*, bello. Et sic ἐξελεύσεται ἡ ἐναλλαγή: imò & ἔκλειψις. Germ. **Wenn es würde gelegenheit geben zum öffentlichen Krieg.** Alitèr Buxt. Thes. p. 2. p. 96.

Concl. 3. Qværitur 2. qvodnam Pasta si geminum sit in viâ ad territorialem Sanephkaton faciat distinctionem majorem? R. Pasta Milel prævalet Milra. Addimus 1. qvicqvid est inter Gereschaim & pasta primum est parenteticum 2. ו in ונוסף item in ונלחם item in ועלה necessariò sunt disiunctiva. Atq; hactenus consultationis in Concilio PHARAONIS propositio: qvid consilii dederint illi Sophistæ docet executio â v. 11. de qvo in Dec. 2.

)*(

א׳ י׳ הושיעה־נה

DECADIS SECUNDÆ.

LOCUS I.

COncl. 1. Fuit hactenus consultationis in concilio Pharaonis forma: An Israelitis immunitatis & privilegia, meritis Josephi, intercedentibus certis pactorum tabulis impetrata sint servanda, & annon id, immensum crescentibus, & præ Dominis potentibus numero & ulmorum robore Israelitis, contra *rationem status* regni Ægyptiaci, cui inde triplex periculum & damnum metuendum? & placuit non servanda: porrò: An apertâ vi, an astu sit subigendus populus רב ועצום? & placuit hîc astu rem gerere, formidine majoris, si in Dominos insurgerent, potentiæ, atq; adeò κατασοφίζεσθαι. Inde ergò iteratis sine dubio, cùm una & altera votis non responderet, consultationibus itum est in 3. Sophismata, qvæ fuerunt consultationum Pharaonis *apotelesmata*, & Senatus consulta: eademq; constant ex executione (dubium enim nullum, qvin statim executioni data sint hæc Sophismata) sc. 1. fuit ענות במסים i. e. *Israelitarum ordine publico per curatores angariarum ad onera publica indignissima coactio* v. 11, 12. at cum contrarius ex hoc afflictionum genere effectus oreretur, Israelitis, per damna & onera ab ipsis angariis magis excrescentibus, alterâ consultatione decretum Sophisma 2. עבודה בפרך *Israelitarum in servitutem durissimam, eamq; tàm publicam: qvàm privatam, ad qvæcunq; λειτουργήματα & fœdissima servitia, perfidissima & Tyrannica traductio*, unde uti קשה עבודה: ita מרת היה fuit Israelitis s. *vita acerbissima* v. 13, 14. at cum nec ita impedirentur, (DEO, qvi in altis sedet,

ridente hos miserabiles & ridiculos sophistas, & tantò magis benedicente) incrementa Israelis, successit in Pharaonis concilio senatusconsultum & Sophisma novum, & crudelissimum, atq; adeò 3. מצורת מירורת s. *obstetricum primariarum, penes quas summa obstetricatus erat, ad infandam masculorum Israelitarum in ipso partu carnificinam* Tyrannica obligatio, clanculum appellatis eo nomine obstetricibus, ut executio fieret matribus imprudentibus â v. 15. ad 22. Sed cum nec hoc inhumanissimum & damnatissimum Sophisma DEI providentiâ, & obstetricum erga Deum reverentiâ, procederet, ex Sophista in apertum (qvi antea occultior erat, nec cuivis Idiotæ conspicuus), Tyrannum erupit, neq; jam amplius illud נתחכמה in concilio proposuit, neq; ordinariè, ut ibi certis curatoribus, vel carnificibus executionem imperavit: sed furore erga DEUM benedicentem, & Israelem divinâ benedictione, indies magis atq; magis in potentem validumq; numerum erumpentem, abreptus, & irritatis consiliis antecedentibus, ad invidentiam magis irritatus, depositâ vulpinâ provulgavit (ita enim hîc dicitur: & *præcepit Pharao omni promiscuè populo* suo v. ult.) consilium qvartum manifestè Tyrannicum, & opprimendi Israelis mandatum: & proinde successit 4. *impenta masculorum Israelitarum* εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι *in fluvium projectio, & miserabilis submersio* v. ult. sed ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, in illo ipso tempore, cum jam totius Israelis jugulus peteretur, per summum Tyrannidis gradum, natus est Moses futurus liberator Israelis c. 2. & Act. c. 7, 20. Hîc liceat cum Apostolo dicere ποῦ σοφὸς, ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου (דרושא לעלמא הנא) οὐχι ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου: item cum Salomone: Es hilfft keine Weißheit / kein Verstand / kein Raht wider den HErrn. Conf. Esa. 30, 15. Job. 5, 13. Luc. 16, 8. Jac. 3, 15. Cœterum, cum 4. fuerint actus consultationis, & qvatuor apotelesmata s. Senatus Regii consulta, de illis sigillatim videbimus.

LOCUS II.

Concilium de opprimendo Israële primum.

Exod. 1. â v. 11. ad 13.

Concl. 1.

Concl. 1. Hoc formaliter describitur in territorio primo: *Et constituerunt super eum* (Israelem populum) *principes tributorũ* (curatores, præfectos onerum, angariarum) finaliter in territorio secundo: *ad affligendum eum* (populum scil.) *oneribus suis* (Ægyptiorum): occasionaliter in territorio tertio & qvarto, ibidemq; materialiter: & *ædificavit Urbes thesaurarias, s. armamentarias, Pharaoni, scil. Pithom & Raamses.*

Concl. 2. Qværitur hîc 1. qvinam intelligantur per שרי מסים? R. S. Jarchi reddidit per: *Exactores, tributa, & census exigentes, qvi ipsi armamentariis illis exstruendis fuerint destinati.* Chald. generalius שלטנין מבאשין *dominatores*, vel *potestatem habentes Maleficorum:* qvibus missis respondemus 1. מסים â מס & hoc â מסס sicut â פתרת est פרת & in plur. פתים dubium est nullum 2. מס est onus qvod animum hominis, cui imponitur, liqvefacit, dissolvit, qvod maximè competit *tributo*, unde nihil vulgo durius: qvam vox tributi, nec magis infamis princeps: qvam δημοβόρος βασιλεὺς: atq; hæc ratio est qvod vox מס tributum materialiter ut plurimum significat, non exclusis tamen aliis Liturgiis s. *oneribus personalibus, angariis:* atq; adeò *Sare Missim* fuerunt, Ministeriani Regii Liturgiis variis e. c. tributis, angariis, & aliis oneribus publicis ac ministeriis, servitutibus, exigendis & moderandis præfecti, earumq; curatores publici. conf. 1. Reg. 5, 13.

Concl. 3. Leiturgiæ, vocabulum meminimus, qvam tantum distare â λειτουργία quam â λῃτουγία passim ex Lexicis constat: contra Pontificios, ubi vocem λειτουργίας in N. T. codicè inveniunt, statim conclamantes ad Missam, qvæ verè מס est, fundamentalissimè notat Apolog. confes. Augustanæ: voce λειτουργίας publicum notari ministerium sive civile, ut onera publica, tributum, sumtus instruendæ classis, curandi gymnasii, sive Ecclesiasticum, ut ministerium verbi reconciliationis, sacramentorum, eleemosynarum, qvâ ratione in scripturis passim tribuitur illis qvi sint οἰκονόμοι τῶν μυστηρίων Θεοῦ: addunt, probandæ hujus significationis causâ ex Græcis & Romanis, Demosth. qvi ita passim usurpet λειτουργίας Vocabulum, ut ἐκδεδικέναι τὰς λειτουργίας,

detrectare onera publica item ex ff. de jur. immun. l. *semper* in rescripto Pertinacis ad Silvium Candidum: εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφιησι τοὺς παῖδας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμός. ἀλλ' ἂν ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδεύσει καὶ ἀνεισθαί σε τῶν λειτουργιῶν. Egregiè.

Concl. 4. Hanc significationem propriam accuratè monet Apologia confessionis August. Si enim nec vi etymologiæ, nec usus profani, nec Biblici, in illâ, nisi significatio *ministerii vel onoris publici*, ut sic, obtinet, qvæ barbaries, inde argumentari ad *sacrificium missaticum, propriè & strictè dictum:* utcumq; enim argumentantur, ineptè procedunt, sive ita: λειτουργία *est ministerium publicum. E. sacrificium* (& qvidem *Missaticum*) qvomodo ineptè Erasmus Act. 13, 3. illud λειτουργούντων reddidit per: *Sacrificantibus illis.* At â genere ad speciem non valet consequentia nisi supponatur genus illud unam saltem speciem habere, nec ullum in Ecclesiâ munus publicum esse, prætèr sacrificandi actum, & præterea vox λειτουργούντων hîc tale notat ministerium, qvod congruit subjecto: at huic competit actus docendi & prophetandi, fuerunt enim διδάσκαλοι καὶ προφῆται. v. 1. E. & adeò rectè Chrysost. τί ἐστι λειτουργούντων τοῦτέστι κηρυττόντων. Pulchrè & optimè sive ita: *sacrificulus murmurans lingvâ ignotâ* & theatricis ac histrionicis gesticulationibus historiam passionis J. Christi repræsentans &c. *ministrat publicè*, vel λειτουργεῖ. E. *ipsum sacrificium est* λειτουργία. Ineptissimè, nec magis qvam hæc: Philosophus θεολογεῖ: Architectus canit. E. Philosophia est Theologia: Musica Architectonica: fit enim saltus â *materiali ad formale*.

Concl. 5. Non fieri *id vi etymologiæ* in propatulo est illi qvi habet λαβὰς τοῦ ἐτυμολογεῖν. Non *vi lingvæ Græcæ*, & usus apud celebratissimos Græcos, novit, qvi illos: nam & qvi muneri publico honorato *personali*, & sumtuoso *patrimoniali*, & *mixto* præest, λειτουργεῖ, ipsi Magistratus, qvos & Apostolus λειτουργοὺς θεοῦ vocat Rom. 13, 7. λειτουργοῦσι, non exclusis spectabilibus

bus e. c. Primicerijs, Magistris sacrorum scriniorum: nec Clarissimis, e. c. Silentiarijs, Præpositis laborum, Magisterianis, curiosis, Caprensianis, Decanis &c. (non qvidem respectu honoris: sed mūneris, licet Magistratus potius sit *honoris*: qvam *muneris* unde & *non statim, cui datur vacatio à publico munere, datur & vacatio à Magistratu*) & qvi in castris militat, primipilus marimè, licet sit ἀλειτούργητος immunicipalibus, verè λειτουργῶ qvin generaliter, datur, qvi λειτουργῶ ἐργασίαν item λειτουργῶν περὶ πενοποιΐαν, item λειτουργῶν τῷ σώματι, atq; adeò λειτουργία tum generaliter, est cujuslibet muneris: tùm Specialiter 1. honorati (licet aliàs honor & munus distincta sint, unde & honores, qvos non nisi gradatim deferri voluit olim Modestinus, sustinenti, munus imponi non potest: at munus sustinenti honor deferri potest) sive castrensis, & qvasi castrensis &c. 2. apud L X X. Ecclesiastici Specialis. tum 3. sumtuosi & onerosi, & aliqvando servilis: unde qvi habet ἀλειτουργησίαν, immunis est, qvomodo præter id qvod ex ff. meminit Apol., rescriptum, 70. annorum & 5. liberorum incolumium pater ab omnibus excusatur muneribus civilibus: non item 66. annorum & 3. liberorum incolumium (imò ne qvidem in anno septuages. inchoato: sed demum consumato) est immunis τῶν λειτουργημάτων: conf. de his ex Græcis Polyb. Strab. Isocr. Demost. Aristot. ex Romanis ff. de muner. & honor. it. tit. de jur. immun. & Cod. de dignitatibus &c. Neq; verò vi praxeos Biblicæ ubi Magistratus Politicus, λειτουργὸς dicitur Rom. 13. 6. & *ministerium publicæ eleemosynæ* λειτουργία Rom. 15, 27. Phil. 2, 30. & ministerium docendi Act. 13, 2. vel actus sacros ecclesiasticos peragendi Luc. 1, 23. sine formali notione sacrificii conf. reliqva Rom. 15, 16. Heb. 1, 7. 14. c. 8, 2. & 6. cap. 9, 21. c. 10, 11. 2. Cor. 9, 12. Philip. 2, 17. 25. 30.

Concl. 6. Satis, qvod ad institutum attinet, de λειτουργία. De Angariis, qvas ad munera patrimonial. referunt ff. paucula. Tabellariorum σταθμὸς sive statio *angaria* dicebatur: Spatium inter stationem unam & alteram, qvod erat plus minus 30. Stadiorum, *parsangara* qvod Hebræis est פרסת הארץ s. *diæta terræ*: qvi

id decurrebat *Parasangarus:* i. e. eqvestris tabellarius, qvem hodie vocare licet eine reitende post, appellabatur: porrò parsangara duplicata, 60. stadiorum, *Schnum* Persis dicebatur: Herodoto χοῖνος, indeq; ridiculè orti *Schœnobatæ* pro *Parasangaris:* porrò qvi & τὰ ἀγγαρεῖα, & *Angaros* s. certis stationibus dispositos nuntios, & *parasangaros*, i. e. *eqvestres tabellarios* curabant, *angariarum curatores* dicebantur: item ἀγγαρεύοντας s. adigentes ad ἀγγαρείαν s. *ad currendum vel bajulandum:* unde porrò durum aliqvod servitium, idq; coactum, qvod aliqvis invitus & vi adactus obit *angaria,* & qvi, ut illa præstetur, imperat, vel curat, *præfectus angariæ* dicitur: ipsi tamen angari & erant ἀγγαρευόμενοι respectu illorum, qvi præfecti erant angariis, & erant ἀγγαρεύοντες, respectu aliorum hominum, jumentorum, & navium epistolarum, qvas ad cursum rapere poterant conf. Matt. 5, 41. c. 27, 32. Marc. 15, 21.

Concl. 7. Sed redimus ad nostros שרי מסים s. *Principes & exactores tributorum,* qvæ moderata tàm sunt status firmamenta: qvam nimia & intempestiva, publici status funera: *potuerunt iidem & tributis & aliis oneribus publicis exigendis destinati esse:* Israelitis tamen præfecti dicuntur non tàm propter finem Regis & regno utilem: qvam למען ענותו בסבלותם

Concl. 8. LXX. per ἐπισκόπους & in Schol. per ἐργοδιώκτας expresserunt: egregiè: sed utraq; tamen generaliori paulò voce, cui ex asse respondent in Latio *Magistri* & *Institoris* honoratissima Vocabula, qvomodo *qvibus præcipua rerum cura incumbit, qvibus magis: qvàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, qvibus præsunt, debent, Magistros dici,* scribit Paulus Jctus l. 57. d. V. S. & institores *qvi operi agendo, urgendoq; præficiuntur,* & acriter *instant,* unde in integris N. T. Scripturis soli Christo *Institoris* vel ἐπισκότῳ nomen appropriatur, idq; propter excellentissimam, & in qvâ Collegam non habuit, ἐργασίαν, sed non nisi in uno Lucâ extra qvem nullibi reperitur ἐπισκότῳ Vocabulum Luc. 5, 5. c. 8, 24. 45. c. 9, 33. 49. c. 17, 3. Licet autem tùm etymologiæ: tùm usus ratione, utrumq;

genera-

generale sit vocabulum (illud enim est à *Magistrando*, qvæ vox Festo est regere, moderari: hoc ab *instando*, planeq; congruit etymologiæ Græcorum ἐπιστάτης, unde *omnium ferè rerum Magistri*, & qvi vel operi agendo & urgendo, vel tabernæ, vel alteri alicui negotiationi præficiuntur, Institores dicuntur) *navis* tamen *institor*, nec rectè dicitur, nec facilè reperitur: at rectissimè *Magister navis*, ut in illo Virgilii *excutitur pronusq;* Magister *volvitur in caput*: & illo Horatii od. 6. l. 3.

Seu vocat institor
Seu navis Hispanæ Magister
Dedecorum pretiosus emtor.

An autem *Magister navis* idem sit, qvi *exercitor* s. qvi obventiones omnes & reditus navis recipit, l. 1. de exercit. actione? ita videtur: sed non planè idem. Redimus ad textum: juxta Græcos שרי מסים fuerint *Ministeriani regii, operum Magistri singularissimè angariis opprimendi Israelis destinati, & cum peculiari solicitudine & instantia iisdem autoritativè præfecti. LXX. seq. Vulg.*

Concl. 9. Qværitur 2. an illud למען ענותו בסבלותם ita sit explicandum: *ut affligerent Israelem* (sc. per מסים vel tributa) *in operibus suis* (Ægyptiorum) ut sit hic sensus: Ægyptios fuisse מסבלים maximèq; occupatos in exstruendis illis armamentariis Pharaonis: Israelitas autem fuisse מענים s. afflictos exactis tributis & sumtibus operi illi impendendis: an verò illa סבלות fuerint medium illius ענות s. afflictionis, ita ut exactæ, & imperatæ fuerint ab Ægyptiis, peractæ ab Israelitis, & adeò בסבלותם non dicat Ægyptios bajulasse, contribuentibus saltem Israelitis: sed onerosa illa ministeria imposuisse Israelitis, cum expedienda fuerint ipsis Ægyptiis? Aff. posterius: *& constituerunt super eum* (populum, s. filios Israel) *præfectos onerum s. tributorum*, ut *affligerent illum* (populum sc. Israel) *onerosis ministeriis* (vel operibus) *suis.* Notetur obiter 1. ו in ענותו respicit עם בני ישראל in v. 9. ם autem in סבלותם Ægyptios, s. Regem & senatum Ægyptiacum constituentem illos שרי מסים, ad affligendum Israe-

Israelem per onerosa ministeria sua, vel à se autoritativè imperata 2. vox עבור hîc egregiè expressa est â Græcis ἵνα κακώσωσιν αὐτὸς ἐν τοῖς ἔργοις &c. qvo Vocabulo in hâc ipsâ historia, Stephano oratore repetita, gaudet Lucas Act. 7, 6. & 19. 34. c. 12, 1. c. 14, 2. c. 18, 20. 1. Pet. 3, 13. qvæ sunt omnia, in qvibus reperitur N. T. loca. 3. In κακόω ergò, respectu τῦ κακοπαθῆσαι non signatur malum culpabilitatis, vel pœnalitatis: sed afflictionis: non culpæ vel delicti: sed miseriæ & damni, ita tamen ut non sit sine κακία vel *malo culpæ* respectu Tyrannidis τῦ κακώσαντος: atq; adeò omnis κακῶν est κακοπαθῶν. sed immanenter, respectu mali culpæ ut sic: neq; enim inde malus fit ὁ κακωσάμενος vel κακοπαθῶν subjectivè: licet illi propter τὸν κακώσαντα malè sit: & proinde 4. aliud est ἡ κάκωσις (qvæ vox abstracta nonnisi semel reperitur in N. T. Act. 7, 34. planè sicut Exod. 3, 7. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τῦ λαῦ μυ) aliud ἡ κακία: Illa in patiente formaliter est sine malo culpæ, & nihil aliud: qvàm ἡ κακοπάθεια, qvæ & Christo capiti & omnibus membris qvippe σαυροφόροις competit, & excellentia est, ac corona sanctorum & verorum stratiotarum Jesu Christi, maximè Doctorum, qvales in V. T. Prophetæ conf. Jacob. 5, 10. in N. T. Apostoli 2. Tim. 2, 3. 9. c. 4, 5. sed & utrobiq; omnes Sancti conf. Jacob. 5, 13. hæc notat culpabilem, & privativè inhærentem malitiam, χόλην πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας, eamq; tum originalem tum actualem conf. Act. 8, 22. Rom. 1, 29. 1. Cor. 5, 8. c. 14, 20. ubi jubet Apostolus τῇ κακίᾳ νηπιάζειν Ephes. 4, 31. Col. 3, 8. Tit. 3, 3. Jacob. 1, 21. 1. Pet. 2, 1. 16. sed tamen 5. unus est locus, ubi κακία notat τὴν κάκωσιν Matt. 6, 34. ubi egregiè planè Lutherus vim vocis observavit, & reddidit: Es ist gnug daß ein jeder Tag seine plage habe. est id ex indifferentiâ vocis רעה qvæ nunc τὴν κακίαν notat: nunc ærumnam, afflictionem, vel τὴν κάκωσιν: atq; adeò si dicas רי ליום יום רעתו id Græcè rectè exprimitur: ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἑκάστῃ ἡ κακία αὐτῆς: at sic vox κακίας sumi debet ut רעה in specie non mali culpæ: sed afflictionis & ærumnæ: qvæ רעה ſ. κάκωσις est qvidem â DEO:

at

at non ut κακώσαντι: uti enim est ἀπείραστος κακῶν, ita qvoq; παιδεύει sine κακίᾳ, & ipsa παιδεία καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης Heb. c. 12, 11. Qvicqvid sit, usu Scripturæ κάκωσις respectu τοῦ κακώσαντος non est sine κακίᾳ & ἀδικίᾳ, atq; adeò ita Deus nō est κακώσας, licet & hæc sit à Deo vel ut irato judice, peccata visitante: vel à πολυσπλάγχνῳ Patre, filios, per acerbissimas sæpè corporis & animæ παιδείας, sine ἀγανακτασεὶ atq; adeò sine pœnalitate formalitèr, castigante. Porrò 6. conf. cum hoc Exodi loco, textus Gen. 15, 13. ex ברית בין בתרים atq; adeò cum *complemento vaticinium:* ibi dicitur: עבדום item, ענו אתם *affligent eos*, ubi paritèr Lucas reddidit, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ (scil. τὸ σπέρμα Abrahami) καὶ κακώσουσιν, Act. 7, 6. & conf. Decas Gen. in hunc locum: hîc dicitur: *afflixerunt eos*, כסבלותם atq; adeò illud δουλοῦν καὶ κακοῦν, præcisè respicit hunc Ægypti statum, non ἔτη τετρακόσια extensivè, qvorum respectus proximus est ad statum seminis Abrahami בארץ לא לו vel ἐν τῇ γῇ ἀλλοτρίᾳ: sed & 7. conf. qvà vocis hujus significatum, illustris צחות הלשון Exod. 32, 18. Non est vox ענות &c. sed vox ענות: uti & finem illius ענות qvem Aben Esra ponit in ייברש זרע הזכרים.

Concl. 10. Qværitur 3. Qvid sint סבלות? Resp. *Onera servilia humeris bajulantium imposita*, vel ad *bajulandum*, qvæ significatio est סָבָל nec reperitur nisi in *Kal.* 1. de onere servili, *peccatorum totius mundi*, quæ Christus non saltem abstulit: sed & per imputationem realissimè *bajulavit* Esa. 53, 4. & 11. 2. de onere peccatorum actualium Threnor. 5, 7. 3. de bajulo Isaschare, Genes. 49, 15. 4. de Deo instar matris fœtum onerosè portantis, filios Ecclesiæ bajulante Esa. 46, 4. & conf. v. 7. Semel in Pyhal, ubi est onerari, vel onustum esse instar bajuli, & sic dicitur de bove præpingui, qvi est אלוף מסבל Ps. 144, 14. semel in Eccles. c. 12, 8. ubi est הסתבל *oneravit se ipsum, fecit seipsum bajulum:* inde & סבל est, *bajulum* notans, & סבל *onus bajuli humero incumbens*, conf. qvà prius 1. Reg. 5, 15. 2. Chron. 2, 1. 17. Nehem. 4, 10. Chald. generalius per פולחנא,

 servi-

servitutem, opus, ministerium, notans, expressit, qvomodo paulò post v. 14. reddidit per פולחנא קשיא *servitutem duram,* item: פולחנא בחקלא servitus agrestis: at propriè *bajulorum* notantur *onera* (non exclusis tamen aliis angariis) ita ut in extruendis illis, qvæ paulò post memorantur, Gazis & armamentariis, Ægyptii fuerint מנצחים (seu præfecti, & curatores, moderatores, qvos שרי מסים supra vocat) Israelitæ סבלים vel נושאי סבל Die/Stein/Kalck/Holtz/ graben/ hauen/tragen/ vnd so gar Esels Arbeit thun müssen/ Confer jam 2. Chron. 34, 13. præter loca superiora. Non possum autem non eommendare felicissimam hujus membri translationem in Bibliis nostris Germanicis: Man setzete Fron-Vögte über sie/ die sie mit schweren Diensten drucken solten. Vulg. *Magistros operum.* Optumè.

LOCUS III.

Exod. 1, 11.

ויבן ערי מסכנות לפרעה׃

Chald. בנו קרוי בית אוצריא i. e. *Ædificarunt Urbes, domus thesaurorum.*

LXX. ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυράς, i. e. Ædificaverunt urbes munitas.

Lutherus: Denn man bawete dem Pharao die Städte Pithon und Raemsee zu Schatzhäusern.

Vulgatus: *Urbes tabernaculorum.*

Concl. 1. Qværitur 1. an rectè particula ו reddatur causaliter? Resp. A. Thesis hujus primæ καθόλου est, qvod variis onusti fuerint angariis, peculiaribus מנצחים, iisdemq; rigidis satis, armatiscorio bubulo, impositis, finis præfectorum illorum שרי מסים ponitur ענות בסבלות neq; deerat occasio: Denn man bawete dem Pharao Schatzhäuser. Porrò in ויבן est subjectum latens, impersonale: ut Exod. 10, 5. 11. Exod. 25, 37. 39. cap. 27, 9. & passim. Præstat tamen illis thesaurariis architectos statuere ipsos Ægyptios: horum autem bajulos, vel סבלים (Lastträger/ Handlangers) Israelitas qvi ab illis Exactoribus adigebantur & ad nervos ac robur abripiebantur, atq;

atq; hæc fuit κάκωσις qvam per afflictionem סבלות describit Moses.

Concl. 2. Qværitur 2. qvid intelligatur per ערי מסכנות Respond. id qvod Chaldæus & Lutherus fidelissimè expressérunt: Urbes *thesaurorum* vel *thesauriæ*, armorum, opum, annonæ &c. ad usus necessitatis & penuriæ metuendæ, conservativæ, ad rationem & firmamentum status publici, si qvæ alia, maximè necessariæ, unde & in סכן *commodi, seu utilis, adjuvantis* significatio & Theusararius, Schatzmeister/ סוכן Esa. 22, 15. & in fœminino, *quæ fideliter observat sibi commendatum*, סוכנת 1. Reg. 1, 2. 4. & *Thesauraria, penuaria*, משכנות dicuntur 1. Reg. 9, 19. 2. Chron. 8, 4. c. 16, 4. c. 17, 12. c. 32, 28. qvæ qvod non nisi in *munitissimis castellis* collocabantur, hinc ערי מסכנות aliqvando & materialiter *Urbes* notat *munitissimas*, Gräntz-Vestungen/ in qvibus custodia regni ad observandum ingredientes & egredientes. Qvod nec Ægypto velut *communi horreo Asiæ*, maxime cum jam metuerentur *migraturi Israelitæ* denegandum.

Concl. 3. Latissimè patet vox *Thesauri*: & ad rei pessimæ copiam qvoqve transfertur, unde θησαυρὸς κακῶν apud Euripidem, *thesaurus stupri* apud Plautum: *thesaurus iræ* apud Apostolum, conf. Deut. 32, 34.: aliàs *opes abditæ, & mobilia ab ignotis Dominis vetustiori tempore condita, thesaurus* dicuntur, qvi inventus ejus est, cujus est locus, *nisi quod sine scrutinio eum inveniens in alieno fundo, eum dividit cum loci Domino*, C. de Thes. l. un. sed & *arma*, & *frumenti copia*, & omne id, qvod copiosè ad usus reconditur θησαυρὸς dicitur & adeò *armamentaria* qvoqve & *granaria, & penuaria* rectè dicuntur *thesauraria*, imò hæc passim qvæ, ubi opus, suppeditant, מזון אל זן conf. Deut. 28, 12. Joel. 1, 17. Gen. 41, 56. Conf. Prov. 3, 10. Cujus ergò *thesauri repositoria* fuerunt in *Pithon & Raamses*? Resp. frugum, opum, armorum, qvæ omnia latent sub generali notione thesaurorum.

Concl. 4. Qværitur 3. an *Pithon & Raamses* in hoc textu memorentur, ut *tùm demum extructa*, an *hic saltem memorentur*, ut in *thesauraria Regia*, peculiari novatione, cum jam antea oppida

fuissent, conversa, & proinde majori munitione provisa? Affirmatur posterius, & hunc sensum egregiè expressit noster Lutherus, & idem jam ante observavit Raschi: שלא היו ראויות מתחלה לזו ועשאים חזקות ובצורות לאצר Qværitur 4. Ubi *Piton & Raamses?* Resp. ubi Herodotus ponit Patomum & Pelusium fortalitia in aditu Ægypti. Adde 1. מסכנות à Josepho in Ægyptum introducta. & 2. ab hoc Pharaone contra Josephum & Israelem extructa.

LOCUS IV.

Exod. 1, 12.

Je mehr sie das Volck druckten/ ie mehr es sich außbreitete: Und sie hielten die Kinder Israel wie ein Greüel.

Concl. 1. מה אקב לא קבה אל ומה אזעם לא זעם יהוה ita olim ad Balakum Bileam, qvi ex אדר ישראל qvalem poscebat Balak, factus erat מבדך ישראל & qvidem שלוש פעמים Num. 23, 8. 28. &c. scilicet qvem populum, ex solâ & indebitâ misericordia Deus peculiaritèr in V. T. elegerat, cui seminis multiplicationem, & τὸ σπέρματος ὁ ἐστι χριστὸς futuram exinde nativitatem, ex Ægypto liberationem, in terram Canaan potentem introductionem, jurato pacto in sanctissimis Patriarchis promiserat, ei nec Babel, nec Ægyptus, nec Pharao, nec Balak, nec Bileam, nec qvicqvid in Ægypto fuit Sophistarum, nec ipse Diabolus, cui qvidem exoptatissimum fuisset σοφισμα & ad firmamentum illius ראש על ארץ רבה unicè exqvisitum, si in funeribus & suggrundiis horum Israelis masculorum seu pusionum, simul tumulatus vel submersus *contritor capitis* seu infernalis potestatis fuisset, ut ita nunqvam potuisset לֻקֹּחַ מִגִּבּוֹר מַלְקֹחַ. At frustra omnia: qvò magis enim Ægyptus affligit, tantò magis Deus benedicit, & Israel excrescit, imò in innumeram multitudinem erumpit.

Concl. 2. Vox כאשר non dicit illius multiplicationis post afflictionem, seu הרבות post ענות posterioritatem, ut sit hic sensus: **Nach dem die Egyptier das Volck/ nemlich die Kinder Israel/ plageten/**

ten/ wuchsen sie/ &c. Jam ante enim 1. פרו. 2. שרצו. 3. רבו. 4. עצמו. & qvidem במאד מאד: ita ut 6. essent מלא הארץ seu *plenitudo illius terræ*, conf. v. 7. sed oppositionem, tùm Pharaonis & Ægyptiorum in Israele affligendo, & masculorum semine exstinguendo: tùm Dei in benedicendo, & non secus inter has angarias: qvàm ante illas Israelem multiplicando, atq; adeò comparatam oppositorum actuum magnitudinem, planè ut alibi Esa. 53. Qvàm ergò Ægyptus affligit: tàm Israel crescit, & in multitudinem erumpit: qvam emphasin, præclarè expressit magnus noster Lutherus: uti & positum seu nexum.

Concl. 3. Relatio illius כאשר egregia est ad geminum כן: dicitur enim de Israele 1. כן ירבה, 2 כן יפרוץ. estq; in hâc particula *stabilis & continuæ illius fœtificationis*, de qvâ supra v. 4. consignificatio, hoc sensu: So gewaltig auch die Egyptische Frohnmeister den Israel mit schweren Diensten drucketen/ so blieb doch der Israel beständig/ wuchs/ und zeugete Kinder/ nach wie vor/ daß es allenthalben von jungen Hebreern krimmelte und wimmelte. Und indem also der Israel auch unter den schweren Frondiensten bey der vorigen Fruchtbarkeit und Kinder zeugen blieb/ ja auch unter der Dienstbarkeit immer mehr und mehr gebohren wurden/ geschahe also/ daß/ je mehr sie das Volck druckten/ je mehr es sich mehrete und ausbreitete. Signanter autem spiritus S. non dicit כן פרו vel כן שרצו sed 1. כן רבו. 2. כן פרצו: dum enim obtinet sub ipsis angariis prior illa benedictio, & fœtificatio in gradu superlativo: fuit qvippe במאד מאד, major in dies accedit Israeli multitudo, ita ut supra *impressum naturale* eruperint, & angustiorem suæ multitudini terram Gosan habuerint: neq; contemnenda est Raschii allusio vel *Medrasch* & צחות הלשון 1. Sicut Ægyptii dederunt cor (wandren allen Fleiß/ und Sophisterey/ was nur der Meister Ratio status ausdencken könte/ an)/ ad Israelem affligendum: ita Deus cor dedit (ist immer bedacht gewesen) ad Israelem multiplicandum & להפריץ ad erumpere faciendum ad miraculum usqve. 2. Ægyptii in consultatione primâ de opprimendo Israele dixe-

runt: Prudenter agamus, κατασοφιστώμεθα Israelem, פן ירבה *Pen irbeh* ne Israel multiplicetur v. 10. at רוח הקדש seu Spiritus S. hîc contra illud *Pen irbeh* Ægyptiorum, dicit: Nicht also: sondern כן ירבה *cen irbeh*, Er soll dennoch warhafftig wachsen/ und durch euer Sophistisches: *Pen irbeh* mein beschlossenes כן ירבה nach welchem Er seyn soll/ wie die Sterne am Himmel/ und das Sand am Meer/ welches für vielheit nicht zu zählen / nicht auffgehoben werden: qvin non saltem כן ירבה sed & כן יפרוץ *erumpet in insolentem magnitudinem* יעבור החוק בפריה וברביה uti rectè AbenEsra. Conf. similis צחות הלשון in historiâ serpentis Paradisiaci & seductoris, qvi cap. 3, 1. dicitur Arum & in pœnâ *Arur* miccol bhemoth.

Concl. 4. Qvin mirabilitèr Deus fuit δρασσόμενος τοὺς σοφιστὰς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, dum enim angariis non impediri vident multiplicationem Israelis, sed fortiorem evadere, *ipsi affligentes*, seu qvi veniebant afflicturi Israelem, *affliguntur*: hoc docet membrum secundum: ויקצו מפנו בני ישראל. LXX. qvos Lutherus noster seqvitur: ἐβδελύσσοντο οἱ Αἰγύπτ. ἀπὸ τῶν &c. non malè: sensus enim est: per illos insolentes Hebræorum partus, & fœtificationis inusitatæ inter ipsas bajulorum ephemerias, miraculum, ipsam gentem Ægyptiis abominabilem, detestabilem, non sine interno qvodam horrore redditam esse, usq; adeò ut ad solos adspectus Israelitarum *horrorem, fastidium, nauseam* conceperint, & *corde compuncti*, ac propter irrita sophismata pudore paritèr ac dolore, seu *angustiâ affecti*, & intimè confusi paritèr ac afflicti fuerint קצו בחיותם Chald. עקת למצראי *angebatur anima Ægyptiis*: Es war ihnen/ die den Israel ängsteten/ selbst angst zum Hertzen/ planè sicut cetus ille, qvi cum funus facere & adeò angores pararet Jonæ, ipsus arctatus est à non concoqvendo hospite. Qvin & tacitè in vocabulo respectus dari potest ad קוץ & inversio, ad צוק, justo Dei judicio: per qvod Israel fit Kotz seu *spina pungens*, non qvidem maleficio: sed cœli beneficio, illorum, qvi sunt & fuerunt ישראל קוץ seu spina *pungens* Israelem, vel קוץ מכאב *spina dolorosa* & צוק *Israelis*. Porrò futura signant תמידה seu continuum actum, tum

Ægy-

Ægyptiorum in *affligendo*: tùm *Israelitarum*, in *multiplicando*, & in *multitudinem majorem erumpendo*.

LOCUS V.

Afflictionis Israelitarum seu τῆ κακώσεως; Actus secundus & Senatus consultum secundum.

Exod. 1, 13. 14.

Concl. 1. Occasio gravioris afflictionis decretæ est in illo בֶּן יִרְבֶּה, item: יִפְרוֹץ versus præcedentis: nexus in illo וְיִקְצוֹ: cum enim ex illâ insolenti Israelitarum multiplicatione, & primi consilii irritatione, molestiâ & angore afficerentur Ægyptii, tantò magis sævierunt in gentem, qvam oderunt, imò & metuerunt, & ad cujus conspectum, velut gentis abominabilis, compuncti horruerunt: ergò inde decretum 1. Israelitas non saltem ut servos: sed ut mancipia esse tractandos *quam durissimè*. 2. Et qvidem omnis generis *durissimâ servitute*. 3. ita ut omnes Ægyptii jus habuerint ad suas qvascunqve etiam infandas servitutes Israelitas adigere, easq; durisimè exigere vers. 13. & 14. Unde patet qvomodo hæc κάκωσις, & hoc decretum priori longè gravius tum *(1) servitutis modo*, qvod hîc imperatur בפרך & Tyrannicè: *(2) objecto*, qvod ibi סבלות; hîc omnis generis עבדה קשה e. c. 1. In *luto* fodiendo 2. *lateribus*. 3. omni *servitute agresti*. 4. *omnibus* aliis mancipiorum *onerosis ministeriis*. *(3) Opposito Dominio*: ibi serviebant Pharaoni, & statui, certis angariarum curatoribus, in λειτουργίαις publicis: hîc tot habuerunt Dominos, qvot hostes, omnes sc. Ægyptios, Sie sind zu allgemeinen Sclaven der Egyptier gemacht.

Concl. 2. Simul ergò exiit alterum illud ex consistorio Regis, opprimendi Israelis consultum, Ægyptii non plura morati, rapuerunt ad suas angarias innoxios Israelitas, & ita, *servire fecerunt filios Israel cum sævitiâ*, seu duritiâ vel durisimè, Tyrannicè. Qværitur hîc, qvid illud בפרך? Resp. vox פרך *sævitiam* notat, item *sævam & durissimam servitutem*, qvalis exigebatur olim à mancipiis, & servis, uti nunc *à damnatis ad triremes*, metal-

la,

la, &c. christianis, bello vel alio infortunio captis, & ad detestabile illud vel simile servitium damnatis apud Turcos, &c. Ubi non saltem ἐργολάκται: sed & *validi lictores ulmeis affecti lentis virgis, servile*, qvod Plautus vocat, *malum*, illi *plagigero* mancipiorum generi tritum, minabantur, ulmos, sc. *stimulos, laminas, cruces, compedesq;, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, bojas*, & servituti, durissimæ licet, exactè non satisfacientes, *ad nervos ac robur* abripiebantur, qvin inter seruiendum *vivos homines mortui sæpè incursabant boves*, qvâ de re pasim apud comicos, *verberatissimi* loqvuntur vel *Sosiæ* vel *Davi*. In republicâ autem Israelis dominiũ בפרך absolutè prohibitum, etiam in alieni genam גר ותושב vid. pasim in LL. de Jubilæo Lev. 25, 43. 46. 56. Ezech. 34, 4. præter qvæ loca, & hæc duo Exodi cap. 1, 13. 14. nullibi reperitur in scripturis. Chald. per בקשיו id est, *duritiâ*: atq; adeò עבידתא בקשיו est servitus dura, aspera, difficilima, rigorosa. Græci per κατεδυνάστευον αὐτοὺς Ισραηλ βία, & paulò post κατεδουλώσαντο αὐτοὺς μετὰ βίας egregiè. Consentiunt AbenEsra, cujus hæc est paraphrasis non contemnenda: Novellus ille Pharao primò multa mala excogitavit, & opera Israeli injunxit: postqvam autem vidit, qvod non deficeret multitudo Israelitarum, potestatem dedit vel licentiam, subditis Ægyptiis, eorumqve moderatoribus, ut raperent illos in servitutẽ duriorem, qvam jus Dominorum est in servos יותר מחק העבדים (atq; adeo servitus בפרך est, qvando ultra debitum servitus asperè exigitur) cæterum qvi בפרך idem esse dicunt qvod בפיוט פרוכים non rectè sentiunt: porro cum videret Pharao nec hoc consilium sufficere vel prodesse, tunc vocavit principes sen primarias omnium obstetricum & masculos Hebræos in partu jussit extinguere: Hactenus AbenEsra: sed & convenit Raschi: עבורה קשה מפרכת ומשברת את הגוף בפרך inqvit, idẽ est qvod i. e. *durissima servitus, quæ totum corpus frangit & quasi rumpit*, & dum ad *nervos ac robur* rapit, nervos ac robur, seu אנים unde ראשית אנים & *freno*, frenum admit, sophisticè satis εἰς τὸ μὴ ἀφαννολογεῖν.

LO-

LOCUS VI.

Exod. 1, 14. עבודה קשה

Concl. 1. Hujus meminit Spiritus S. *1. effectum.* in vitæ Israelis exacerbatione. *2. speciale objectum,* (qvod ponitur 1. Lutum fodiendum, 2. Lateres inde parandi, intermixtis stipulis, & ita à sole indurandi. 3. Omnis servitus rustica, & alia fœdissima) 3. *Rigorosum modum* & Tyrannicum gradum. Sensus est: **Es haben die Egyptier den Israeliten das Leben saur und bitter gemacht/ und dasselbe 1. durch Tohn graben/ 2. Ziegel streichen/ und bereiten/ 3. durch die Kalckofen/ 4. allerley Feldarbeit/ 5. und so gar sie zu ihre Bauren/ Drösscher/ und Leibeigene gebrauchet/ auch solche Dienste mit grosser Frechheit und Tyranney von ihnen gefordert.**

LOCUS VII.

Consultum III. Exod 1. à v. 15.

Concl. 1. Nondum crudelis Sophista desæviit: idem adhuc finis, sc. נתחכמה לו פן ירבה v. 10. modus saltem diversus, & cum gemina hactenus sophistica irrita fuerit, tantò asperius nunc in Regio Consistorio cuditur decretum, qvod à versu 15. ad v. 22. tùm ut *imperatum:* tùm ut *impeditum* describitur. In ipso edicto describitur I. *persona imperantis* in territorio 1. II. *personæ quibus executio imperatur* in territorio secundo, qvæ ibidem describuntur 1. munere. 2. gente, & in territorio 3. & 4. nomine. III. Mandatum ipsum modificatum, qvod tale est: *Obstetrices Hebrææ partum masculum in ipso obstetricatu, clanculum nec opinantibus, vel* Cοφιστικῶ *animadvertentibus matribus enecanto: filias in vitâ conservanto:* v. 15. 16. Qværitur hîc 1. an מולדת העבריה habeant rationem appositionis, ut sit sensus: **Die Hebreischen Wehemütter:** an regiminis, ut sit sensus: **Die Wehemütter der Hebreischen?** Resp. 1. formaliter 2. materialiter. Qværitur 2. *an saltem hæ duæ fuerint obstetrices Hebræorum in Ægypto?* Resp. non convenit, illud genti fœcundissimæ & ad nauseam usq; & horrorem Ægyptiorum numerosissimæ: fuerint ergò hæ duæ primariæ, & principes obstetricum, (qvarum & Ægyptum habuisse scholas, & ipsos Hebræos, de suâ gente, vel ultra qvingentas, nec per Ægyptiorum in civilibus celebratam aliàs sapientiam, nec per Hebræorum Partundam dubita-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0049
DFG

te licet) sed & eo nomine clariores in Aulâ Pharaonis esse potuisse, qvod annuum obstetricatus tributum suarum consortium nomine ipsæ deposuerint, non improbabile: unde fidens Paroh ausus est, illas silentiarias æstimare, & ad detestabilem innoxii fœtus carnificinam, executrices illas parare, licet essent de eodem Hebræorum sanguine. Qværitur 3. qvæ ratio nominum tum *Schiphra* tum *Phuah* in memb. 2. v. 15. Resp. Raschi alteram *Schiphra* dictam æstimat שמשפרת את הולד qvod *elegantem reddiderit & exornaverit fœtum editum*, qvomodo etiamnum, id est, munus obstetricum, tùm per aliqvot septimanas, tùm, ubi adducendus infans ad Baptismum: alteram פועה *quod mollitèr blandeq; tractarit, tenerum infantem, blandissimis basuationibus, gesticulationibus*, &c. כדרך הנשים המפייסין תינוק הבוכה *secundum viam mulierum, omnibus blanditiis placantium, flentem lactentemq; puſionem*. Qværitur 4. An fuerint obstetrices illæ Schiphra & Puah, *Jochebed* & Miriam? Ita communiter Hebræi, qvomodo ex Cabala AbenEsra: האמם ויוכבד היו, & Raschi: *Schiphra*, inqvit, fuit *Jochebed: Puah, Mirjam:* ita & bonus Lira: *dicunt Hebræi, quod obstetricum prima fuerit Jochebed filia Levi, & secunda Maria soror Mosi, easq; fuisse binonimas, & secundum hoc exponunt, quod dicitur: & ædificavit illis domum sacerdotalem sc. & regiã, quia prædicta Jochebeth fuit mater Aaron, cui ex posteris hic datum est sacerdotium, & Maria conjuncta est Caleb in matrimonio, quæ altero nomine dicta est Ephrata, & ab eâ denominata civitas Bethlehem, de quâ civitate natus est David primus Rex de tribu Juda.* Sed annon hoc est ὀνειδοποιεῖν & παραλογεῖν? At, licet rectè id assertum Hebræorum improbet, tamen in ejus confutatione delirat Lyra. Qvare non Schiphra Iochebed? *quia*, inqvit, *jam tam hæc erat mortua:* unde autem hoc? *quia*, inqvit, v. 6. *dicitur, quod mortua jam tùm fuerit omnis cognatio Josephi*, maximè illa, *quæ in Ægyptum cum Jacobo ingressa;* & adeò & *Jochebed mortua*, qvia & *cognata, & ingressa.* At ubi dicitur jam tùm mortua *omnis cognatio Josephi?* an דור *cognatio?* & ubi Iochebed *ingressa dicitur in Ægyptum?* an qvia *venter;* in qvo Iochebed, *in possessionem missus?* citat qvidem Lyra locum Gen. 46. at se ipsum ibidem refutat: qvando dicit: qvia Scriptura non exprimit, qvod Levi aliqvam filiam habuerit, qvæ Jochabeth

chabeth dicitur, potest hoc loco dimitti, & ejus loco ad explendum numerum τῶν LXX. Jacob ipse intelligi vel poni. Uno verbo: Virgini, eidemq; teneræ puellæ, nec nomẽ, nec professio, obstetricis vel per ætatem, vel per rei magnitudinem, vel per artem, vel per ζεμνότητα, competit: at talis Mirjam: fuit enim, etiam longè post, nato fratre Mose, עלמה cap. 2. 8. &c. rejicimus ergò *virginalem obstetricatum:* nec Jochebed, ex hypothesi, competit obstetricatus ille per veritatem historiæ, c. 2. Qværitur 4. An ergò fuerint Ægyptiæ? Resp. Negatur contra Lyram, qvi ex spuriâ versione, qvâ v. 19. illud כי חיות הנה redditur: *ipsæ enim habent obstetricandi scientiam,* pessimè id concludit. Qværitur 5. Qvid sit nomen אבנים in v. 16. Resp. 1. errant qvi א servile putant, cum omninò sit radicale, rectè AbenFfra: אין אלף נוסף אלא שרש. 2. Non reperitur, nisi bis, scil. hîc & Jerem. 18, 3. unde 3. *Obnaim* est sella, cui qvis insidet, qvi est עושה מלאכה, atq; adeò est sedile *gravitèr laborantis,* & in specie vel *figuli* מושב יוצר חרס ex luto vas parturientis & enitentis: vel puerperæ in multiplicatione dolorum, laboriosissimè vel dolorosissimè parientis, der Gebuth- der Angst-Stuel / unde 4. rectè hoc loco Chald. per מתברא id est, *sellam parturientis* reddidit, ut 2. Sam. 22, 5. 2. Reg. 19, 3. Hos. 13. 3. כאתא דיתבא עד מתבריא *sicut mulier sedens in sellâ parturientis:* rectè item Raschi per: מושב האישה היולדת. 5. Obnaim fomæ dualis: significati est indifferentis ad singulare, duale, plurale: ut מים & שמים. 6. Atq; adeò interpretatio: *cum obstetricatis Ægyptias, circumspectæ estote circa sellam parturientium.* Porrò: *Quod si filius fuerit,* (clanculum, in ipso partu) *truciditabitis illum: Si autẽ filia fuerit, viva erit.* Addimus: לא היה מקפיד אלא על הזכרים שאמרו לו איצטגנינין שעתיד לילד בן המושיע אותם, verba sunt Raschii, qvæ probamus. Qværitur 6. An illud: וראיתם על האבנים sit proximè nectendum, cum אם בן הוא? Resp. Negatur. Atnach sensum claudit: אם executionis conditionem ponit: membrum primum imperat obstetricibus circumspectionem: secundum, illâ jam suppositâ, extemporaneam executionem, occidendi masculos: conservando fœmellas. Qværitur 7. vocis

ותחי in v. 16.? Resp. sensus facilis, qvem expressit Chaldæus per והקימונה, So solt ihrs im Leben erhalten/ item Raschi per: ותחי *vivat* fœmina: occidat masculus: at קשה מאד ברקדוק והיא זרה ait AbenEsra, id est. *admodum difficilis vox est in analogiâ Grammaticâ, & planè aliena.* An respectus ad complementum contrarium servatorum masculorum? Non displicet. Negatores certè sunt, qvi 1. pro ־ secundo - Dageschatum supponunt: qvi 2. vel ex defectivis, vel qviescentibus 2. Radicali hanc vocem mensurant, contra qvos rectè notat AbenEsra. י &ו, nullibi dare radicalem tertiam: sed vel esse significativam numeri, singularis sive pluralis, sive status e. c. regiminis, sive נוסף seu paragogicum: confer Aben-Esram, qvi habet pro וחיתה vivat illa: addimus item: ן in והמתן notat executionis celeritatem: Ist es ein Söhnlein/ solt ihr mit ihm alßbald fort/ und einen kurtzen Proceß machen; item in ואם est: Solt es aber eine Tochter seyn/ so laß man sie leben.

LOCUS IIX.

Exod. 1, 17. *Pietas Obstetricum.*

Concl. 1. Edictum ergò sequitur II. contrarium obstetricum factum, qvod exprimitur 1. causaliter: *Timuerunt obstetrices* DEUM. 2. formaliter, idq; tùm *negativè*, non obediverunt Tyranno, crudele illud & infandum ministerium imperanti: *nec fecerunt, sicut dixerat ad illas Rex Ægypti:* tùm *positivè: sed* (omni ope contrarium agentes) *in vitâ conservarunt natos illos*, v. 17.

Concl. 2. Unde successit III. Pharaonis cum obstetricibus expostulatio, & causæ, non factæ executionis, inqvisitio, v. 18. & obstetricum religiosa & verissima responsio v. 19.

Concl. 3. Unde ן prolongatum in ותחיין & ותיראן? Respondet AbenEsra 1. non confundendam illam formam fœminin. plural. futuri cum illâ à rad. ראה; adde Rex Pharao (כה ישב עה כשא מלכות מצרים יקרא לשון מצרים פרעה) jusserat תראנה: accuratè circumspectæ ad cædem masculorum eritis: at de obstetricibus dicitur תיראן *timuerunt*, & qvidem illo timore qvi dicitur מן קדם יהוה 2. בכל כוחן ממשמעון הראשון חיו זכרים,

id est,

id est, *quia omnibus viribus suis, magis etiam, quam antea, & quam Lex ac munus obstetricatus jubebat, curam egerunt masculorum.*

Concl. 4. An חיין v. 17. & 18. idem? Resp. subjecto, qvod ubiq; obstetrices: at non personâ ibi 2. pl. fœm. hîc 3. fœmin. qvæ tàm coincidit in numero plurali, qvam 2. masculi. & 3. fœm. in sing. cujus non datur discretio nisi ex contextu: ut Job. 38, 14.

Concl. 5. Qvid autem עבריות חיות? Resp. 1. rejicimus *bestias*, & qvi ita exponunt: *nam ipsæ habent excellentem obstetricandi scientiam*, qvorsum potuit respicere Chaldæus reddens; חכימין אנון. 2. Probamus qvi ita exponunt: כח חיות הרברין וש להם, Es seynd frische/ muhtige/ starcke/ behertzte Weiber/ an welchen alles nur lebet/ welche der Wehemütter nicht achten: sondern auch ohne derselben Kinder gebehren/ und wenn dieselbe kompt/ lieget das Kind schon in der Wiegen Ita se habuit obstetricum responsum, docentium: *plus Deo quam hominibus* (ipsis etiam Regibus & principibus, si diversum vel impium, qvid jubeant) *obediendum*. An a. in reipsâ mendacium? Negamus, & inofficiosè his obstetricibus mendaciũ officiosum affingi probabimus: posito autem, daß Schwachheit mit untergelauffen/ non inde statim *mendacium*, vel *æquivocationis* probatur exemplum.

LOCUS IX. Exod. 20. v. 21.

Senatus consulti hujus eventum.

Weil die Wehemütter Gott fürchteten/ bauete ER ihnen Häuser.

Concl. 1. Hoc proponitur tùm 1. respectu obstetricum: Und Gott thäte den Wehemüttern gutes. 2. respectu Israelitarum v. 20. Und das Volck wuchs und ward überaus starck/ utrusq; ponitur causa in v. 21. Illius: Denn die Wehemütter fürchteten Gott: hujus: Denn Gott bauete ihnen (den Israeliten) Häuser/ ER bescherete ihnen immer mehr und mehr Kinder/ Geschlechter/ &c.

Concl. 2. Docet illam resolutionem tum 1. positus, & mutuus respectus versu 20. & 21. sicut enim ibi in membro 1. ponitur beneficium DEI erga obstetrices: in membro 2. multiplicatio amplior totius Israelis: ita in v. 21. ponitur 1. fons & causa *benefacti* obstetricum, qvæ ponitur: Weil sie Gott mehr gefürchtet/ als des Tyrannen Pharaonis Gebott/ derohalben that der HERR gutes den Wehemüttern: 2. causa benefacti (illius multiplicationis) Israelis

in memb. 2. Denn Gott bauete ihnen/ den Israeliten/ Häuser/ ER segnete sie/ gab ihnen viel Kinder und Geschlechter/ adeoq; causa ponitur immerita Dei benedicentis gratia, & misericordia: manetqve כי in כי יראו causale, at ita, ut hîc causa sit non *benefacti specialis sequentis* ædificatarum scil. obstetricibus domorum: sed illius benefacti generalis antecedentis: & adeò evidens est mutua horum versuum relatio, scilicet

1. כי יראו המילדת אלהים היטיב למילדת אלהים

Weil die Wehemütter Gott fürchteten/ that ihnen Gott hinwieder gutes/ ER belohnete ihnen dasselbe auch zeitlich und ewig.

2. כי עשה אלהים לישראל בקים רבה יראל ועצם מאד

Weil Gott selbst ihm dem Israel Häuser bauete/ so (könts nicht anders seyn) wuchs der Israel/ und ward überaus starck/ &c.

Qvam seqvelam propositionum docet II. accentus Sakephgadol in ויהי: Und dasselbe (daß nemlich Gott den Wehemüttern gutes that/ und die Israeliten sa mächtig mitten unter den Frondiensten/ und barbarischen Tyranney des Pharao zunehmen) geschahe 1. 2. vid. supra.

Concl. 3. Ruit ergò illa famosa, & in qvâ tantopere triumfat in conversione הוא in היא, Bellarminus, enallaga Buxtorfiana & Drusiana, & qvorum non? qvi להם pro להן positum, & adeò *enallagen generis masculini* hîc ad nauseam usq; obstrepunt: qvare? qvia id respicit obstetrices sœminas: at id falsum à priori jam ostendimus: & qvare non contra ab illo להם probatio sumitur ad ponendũ aliud subjectum, qvia id est masculinum, atq; adeò non respiciens obstetrices: sed עם בני ישראל: at demus id *Enallagistico seculo*: ruit 2. illorum expositio, qvi exponunt: *fecit eis*, i.e. *maritis obstetricum*: at, hos materialiter includi coucèdimus: fuerunt n. ex עם בני ישראל formaliter eò affixum referri negamus: qvin ita jam supponitur in primâ relatione illius להם ad מילדת illa, qvam explosimus, *enallaga*, & deinde huic pallium qværitur: aliàs, ubi formalitèr antecedunt *mariti obstetricum?* Non præcedenris principalis, non datur affixum vicarium. Ruit 3. ex parte, qvâ errat, Græca versio: ἐν δὲ ἐποίει ὁ Θεὸς τῶν μαίαις, καὶ ἐπλήθυνε λαὸς καὶ ἰσχύσε σφόδρα ἐπειδὴ ἐφοβοῦτο αἱ μαῖαι τὸν θεὸν· ἐποίησαν δὲ ἑαυταῖς οἰκίας; i. e. *ipsæ obstetri-*

ſtetrices fecerunt ſibi domus: ubi hoc in fontibus? vel an amplianda *enallaga* verbi *ſingularis* pro *plurali*, & *maſculini* tùm *verbi*, tùm *pronominis affixi*, pro fœminino. *Tollite barbarum morem, & inverecundos Enallagiſtas!*

Concl. 4. At qvid *facere domum*, vel *domus?* Reſp. aliud eſt *facere domui*, aliud *facere domum*, aliud *facere domus:* facit *domum*, qvi fœcundam domum facit, qvi ſobolem addit, *maſculam* maxime. Facit *domui*, qvi vel uxorem ducit, vel de peculiari œconomiâ ſibi proſpicit (e. c. Jacobus hoſpes rigidi Labanis nondum fecerat domui, unde ad Labanum: **Laß mich von dir/ es iſt Zeit/ daß ich einmal mein eigen Herr werde/ meine abſonderliche eigene Haußhaltung einrichte/ und meine Füſſe nicht immerhin unter des Schwiegervaters Tiſch ſtecke/** Gen. 31.) atq; adeò hoc eſt *œconomiam inſtaurantis mariti: facit domus* qvi ſobolem, in familias amplificat, ut ex unâ domo fiant plurimæ qvaſi coloniæ: atq; adeò *facere domum* & *domus* eſt *benedicentis Dei*, & unam domum in *innumeras* vel *plurimas generationes*, *domus, familias extendentis & diffundentis*, ad exemplum illius, qvi *unus ſenecio* vidit ex ſe genitos, omnes unius loci incolas: confer tamen Ruth. c. 4. v. 11. Porrò, præcipere domui aliud eſt, qvam facere domui: illud morientis (juxta illud צַו לְבֵיתֶךָ, **Schicke dein Haus/ denn du muſt ſterben**) & ultimâ voluntate rem familiarem &c. ordinantis, Teſtamentū condentis &c. hoc, *vivere civilitèr incipientis*, **der ſein eigen Herr geworden iſt.**

LOCUS X.

Edictum Regis 4. Exod. 2. v. ult.

Concl. 1. Hîc jam in apertam Tyrannida erumpit, barbara Sophiſtica, tribꝰ hactenus deteſtabilibus conſiliis tentata: neq; jam vel Regiis curatoribus vel obſtetricibus: ſed promiſcuè libera imperatur executio: qvalis a. illa? Audiamus: *Præcepit Phãraõ univerſo populo ſuo in hunc modum: omnem filium, maſculum natum in rivũ illum* (ſubitò) *projicite eum: ſed omnem filiam permittetis vivere.* At mirabile hoc edictum: neq; n. dicit: *omnem filium, vel maſculum Hebræorum:* ſed abſolutè *omnem filium natũ*: & præterea: *edictum hoc non Hebræis, ſed Ægyptiis:* an ergò *imperata Ægyptiis eſt ſuorum filiorum carnificina? an, dum furore correptus, Iſraeli maſculo & inde naſcituro Jeſu*

Chriſto

Christo funus paravit, ipse sui & tot filiorum Ægypti in mari rubro futuri funeris, vates fuit? Ex Hebræis non desunt, qvibus primum probatur: qvomodo Raschi. אף עליהם גזר יום שנולד משה אמרו לו ארצטגנינו היום נולד ואין יודעים אם ממצרים אם מישראל הוא וראין אנו שסופו ללקות במים לפיכך גזר אותו היום אף על המצריים ולא נאמר הילוד לעבריים sensus est: *Astrologos Ægyptiacos prædixisse Regi diem natalē liberatoris Mosis instare, & hunc ipsum esse: & simul ex astris prævidisse, illi Israelis liberatori, à quo periculum toti Ægypto portenderetur, ab aquis futurum periculum: an autem ex gente Hebræorum an Ægyptiorum futurus, ex Themate Astrologico definire non potuisse: hoc saltē ex dodecatemoriis videre, & hodie natum illū, & ab aquis illi periculum. Pharaonem igitur nescium, utrâ de gente, certum a. hodie natum, universalem imperavisse masculorum hoc die natorum tùm apud Ægyptios: : tùm apud Hebræos submersionem: & illud portentum de aquis, quod respexerit ad* מי מריבה auff das Haderwasser/ da Moses gestraffet worden/ &c. *conf. Num. 20, 13. 24. &c. applicavisse ad hunc modum submergendi Mosis, ut imperata universali submersione in aquis, unde* סוף *instare ipsi Mosi prædixerant Astrologi, tantò certior esset de sublato liberatore, &c.*

Concl. 2. Emphaticus est *positus nominis vel subjecti absolutè & cum* ה *geminato præpositi, & per affixū 3. pers. iterati, notans vehementiā in imperando, & celeritatem in exequendo:* ists ein Söhnlein der geboren ist/ flugs mit ihm nach dē Wasser/ &c. Sed qvid per יאר *an rivus Nili magni, ad agros irrigandos inde deductus? an piscina, stagnum, ex annuâ Nili exstagnatione ortū?* R. 1. יאר *propriè non tam fluvii ingentioris nomen quā rivi. 2. dicitur tamē tùm semel de Tigrid. c. Dan. 12. tùm de Nilo Gen. 41, 1. propter annuas exstagnationes, & totius Ægypti, ubi pluvia miraculum, irrigationes, ingē multos rivos, stagna, piscinas, traductiones.* 3. hoc loco, *& Nilus ipse, & inde derivati alvei intelliguntur, aliaqꝫ humano opere facta conceptacula,* qvę replet *exuberans Nilus:* neqꝫ n. *omnes masculos ad unum Nilum longiori itinere deferri, ibidemqꝫ demum submergi voluit:* sed הוארה השליכהו Werffet ihn entweder in den Nilus Fluß/ oder sonst in den ersten Strom/ Teich/ oder See/ da ihr zu kommet. Atqꝫ ita qvatuor actibus peractâ Scenâ, clauditur cortina.

):(o):(

DECAS III.

LOCUS I.

MOSES LIBERATOR NATUS.

Concl. I. Fuit hactenus liberationis ἀφορμὴ: seqvitur nunc παρασκευὴ & ejusdem πρωγύμνασμα, in qvibus capite secundo ponitur *1. persona Liberatoris*, ad v. 22. *2. liberandi Israelis*, inde adusq; finem. In personâ liberatoris ponitur *1. tempestiva liberatoris generatio:* v. 1. 2. *2. mirabilis ejusdem in aquis conservatio*, & inde liberati *in domo maternâ humilis educatio* ad v. 10. *3. sublimior in sapientiâ & scientiis institutio, regia adoptio, & nominis Mosche impositio*, v. 11. *4.* προγυμναστικὴ *futuri Judicis & Liberatoris*, eaq; per inspirationem divinam *repræsentatio*, tùm in *Ægyptij & Hebræi duello*, v. 11. 12. tùm *in duorum Hebræorum litigio*, à. v. 12. ad 15. *5. Mosis ex Ægypto voluntaria & temporaria secessio, & Midianitidis Zipporæ domum ductio, & ex illâ sobolis procreatio*, ad v. 23. Atq; tantum in hoc capite de personâ Liberatoris, cui nunc brevitèr, ad historiæ seqventis nexum, additur *status liberandi Israelis*, idq; per oppositionem, tùm, à parte novi Tyranni Pharaonis, crescentis afflictionis, v. 23. tùm, à parte Dei, decretæ & jam instantis liberationis v. 24. 25.

Concl. 2. A nativitate ergo liberatoris Mosis incipit, & qvidem ab ipsis Parentibus Mosis, qvi in hoc c. 1. versu 1. exprimuntur *tribuli origine*, alibi c. 6, 20. *proprio nomine*.

Concl. 3. Verba וילך & ויקח in v. 1 reddenda sunt in *tempore plusquamperfecto*, supponente ex analogiâ linguæ, indifferentèr *pro omnibus speciebus, Hebræorũ præterito:* jam ante enim *ex eadem matre, & Amramo patre, natus Aharon & Mirjam*, licet illorum nativitatem non ita, ut Mosis, describat, vel memoret Spiritus S. qvod hujus natalia velut *futuri maximi Prophetæ, Liberatoris & Taumasian-*

ari, eademq; singularitatibus & *mirabilibus* gestis illustria peculiari erant recordatione exponenda: at לא תתחרש רבו ברזתם *in Aaronis & Mirjam nativitate nihil contigit singulare*.

Concl. 4. Errat ergò Vulgatus, & qvi cum illa toties delirat, Lyra, qvando in v. 1. ita habet: *egressus est* vir de domo Levi *post hæc*, id est, ait Lyra, *post præceptum Regis de masculis Hebræorum submergendis*: at ubi in fontibus illa particula *post hæc?* & adeò exspirat delirans glossa: & qvomodo tùm demum *egressus, accepit filiam Levi*, qvi ante multos jam annos illâ domũ duxerat, & ex illâ jam tùm sobolem florentis ætatis videbat: sic amplius delirat Nic. Lira, qvando versum hunc & in illo vocem accepit de: ידיעה בידי תשמיש explicat, conciliaturus Aaronis & Mirjam prioritatem, ante hanc abitionem Viri de domo Levi seu Amrami: at malè concluditur: *Amram jam ante Jochebed domum duxerat, & ex eâ sobolem susceperat. E. hîc non notatur domum ductio* (sed ביאה vel ידיעה) concludi debebat. E. *hîc non notatur domum ductio, ut post edictum illud demum facta: sed jam supponitur ut præterita*: diu sc. ante tertium illud, de submergendâ masculâ sobole, edictum, Amram Jochebed in uxorem duxerat: hæc item illum geminâ jam prole parentem fecerat, & jam ἐν τῇ νηδύι τὸ πατρὸς Mosen habebat, vel proximè conceptura erat, qvando prodiit alterum illud terribile גזרת ער הזכרים seu *decretum de submergendis masculis*: qvin illud edictum tertium קרוב מלרת משה seu *proximè ante natũ*, qvi jam in utero erat, *Mosen* provulgatum fuisse, ex annorum subductione colligitur: abstractis enim de 400. annis *peregrinantis Abrahami seminis* בארץ לא לו 60. annis *Isaaci*, & 130. *Jacobi* (tot enim annorum ille fuit *Pater factus*: hic, *in Ægyptum ingressus*) remanent 210. qvos in *Ægypto* vixit *Israel*, porrò ab his si abstrahantur 70. *Josephi* post illum ingressum, & 22. qvos post *Josephum* vixit in Ægypto *Levi*, remanent *servitutis Ægyptiacæ anni 118.*: his enim incipientibus, jam tum mortui erant JOSEPH ET OMNES FRATRES EJUS: atq; adeò & *Levi*: Porrò si ab hâc fine abstrahantur 80. *Mosis egressi ex Ægypto Liberatoris*, intercedent inter mortuum Levi & natum Mosen 38. anni, porrò inter *Levi mortuum & Pharaonem illum*

illum novellum Sophistam & Tyrannum, dandum adhuc aliqvod intervallum: sed & *thesauraria Pharaoni diem non sunt extructa per unum*: sed hîc justum intercessit annorum intervallum, uti & in successione *aliarum afflictionum*, eaq; adeò edictum 4. exiguo temporis intervallo antecessit Mosen natum, qvia expresse Stephanus: τότε vel: ἐν τῷ καιρῷ (ᾧ ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη εἰς τὸ μὴ ζωογενεῖσθαι) ἐγενήθη Μωσῆς, Actor. 7, 20.

Concl. 5. Uti autem ex Phrasi: & *ivit* vir de domo Levi, & *duxit* filiam Levi, non incommodè concluditur, *ex aliâ urbe profectum aliunde uxorem domum duxisse: ita tamen ut non nisi ex eadem Levi familia uxorem sibi conjunxerit* (fuisse enim in terrà *Goschen*, qvæ alio nomine terra *Ramses* dicitur, & *excellentissima ac feracissima in solo Ægyptiaco rectè habetur* ex Gen. 47, 7. 11. &c. *urbes plures*, & forsitan *metropolim Ramses*, ubi & *thesaurarium sibi paravit Pharao*, dubium est nullum) ita nugamentum est, qvod Raschi in hac abitione & ductione filiæ Levi, reditionem, & *iteratam*, qvæ per crudele Pharaonis edictum abrupta erat, *cohabitationem* fingit: qvi est רקח seu, qvi *accipit*, domum ducit, & multò magis, qvi *abit, ut ducat*, vel *accipiat* (uxorem scil.) tùm demum parat uxorem domum ducere: qvod si peregrè profectus, totiens *duceret*, imò *iret ut duceret*, qvotiens rediret, jam nautæ, mercatores, aliiq; qvos ad profectiones terrâ mariq; χρήματα impellunt, βίου κεχρημένους ἐσθλοῦ, vel centies, insepultâ Cajâ, unam ducerent. Rejicimus ergò hanc glossam: פרוש הוה ממנה מגזרת פרעה והחזירה i. e. *Separatus fuerat ab illâ ob decretum Pharaonis: at nunc reverti fecit seu reduxit illam*. Supponitur n. conjugium ante illud רכת & קחת & adeò *conjugium ante conjugium*, qvod falsissimum. Contra *acceptio uxoris est ipsa domum ductio*, nec adeò לקיחה est præcisè ipsa ידיעה vel ביאה: nec supponit פריסה: conf. in V. Test. Gen. 4, 19. cap. 6, 2. c. 11, 29. cap. 19, 14. Gen. 24, 4. atq; adeò & *Sponsus*, & paranymphus *Sponso ducit*, Gen. 28, 2. *Abi & duc*, לך וקח an autem jam ante Rahelem duxerat Jacobus, & jam tum erat *maritus filiæ Labanis?* sic Exod. 6, 20. hoc ויקח explicatur cum addito לאשה, Zum Weibe nehmen: & de eo-

 dem

dem Amramo textus ille loqvitur. In N. T. conf. illustre exemplum τῆ μνηστευμένη, qvæ μεμνηστευμένη jam erat Josepho: qvando in & ex illa *Spiritu superveniente* VERBUM CARO FACTUM EST: nondum tamen *domum ducta*, à Josepho, qvi &, cum Sponsam gravidam videret, & mysterium ignoraret, δίκαιος ὤν, Als ein frommer Mann, & adeò nolens illam traducere, voluit *non domum ducere*: sed λάθρα ἀπολύσαι. At contra jubet ὁ ἄγγελος: παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκα. Cui & obediens Joseph παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ; domum ergò duxit, qvam clàm dimittere, vel deserere & adeò non ducere ante destinavit, & ita fuerunt συνελθόντες, cum jam antea πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, inventa fuisset Maria ἐν γαστρὶ ἔχουσα: sed non ex Josepho: qvia ἐκ πνεύματος ἁγίου: qvod συνέρχεσθαι Josephi & Mariæ non satis fidelitèr expressit Erasmus, per illam συνδύασιν, qvam בִּיאָה vocant σεμνῶς Hebræi: reddit enim: *priusquam congressi fuissent*: qvasi jam antea Maria Josephi fuerit uxor, à qvà tamen abstinuerit ex virginitatis & continentiæ voto: contra: πρὶν συνελθεῖν αὐτοὺς explicatur πρὶν παραλαβεῖν Ἰωσὴφ Μαριὰμ τὴν γυναῖκα, Matth. 1, 19. 20. 24.

LOCUS II.

Exod. 2, 1.

Parentes Mosis, Amram, Jochebed.

Concl. 1. Meretur MOSIS personæ dignitas, & nonnulla circa hanc rem difficultas, peculiarem parentum Mosis considerationem, qvam gentilem vel tribulem saltem hîc textus suppeditat, qvod sc. uterq; de *domo fuerit Levi*, altera qvoq; *Filia Levi*: alibi *nominalem* Exod. c. 6, 16. 17. ubi Pater nominatur *Amram*, nepos Levi ex *Khath*, pronepos Jacobi: mater *Jochebed*, eademq; & uxor & דּוֹדָה Amrami: porrò qvod infra erit supponendum, *Levi vixit annos 137. Khath 133. Amram, tot, quot avus, sc. 137. annos*: sed & illud addimus in loco Gen. 46. in classe Levi, Khat, sine nepote poni: filiam item Levi Jochebed non memorari, nisi qvis velit implicitè in

tè in v. 7. contineri, ubi mentio *& nepotum & neptium Jacobi ingressarum in Ægyptum.* Id igitur ex prædictis patet de *Amramo* rem esse expeditam: *pone enim Levi fuisse annorum 43. in descensu: vixerit in Ægypto 94. annis & mortuus fuerit non nisi 36. ante natum Mosen annis: porrò demus Khat 10. annorum in descensu, fuerit 123. annos in Ægypto, & adeò mortuus demum 7.* annis ante natum Mosen: sed & porrò *ponatur Amram natus, à Khat, 30. annorum, pervenisset ad annum usq; status Ægypti 157. mortuus fuisset 53. ante Exodum: 27. annos post Mosen natum.* Sufficiat paucula hæc de *patre Mosis* posuisse, de qvo nihil amplius addimus, qvàm Amram veteribus passim scriptum *Ambram.* Qvod Græcis maximè convenit, qvibus insolentior illarum literarũ nexus: scribitur ergò & Αμρὰν & Αμβρὰν: qvod posterius nomen cum Abram confudit Epiphanius, atq; adeò patrem Mosis & Abrahamum, distinctissimos initialibus literis: ibi enim est עם hic est אב.

Concl. 2. De matre Jochebed major controversia, & illa gemina *1. An ex hypothesi ingressionis in Ægyptum, & uteri immissi, Mosen peperit naturalitèr,* an παρὰ ἡλικίαν δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος λαβοῦσα? *2. An fuerit Levi filia, & Amrami uxor paritèr & amita,* & qvomodo *Liberator ac* מחוקק *Israelis Propheta in V. Test. incomparabilis* natus fuerit de *origine incestuosâ.*

Concl. 3. Rab. Sam. Jarchi suppositis ליקוחין שניים seu duabus Amrami & Jochebed desponsationibus, qvod τεραστολογούμενον jam supra tetigimus, addit: בת קל שנה היתה שנולדה כבאה למצרים בין החומות ולי נשתהו שם וכשיצאו היה משה פ׳ שנה כשנתעברה ממנו היתה בת קל והיא נהפכה לנערה id est, *Jochebed, quippe in ipso Ægypti ingressu nata, in partu Mosis fuit 130. annorum: abstractis enim de 210. annis 80. qui sunt ætas Mosis in Exodo, remanent 130. anni, quos concepto vel nato Mose nata fuit Jochebed: cæterum illâ provectâ ætate, mutata est in puellam.* Rabbinus autem AbenEsra: *Jochebed fuit soror patris Amrami: cæterum non rectè sentit, qui dicit:* תבואת השדה הנזרעה בשדה אחרת חצליח רק באותו שדה עצמו לא תצליח כראוי *Conjugium cum alienâ pro-*

sperum est: non item cum consanguinea, כי עקר אסור ערוה להיות ישראל קדושים *nam Moses nasci potuit ex conjugio gradus prohibiti, ut tantò sanctior Israel.* Et qvis dubitaret, cum expressè Exod. 2. 1. *filia Levi:* & c. 6. *amita Amrami,* atq; adeò *soror Khat, patris Amrami* dicatur. Sed videamus.

Concl. 4. Et primò qvidem ad vetulam renovandam vel expoliendam fullone opus non est: *unde enim probabitur Jochebed in utero ingressam,* atq; adeò jam tùm conceptam ἐν ἐσόδῳ ἑβδομηκ' ψυχῶν: nugamentum id ad explendum τῶν LXX. numerum in Genes. c. 46. fictum fuit, & 66. illis additus Joseph cum pari filiorū: qvibus additis, *cum unus deficeret,* exprompti fuerunt, & hanc *Jochebed* addiderunt: ineptè: cum JACOBUS expleat illum τῶν LXX. numerum: & rectè hoc agnovit Lyra: *Quia,* inqvit, *scriptura Gen. 46. non meminit Jochebed filiam Levi, omitti potest, & ejus loco poni ipse Jacob.* Vixit ad 94. ann. & viginti aliqvot ultra Josephum, in Ægypto Levi: potuit ergo pluribus post illum descensum annis in Ægypto Jochebed filia Levi generari, & ponatur genitam anno Levi centesimo, fuit ille in numero 210. Ægypti, 57. qvâ ratione nato Mose Jochebed illa fuerit 73. annorū: ætas certè, *quæ non nisi per miraculum,* hodiè daret partundæ spectaculum: at olim alitèr, *& illa ætas apta tùm tollendis liberis:* ponatur autem fuisse profundæ senectutis Levi filiam, & adeo ultra annum 100. vel 120. vel 130. genitam, qvod in illa ætate satis habuit exemplorum, jam fuerit Jochebed filia Levi sine fullone, vel 50. vel etiam 43. annorum virago, & sine miraculo idonea masculo concipiendo, maximè cum jam Mirjam, & Aaronem, felici partu enixa fuisset.

Concl. 5. Cœterum *an filia Levi,* & *amita* fuerit Amrami? Expressè scriptura בת לוי Exod. 2, 1. unde seqvitur fuisse ejusdem Amrami & uxorem & *amitam,* unde & *Dodat Amram,* Exod. 6, 20. & expressè Chaldæus אחות אבוהי *seines Vatern Schwester:* ita comunitèr omnes Ebræi literam seqventes: אחת אבוהי בת לוי אחות קהת id est, *soror patris, eademq; filia Levi, & soror Khat:* qvâ ratione, sub Lege, Amram duxisset שאר בשר vel שאר אביו, expressè enim & non saltem ex naturâ correlativorum Levit. 18, 12.

tale

tale prohibetur conjugium sc. cum *amita, item materterâ, (item patrui uxore* v.13.14.) *ut incestuosum damnatur* tàm de jure civili, ubi est in gradu tertio lin. inæqvali: qvàm de canonico, ubi est in gradu secundo lin. inæqvali (de jure enim canonico valet hæc regula in linea rectâ: *quot sunt personæ, tot sunt gradus, demto stipite:* & de lineâ collaterali æqvali: *Quoto gradu quis distat à communi stipite, eodem inter se invicem distant, de quorum cognatione quæritur:* ut & de inæqvali: Qvoto gradu remotior distat à stipite communi, eo etiam inter se distat: vid. l. Can. c. ad sed. 2. caus. 35. qvæst. 5. c. qvod dilecto 3. c. ult. Extrav. de cons. & affin.) juxta jus ergò Canonicum Jochebed & Khat distant gradu primo, qvia uno saltem & primo gradu distant à Levi: item amita (Jochebed) & fratris (Cehati) filius (Amram) distat gradu secundo, qvia fratris filius (Amram) ut remotior persona à communi stipite distat gradu secundo, Moses à Jochebed, extra hanc Matrem si fuisset, gradu tertio, & de jure civili, qvarto, æqvè tamen prohibito: uti enim neptis ex fratre patruo magno nubere non potest, ita nec nepos ex frarre amitam magnam: in ordine enim ascendentium, etiam collateralitèr (nam & in transversali lineâ paritèr dantur ascendentes in infinitum) is est jure meliore, qvi loco superiore: valet ergò: *si non amitam. E. nec amitam magnam,* qvalis Jochebed fuisset Mosi ex illâ hypothesi.

Concl. 6. E qvidem דודה in Lege Levitici dicitur, qvæ patrui uxor est: atq; ita Jochebed non fuerit ita Levi filia: sed nurus: nec ita Amrami amita: sed uxor patrui e.c. Gersonis, Merari: at & hic casus explicitè damnatur Lev. 18, 14. & talis pariter Amramo, ut שאר בשר, ex parte habetur: *prohibitio enim in affinitate, tam lata est: quam in consanguinitate ab utrinsq; & viri & uxoris parte,* & si hanc duceret, revelaret nuditatem אחיך: qvicqvid ergò diximus, huc redit, non carere in ipsâ literâ robore, sententiam Hebræorum, qvæ Amramum ex amitâ Jochebed, atq; adeò matrimonio, Jure Mosaico naturali, civili, canonico prohibito & *materialitèr* incestuoso sustulisse statuit Mosen, qvod cũ non necessitate, ut in initiis, *ex uno sanguine propagandi generis humani,* ubi Filiæ cũ filiâ unius Adami necessariò jungendus erat, excusari possit, *peculiari mysterio* velant Judæi: qvi ipsi explodendi nobis, qvando fratris filiam, velut disertis verbis

bis à Mose non prohibitam, matrimonio jungi posse concedunt, dum enim *ab amitæ & materteræ nuptiis abstinere jubet L. Mosaica*, simul ostendit nubendum non esse fratris vel sororis filiis: cum ea prohibitio *è naturâ correlativorum* resultet: nam si amitam vel materteram, qvis ducere prohibetur, seqvitur nec amitam vel materteram fratris & sororis filiis posse nubere, nec patruum fratris filiam ducere, nec contra, & præterea prohibitio in Levitico non præcisè est personarum: sed graduum: frustra ergò ex particularibus exemplis Abrahami, *qui fratris Haran* filiam duxit, conf. Gen. 11. v. 29. & cap. 20, 12. nuptias illas legitimas probare nituntur Judæi:

Concl. 7. In דוד primaria est *dilecti, & amici* significatio: & inde *Patrui, Avunculi*, velut in linea transversali ascendente proximi: Der nechste Blut-Freund: (CHRISTUS ipse דוד Esaiæ c. 5. & qvia dilectus, & qvia Prophetæ consanguineus τὸν κατὰ σάρκα) videndum autem an rectè detur ab interpretibus in locis Lev. 10, 4. 1. Sam. 10, 14. 15. cap. 14, 52. 1. Chron. 27, 32. licet magnus noster Lutherus constantèr retinuerit, ut in loco proximo, Patrui significationem: Der Jhonatan/ Davids Vetter/ war der Raht und Hofemeister/ und Cantzler. Porrò דודה in legibus, est *uxor patrui*, die Wase/ cum qvâ matrimonium ut damnabile, prohibetur, & illud ערירים ימותו additum conf. Levit. cap. 18. v. 14. & cap. 20. v. 29. qvæ habetur, *ut amita*, & eodem censu *quo patruus:* unde sive Amram duxerit amitam, sive Patrui uxorem, parum interest: utrumq; enim prohibitum in Levitico, neq; aliter fœmininum דודה reperitur: licet Buxtorfius addat locum Cant. 8, 5. ubi tamen non est דודה absolutum: sed affixo modificatum: & non fœmininum: sed masculinum cum affixo fœminino, & rectè Aben Esra reddit per: *Dilectus ejus, Ecclesiæ scilicet Israelis est Rex Messias*, idemq; consanguineus, τὸν κατὰ σάρκα. Aliàs *filiam dici nurum, & neptem*, & ita porrò in lineâ descendente: filium item, qvi nepos est &c. notius est, qvam ut probari debeat, & דודה in *cognatæ* significatione abstractâ non repudiamus, ut ita Jochebed potuerit *neptis esse Levi, Amram nepos*, atq; adeò דודתו qvæ in gradu fraterno proximo, non tamen vel divino vel civili jure prohibito, qvin ab ipso Deo aliqvando probato

Num.

Num. ult. Qvæ n. perſonæ eodem & pari gradu æqvalitèr à ſtipite diſtant, nec ſibi invicē vel parentum vel liberorum loco ſunt, ut patrueles, conſobrini, amitini, de jure civili in qvarto: canonico in ſecundo gradu, tàm jure Moſaico, qvàm civili conjungi poſſunt, licet & *Arcadij ac Honorij* conſtitutio olim, & nunc conſuetudo in plurimis locis, nec ſine argumentis, etiam has nuptias non concedat. Pedibus in illam ſententiam ivit Lira, & jam ante Hieronymus: qvos qvid moverit, jam ante diximus: metuerunt ſcil. ætatem 135. annorum in Jochebed, pariente Moſen: qvin, inde oriri potuit, qvod in verſione Vulgatâ Exod. 1, 1. pro *filia Levi* ponatur *uxor ſtirpis Levi*, ſeu qvæ fuit ἐκ τῶ γυναικείων Λευὴ, uti habent LXX. ut illa annoſa ac ſterilis *Eliſabeth* in Evangelio, vel uti Chriſtus *filius David* & c. 6. Accepit Amram Jochebed uxorem, *patruelem ſuam*, de qvâ mutatione textus Hebraici gravitèr Toſtatus: *Beatus Hieronymus* (ſub reverentiâ tanti Doctoris, ad qvem velut ad cœlum os attollere non audeo) *à veritate Hebraicâ deviavit, & patet, qvia hic dicitur in Hebræo:* accepit uxorem filiam Levi: *in noſtra a vulgata dicitur:* acceptâ *uxore ſtirpis ſuæ*, id eſt Leviticæ, *& infra, ubi ponitur ſecundum literam Hebraicam:* accepit Amram Jochebed amitam ſuam, *Beatus Hieronymus tranſtulit:* accepit Amram patruelem ſuam, ſeu patrui vel amitæ filiam. *Qvare ergò B. Hieron. in iſtâ parte mutaverit ſententiam literæ Hebraicæ, cauſam certiſſimè ignoro: ſed conjicio fuiſſe eandem, cum motivo Lyrani: nec mirandum eſt, qvod vir tàm ſolemnis qvantus eſt Hieronymus, cujus veſtigia ſemper adoro, ad hoc non attenderit, qvia, ut ait Ovidius, interdum bonus dormitat Homerus.* Sed & ipſe *bonus Toſtatus dormitavit*, dum ſcripſit Lev. 20. דודה notare *amitam* ſeu patris ſororem: utrobiq; enim in prohibitione tum Lev. 17, 14. tum c. 20, 20. דודה eſt uxor patrui, & contradiſtinguitur amitæ vid. c. 18, 12. c. 20, 19. nec דודה per amitam: ſed *affinitate junctam* reddidit Vulgatus.

Concl. 8. Qvin & illud addimus 1. circa qvoddam in Leviticō prohibitum, aliqvo in caſu à Deo Patribus eſſe diſpenſatum: e. c. lex בם conf. Lev. 18, 6. Deut. 25, 5. vix enim ſatisfaciunt, qvi in Levitico agi *de fratre vivente: in Deuteronomio de mortuo*, putant, & ita diſtinguunt. 2. In *polygamiâ & nuptiis Patriarcharum & patrum*

trum concubinatu, peccatum aliqvando negari non debere, etiam mortale, certè *in judicio divino, & suâ naturâ:* potuitq; esse in patrum qvorundam, e. c. Jacobi, Davidis, Amrami matrimonio, qvod displicuit Deo: sive id fuerit judicio illorum contrahentium, *vel peccatum nullum, vel occultum:* qvia non contumacitèr & scientèr fuit à qvibusdam in expressam Legem peccatum: qvas proinde nuptias veras dici posse concedimus: neq; tamen legitimas Mosaicè: nec incestas formalitèr rectè dici putamus: & uti Magistratus verus esse potest, qvi non legitimus, ita conjugium verum licet non legitimum, seu Legi Mosis congruum; & in illis legibus Levitici obligatio qvidem est legis naturalis, at qvæ non semper ex naturâ formalitèr: sed & ex *Dei voluntate* pendet.

LOCUS III. *Moses natus. & Domi absconditus.*

Exod. 2, 2.

Concl. 1. Iterum ergò conceperat jam Jochebed, & expletis mensibus *peperit filium.* Qværunt hîc Hebræi curiosè, *de mense & die natali,* qvotus ille à *conceptione?* pro *septimestri partu* pronunciant, qvi loqvuntur מרש, qvos inter Raschi: *unde illud?* qvia per *tres menses* domi Moses absconditus, & ab iniqvisitorum turba securus fuit: Ubi autem *trimestre elapsum,* inqvisitus nec tutus latere domi potuit: *unde autem qvod id nonnisi post trimestre?* ex Genetliaco themate, **Es hätten die Egyptischen Weisen dem Mosi eine Nativität für seine Geburt gestellet/** qvod thema nativitatem prædiceret *non nisi in mense 9.* elabente: *ubi ergò inqvisiverunt, decimus fuit exordiens, à concepto Mose mensis:* at jam tum per *tres Lunas* delituerat parvulus Moses: *natus ergò mense septimo.* En Magistrale Rabbinorum acumen, vel potius *sapientiam insanientem:* qvam ut דרש excusat AbenEsra, qvi rectè monet *1. Ægyptios non potuisse scire tempus partus, vel nativitatis quia non potuerunt scire tempus conceptionis. 2. & hoc licet cognito, multiplex partus humani tempus non accuratè sciri posse. Sed dari partum 259. dierum cum 3. diei: dari 273. dierum: dari 287. dierum,* qvæ Hippocraticis scholis examinanda relinqvimus, & illis qvi scrutantur מזל העומה: neq; illi probabunt ejusdem Rabbini assertum: *Mosen non natum mense septimo;* qvare? *qvia*

partus

partus septimestres minus sunt vividi, perfecti & honorati: talis scilicet est *refutatio* qvalis *probatio:* utraq; inepta, & sicut ex illo דרש *non probatur Moses septimo mense natus:* ita ex hac ratione *non negatur:* dantur enim exempla *septimo mense* (imò & octavo, qvo *natus nullus unquam vixit* Hippocr. judicio) *natorum, & vividorum & perfectorum corporis proportione, & honoratorum Romæ Consularium.* Potuit ergò & Moses nasci mense 7. & potuit nasci 9. vel 10, neq; hic sine insigni nugatione pronunciatur ab audaciâ Rabbinorum.

Concl. 2. *Qvæ autem Causæ & peculiaris impulsiva Mosis à Matre absconditi, idq; per 3. Lunas?* Resp. non tàm *storga* & σπλάγχνα *materna,* qvippe etiam, illis matribus, qvæ exponebant, communia: non tâm *vultus infantuli elegantia,* & צורתו מכל ילודים qvam *Fides, Fides.* conf. Epist. ad Hebr. cap. 11. vers. 2. qvæ *evidenti* confirmabatur Symbolo: vidit enim כי טוב הוא, **Sie sahe/ daß es ein fein Kind war.** Qvomodo autem vidit, & qvomodo טוב הוא? Resp. vidit spiritu, & sine dubio ex peculiari revelatione, indeque ἐδυναμοῦτο τῇ πίστει, **und fürchtete sich nicht für deß Königes Gebot;** vidit etiam sensu & intellectu: *vidit spiritu,* qvod *bonus esset:* qvomodo? consule optimũ interpretem Stephanum Actor. 7, 20. qvi reddidit: παιδίον ἀστεῖον τῷ Θεῷ, **ein schön und feines Kind für Gott:** Liberandum Israelem ex angariis Ægypti, & qvidem instare nunc liberationis tempus ex *fœdere inter sectiones* ברית בין גזרים Gen. 15. scivit, & cum Amram marito *pia mater Jochebed* credidit: nunc in hoc pusione, peculiari revelatione, LIBERATOREM ISRAELIS agnovit, & credidit, atq; ita ex fide abscondidit: *vidit sensu,* qvod bonus esset 1 בגוף & בצורה seu *corpusculi insolentiori & firmiori proportione.* 2. בתאר *pulchritudine.* *Vidit intellectu,* qvod bonus esset, 1. נשמה seu *animæ in tam pulcherrimo corpore, eminentia.* 2. מלאכה seu futuri muneris & dignitatis excellentiâ. Rejicimus ergò qvi non nisi טובת תאר hîc somniant: datur enim in Scripturis & טוב עם יהוה qvalem fuisse Mosen testis Stephanus: ut ridere liceat nugatorem *Jarchium,* qvi uti ad *Amphitruonis illius personati* natales *Comicus*

Continuò consonat sonitu maximo
ædes primò ruere rebamur tuas
ædes totæ confulgebant tuæ, qvasi essent aureæ,

Ita ad hujꝰ Mosis natales nugatur: כשנולד ימלא הבית כלו אורה *unde vidit mater qvod bonus esset? simul natus est Moses, tota domus luce insolitâ perfusa fuit.* Qvæ nugæ Rabbinicæ tales sunt, qvales illæ Bromiæ.

LOCUS IV.

Exod. 2, v. 3. 4. תיבת גמא

MOSES IN TEBA.

Concl. 1. Fide, &, grassante ubivis inqvisitorum & executorum terribili licentiâ παρ' ἐλπίδι ἐπ' ἐλπίδι, clanculum domi aluit Mosen Jochebed: nec ullus gratior uberum alumnus ultra fuisset, nisi aliud consilium poposcisset, id, qvod præsentit, inevitabile extra expositionem & parentum & filioli periculum. Exponendus ergò, sive *prodentibus masculi fletum vicinis Ægyptiis*, qvibus mixti habitabant in terra *Ramses* Israelitæ, sive *ultrò inqvisitionem parantibus*, Pharaonis executoribus, in fluentum fuit, tenerrimum & ἀστεῖον τῷ Θεῷ παιδίον Moses: qvam id doloris fuit in parentibus inculpabile argumentum: tàm fidei fuit signum, qvod è *scirpo paraverit alveolum*, qvod eundem *pice & bitumine* bituminaverit, & reddiderit ab aqvis tutũ, qvod inter lacrymarum & fidei certamina alveolo imposuerit mater filiolũ: qvod in *ripâ Nili algosa* & non cuivis accessâ ei fecerit tumulum v. 3. qvod filiam natu maximam speculatricem de longinqvo constituerit, ad eventus futuri spectaculum v. 4. Atq; ita omnia hîc facta τῇ πίστει, conf. Hebr. Epist. cap. 11. v. 13.

Concl. 2. Rejicimus ergò R. S. Jarchi glossam שמנו לה המצריים מיום שהחזירה והיא ילדתו לו׳ חד׳ וי׳א׳ שהיולדת לשבעה יולדת את מקוטעין והם ברקו אחר זה לסוף תש חדש׳ i. e. *Observarunt illam Ægyptij à die domuitionis, & conjunctionis cum Amramo, exinde computarunt ad partum 9. menses: cæterum illa post 6. menes & 1. diem, atq; adeò septimo mense, post 181. dies peperit: partus*

qvippe

qvippe septimestris est omnium legitimorum maximè præcisus & infimus: atq; adeò per 3. menses fefellit Ægyptios, & securiorem habuit parvuli educationem, Ægyptiis non nisi post 9. menses inqvisitionem sexus masculi parantibus: qvando prævenerit mater expositione filioli in algâ Nili. Sed hæc nugamenta jam ante solida non esse notavit AbenEsra vid. l. 3. concl. 1. & ubi *Thema Gemelliacum* Mosis, & *partus* ejus *septimestris* roboratur in scripturis? scilicet *Moses per 3. menses fuit absconditus.* E. septimestris fuit partus, & illi 3. menses fuerunt ab Ægyptiis numerati, ut includendi ante partum. In definiendo tamen septimestri partu, facile cum *Principe Medicorum Hippocrate* convenit, maximè si sumantur, *menses solares perfecti.*

Concl. 3. Alveolus qvi hospitem habuit pusionem Mosen, eodem, qvo *Noachi arca*, salutatur nomine תבה scilicet: at *materiale* diversum: illa ex *cedrinis lignis:* hæc Mosis navicula, ex גומא seu *junco:* utriusq; tamen materia, rei qvam continebat, & officio idonea: illa continebat universæ animalis creaturæ ζῶπυρα: hæc unum pusionem: at utraq; levis & ad fluitandum super aqvas aptissima. Cœterum de voce תיבה, qvæ in usu scripturæ non qvamlibet κιβωτὸν vel arcam: sed illam saltem notat, qvæ *1. hominibus exponendis, super aquas deportandis, idonea, & 2. ad formam expositi hominis fabricata,* atq; adeò *3. non nisi vel Noachi: vel Mosis est arca,* plura diximus *in Decad. 3. Bresith. Loc. 1.* & conf. *Ar. Mont. in Arcâ Noæ.* Neq; caret *arca Noæ & Mosis* suis mysteriis. Illud jam meminimus, תיבה non nisi de geminâ illâ *Noachi & Mosis,* atqve adeò duorum *celebratissimorum Taumasiandrorum* receptaculis arcis dici, & tàm ab ארון: qvàm ab ארגז in Linguâ & Script. S. accuratè distingui, licèt id nec Chald. in suo תיבותא, nec Græcus in suo κιβωτὸς observaverit: hoc tamen loco & Græci interpretes, θήκη παπύρου reddiderunt & retinuerunt, illud תיבה, qvi & alii legunt θήκη, qvod illis idem qvod κιβωτὸς παπύρου. Porrò גומא uti rectè S. Jarchi Latinorum *juncus,* vel *scirpus* est: sed ita ut h. l. non planè גומא; sed גומא קשה intelligatur, qvi *alveolo & infanti* trimestri sustinendo par fuit: sunt apud Hebreos tria vocabula 1. סוף. 2. גומא. 3. קנה. qvibus respondent totidem Latina *1. algæ. 2. scirpi, vel junci. 3. calami, arun-*

mi, arundinis, qvæ tam capaces alicubi, ut ex illis, alibi è populo, parent monoxila: sed & Lanceas, remos & malos Myaporonum, uti in Zeilan, regno item Pegu, ubi septenum pedum ambitum æqvat, & longitudine alicubi pedes 75. Sed, ad trium mensium pusionem non opus calamum poscere & Zailan, vel Pegu: sufficit juncus Ægypti: conferamen locũ Ps. 68. *de bestiâ arundineti:* **Schilt das Thier im Rohr** &c.

Concl. 4. Sed qvare alveolum illum & *Pice & bitumine?* Resp. Hebræi: זפת מבחוץ וטיט מבפנים כדי שלא ירח אותו צריק ריח רע שם זפת: id est, *Picem foris, & bitumen intra, ut odor picis non penetraret ad incumbentem Mosen:* potuit ita esse: maximè tamen & illo חמר intenta fuit *scirpei navigioli* ad arcendas aqvas conglutinatio, & rectè AbenEsra: חוא טיט ארום מרבק נמצא בארץ ישראל: sed & in terrâ Ægypti satis fuit חמר uti ad Sedomam בארות בארות חמר, cap. 14. Genes. Qværitur: *An illud* ותתצב v. 4. *pro subjecto habeat nomen sequens, ut sit sensus:* **Seine/ deß kleinen Mosis/ Schwester stellete sich von ferne/** &c. *an subjectum præcedens:* **Die Mutter Mosis/ stellete seine/ des Mosis/ Schwester/** &c. Resp. Affirm. prius; ratio *1. conjugatio. 2. accentuatio. 3. positus.* interim, *non injussu matris, fecit qvod fecit.*

Concl. 5. Qvinq; hujus *fidei* actus ponuntur, suppositâ illâ συγκαταβατικῇ, qvam distinguit *Segolta:* 1. *alveoli scirpei constructio,* **Ste/ die Mutter/ machete ihm ein Schilffen Kästlein.** 2. *Ejusdem bituminatio & conglutinatio* (& hactenus membrum 1.) 3. *Filioli inter lacrymas impositio.* 4. *Arcæ in algâ stagnantis Nili expositio & speculatricis filiæ, constitutio,* atq; ita *solicitudo & affectus piæ matris,* sed vel maximè *Fides* in singulis elucet actibus, qvos non sine causâ tàm accuratè expressit *Spiritus S.*

LOCUS V. Exod. 2. à v. 5. 10.

Moses matri redditus.

Concl. 1. Et hæc fides *victoria* qvoq; fuit *Pharaonis & Ægypti:* qvi enim inter lacrymarum torrentes alveo scirpeo, & cum hoc Nili impositus erat alveo, luctante domi fide parentum, nunc qvanto cum matris jubilo, maternis uberibus charissimus filiolus, cujus

cujus vita in ſcirpo erat, jam ſecurus fati & tyranni, Regiâ autoritate redditur, jubilante & de reddito filiolo ac fraterculo triumfante Amramo, exultante Jochebed, tripudiante Mirjam. Neq; verò, qvi innoxius expoſitus erat, Tyranni edicto, & futurus erat משה עמו ut *ſceleſtus & juſtè expoſitus de tumbâ ſcirpi* prodire debebat: ſed ut *per tyrannidem expoſitus, & ſcelerate ſubmergi juſſus*, ſolemniter per *Regiam autoritatem & emiſſionem*, idq; ab *humaniori ſexu, Filiâ regiâ totoq; virginum Regiarum choro, ex aqvis educi:* ut tanto glorioſior eſſet ille Moſis ſcirpus, & tantò magis convinceretur iniqvitatis, & crudelitatis, *barbarus Tyrannus*, ipsâ *filiâ*, barbari *patris*, inhumanitatem damnante.

Concl. 2. *Deſcendit* (enim) *Filia Pharaonis* (ex palatio ſuo regio) *ad lavandū* (more Ægyptiaco) *in rivo illo (vel ad fluvium illum, in aliqvo Nili ſtagno) & puellæ ejus* (filiæ Pharaonis, ſeu de Gynecæo regio ihre Kammer-Jungfern) *ambulantes* (erant) *in ripâ fluvij illius: & vidit* (filia Pharaonis) *alveolum illum* (ſcirpeum) *in medio algæ illius* (ex fluvio Nilo ad ripam maximè & copioſe excreſcentis) & (ſimul vidit, cum ipſa ob remotam pauliſper ab arido tumbam, ne cuilibet ſtatim viatori pateret, ſiccis pedibus accedere non poſſet) *miſit* (unam ex illo puellarum choro) *ancillam ſuam, ut acciperet* (acceptumq; ſibi afferet) *alveolum illum.* Errant hic ex Rabbinis, qvi vocem אמתה explicant in ſignificatione *cubiti*, & porrò, *manus, brachij, ac ſi ipſa Pharaonis filia, μακρόχειρ emiſſâ manu alveolum ex alga deſumpſerit:* addunt: נשתרכבה במרה אמות הרבה: i. e. *Cubitum filiæ Pharaonis in ipsâ manus emiſſione excreviſſe: ſed rectè* contra hoc nugamentum antecеſſorum notant *R. S. Jarchi & Aben Eſra 1. id eſſe contra* אמה ב דקדוק לשון הקדש *Patachatam & Dageſchatam*, non ſignificare *manum vel brachium: ſed menſuram, cubitum, atq; adeò eſſe* מדה לשרן: non ושרן זרוע.

Concl. 3. *Et* (ſtatim, ſimul ancilla alveolum adduxit, Pharaonis filia illum) *aperuit, & vidit illum, natum, inqvam, illum*, (emphaticè: *vidit illum, natum illum*, qvæ emphatica eſt, תוספת ביאור ſeu additio clarioris explicationis & oſtendit: Daß die Tochter Pharao gar genaw/ und mit groſſer Verwunderung den kleinen/ und überaus ſchönen

schönen wolgestalten Knaben Mosen in seinem Schilff-Kästelein liegend angesehen habe/ *expleri mentem neqvit, ardescitq; tuendo. Et ecce puerulus*, der kleine Moses/ (licet proportione nostrorum infantium trimestrium membrorum magnitudine, & voce qvoq; insigniori fuerit, ac fleverit) *flebat: igitur* (videns, παιδίον ἀστεῖον, idq; suam lacrimans miseriam, ad commiserationem mota Pharaonis filia) *clementia usa est erga illum* (puerulum flentem) & (*cum ex præputio abscisso circumcisum* agnosceret & adeò *Hebræum*) *dixit: ex natis Hebræorum hic est.*

Concl. 4. Porrò qvomodo soror Mosis speculatrix fraterculo conservando anticipatione consilii subvenerit: *an adducam tibi mulierem lactantem ex Hebræis?* qvomodo item id facere jussa, cum tripudio & verè μετὰ σπουδῆς, *hæc Evangelia* domum attulerit, ipsamq; *matrem ut lactantem* adduxerit, qvomodo mater filium receperit, & (*annon cum ineffabili & intimo gaudio?*) blandissimè ubera pusioni dederit, docet versus 7. 8. 9.

LOCUS VI.

Moses in Aulâ, Exod, 2, 10.

Concl. 1. *E scirpo ad aulam* jam Moses evehitur, & dum Israelem Pharao omnibus angariarum generibus, ne crescat, & libertatem qværat, opprimit, domi *Regio splendore*, illum, qvi futurus erat *liberator Israelis, & pallida mors Pharaonis*, alit. *Simul ergò adolevit puer ille* (educatus hactenus in domo paternâ) *adduxit enim* (mater, eademq; lactans) *filiæ Pharaonis, & fuit illi in filium* (adoptione, ac eductione) & *vocavit nomen ejus Mosche: dicens: qvia ex aqvis extraxi illum.* De qvo nomine potissimum qværitur.

Concl. 2. Dicitur autem משה id est *extrahens*: non משוי ad indicandum id qvod in hac extractione mysticum erat, &, in ipso nomine *mysterium* pariter, ac *futurum beneficium* involvebat: scil. in extremo discrimine, aqvis jam expositus *extrahitur Moses*, idemq; propterea *extractus*, ut extractor populi esset, idq; tum demum cum jam *aqvæ pertingerent Israeli ad animam usq;*: Dictus ergò est Moses, tum *passivè*: tùm *activè*, qvorsum respicit, Propheta Esaias 63. ubi *de Spiritu S.* dicitur, *qvod recordatus sit dierum seculi, & Mosche seu eductoris*

ctoris populi sui (errat autem turpissimè, qvi hic vocem עמו pro subjecto ponit, Abarbinel: insulsissimè illud, uti docet positus & accentuatio). Atq; hoc supposito concedimus, id qvod habet AbenEsra: השמות אינם שמרים כמו הפעלים id est, *in nominibus propriis non semper observatur respectus conjugationis: sed sufficit significatio radicis.*

Concl. 3. *Qvodnam autem fuit nomen pueri proprium, in domo maternâ ad circumcisionis sacramentum, filio impositum?* vix dubium, qvin acceperit: *qvale autem?* tacet scriptura: dicamus ergò & nos הס. Porrò: *An nomen Moscheh est primæ impositionis, an interpretationis, supposito nomine homogeneo Ægyptiaco?* Si prius, *qvomodo convenit Ægyptiæ Hebræi nominis impositio?* Si posterius, *qvodnam illud nomen à filia Pharaonis impositum?* Sed respondet ad prius R. AbenEsra: *Forsitan didicit filia Pharaonis linguam nostram: aut interrogavit matrẽ:* ita est, *potuit scire linguam: potuit & facilè qværere, qvo nomine posset extractus talis, vel* ζωθεὶς δι' ὕδατος *commodè nominari,* & adeò ad consilium matris à filiâ Pharaonis *Mosche* vocari: sed & videatur, annon ipsa *mater nomen Mosche primò imposuerit?* sanè nomenclaturam matri tribuere, postulat fermè seqvela membri 2. *sed obstat ratio?* Non planè. Etenim & mater illum ex aqvis extraxit, qvando de alveolo scirpeo filium vivum recepit, & præterea extraxit illum FIDE, & ardenti *supplicatione*.

Concl. 4. Sed nondum satisfactum curiositati. Igitur AbenEsra ad h. l. שם משה מתורגם מלשון מצרים בלשון הקדש ושמו בלשון מצרים היה מניוס id est, *Nomen Moscheh ex linguâ Ægypticâ translatum est in linguam sanctam: cœterum nomen ejus in linguâ Ægyptiacâ fuit Moniom:* citat Rabbinus huic rei testes ex Ebreis librum *Bodath hadama,* translatum *ex linguâ Ægyptiacâ in Arabicam:* & libros *sapientum Græcorum.* At hæ certè argutiæ non unius assis æstimandæ: tàm credibile, *Ægyptiam Ebreo puero Ebreum nomen dedisse* (ipsamq; vel *linguam in Ægypto tùm familiarem scivisse,* vel à *matre & sorore didicisse aptum* rei significandæ nomen) *qvàm Ægyptium:* & tutius id nomen creditur impositum, qvod Scriptura dicit impositum: Illud autem non est *Monius:* sed *Moscheh:* qvin uti diximus, videatur prius, an illa, qvæ nomen *Mosche imposuit,*

fuerit filia Regis: an ipsa mater? sed & Moscheh potuit esse proprium: *Monios*, Ægyptiis ejus *interpretamentum*.

Concl. 6. At verisimile tamen aliud *circumciso* nomen inditum fuisse: qvàm hoc, qvod impositum jam *ex aqvis extracto*. Igitur Clemens Alexandrin. l. Strom. audacter suo more: *Regina*, inqvit, *seu Regis filia, qvæ longo tempore non concipiebat, filium autem desiderabat, flentē puerum nutrici dedit, eiq; nomen imposuit aptâ ētymologia: aqvam n. Moi vocabant Ægyptij, in qvâ moriturus fuerat expositus. Mosen enim vocavit eum, qvi ex aqvâ emersus respiraverit: clarum est ergò qvod parentes prius circumciso puero aliud nomen imposuerint: vocabatur autem Jehojachin*, Cœterum hæc partim dubia: partim sunt ridicula, & tam vera, qvam qvod alibi: *Hoschianna*, inqvit, *sonat: Lux & gloria cum supplicatione Domino:* item, qvod, Mosi in cœlum recepto impositum sit nomen *Moschi*, nec desunt hîc alii nugatores, indigni bonis chartis. Porrò informationem Mosis duplicem ponit Stephanus *1. Philosophicam & acqvisitam:* ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων. *2. Theologicam &* Θεόπνευστον, qvâ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις αὐτοῦ, v. 22. Ex prophanis selectiora addemus: igitur Diodor. Siculus, μετὰ τὴν παλαιὰν οὗτ' κατ' Αἴγυπτον βίου κατάστασιν τὴν μυθυλογουμένην γεγονέναι ἐπὶ θεῶν καὶ ἡρώων, καὶ βιοῦν τὸν Μνεύην ἄνδρα καὶ τῇ ψυχῇ μέγαν, καὶ τῷ βίῳ ἱκανότατον μνημονευόμενον. *Mneven* vocat *Mosen*, eundemq; *Virum magnanimum, & celebratissimū*, &c. Sed & antiqvissimū est illud orphaicum Onomacriti de Mose:

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων ἅμα καὶ μέσον ἠδὲ τελευτὴν
ὡς λόγος ἀρχαίων, ὧν ὑδογενὴς διέταξεν.
ἐκ θεότεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμὸν.

Aptè exprimit vim nominis Moscheh per ὑδογενῆ, i. e. *regenitum ex aqvis & ex his velut natalibus extractum*, τὸν ἀνασπώμενον ἐξ ὑδάτων, vel ὑδρογενῆ. At unde homo Græcus hæc didicit? & maximè illū, ὑδογενῆ & δίπλακα δέλτον θεσμῶν, seu *duplices Decalogi tabulas?*

LOCUS VII. Exod. 2. v. 11.

Moses egressus ex aulâ.

Concl. 1. Licet inter excellentia *sapientiæ* gymnasia, & purpuræ spectacula, Mosi transacta hactenus fuerit, minus tamen eodem

eidem jam potenti λόγοις καὶ ἔργοις placuit *vita aulica*, ejusdemqve *pompas & schemata*, aliaq; splendorum simulacra, *non unius æstimavit assis:* sed totum id FIDE, qvæ mundi est victoria, nedũ τῆς πολλῆς φαντασίας, unius Ægypti: illæ μέγας γινόμενος, *recusavit dici filiæ Pharaonis filius, & maluit cum Dei populo affligi, qvam deliciis mundi inquinatis peccato frui: illa crucem CHRISTI amplioris æstimat, qvam thesauros, & splendores Ægypti:* atq; adeò *egreditur aulâ, dum vult esse Mosche.*

Concl. 2. Qværitur hîc 1. An illud בימים ההם seu *in diebus illis* respiciat tempus id qvod proximè præcedit? Resp. dandum est intervallum 37 ferè annorum, inter actum v. 10. & 11. & h. l. nexus potior est *cum seqventibus: qvam antecedentibus.* Qværitur 2. *an illud* ויגדל משה Da Moses war groß geworden/ ita se *habeat* in v. 11. uti in 10. Resp. in v. 10. non notatur *nisi magnitudo primæ ætati ad ablactationem usq; congrua,* wenn ein Kindlein so groß/ daß es von der Mutter/ oder Ammen/ Brüsten entwehnet wird: hîc *perfectior Mosis jam adultioris magnitudo, virili ætati debita,* Da er nun ein Mann von vierzig Jahren war/ ita enim explicat Mosen Stephanus ponens τεσσαρακονταετῆ χρόνον, vitæ Mosis, ad hunc usq; egressionis actum Act. 7. v. 23. *An autem sola annorum & virilis proportionis magnitudo?* Resp. negatur: sed *1. magnitudo fidei & confessionis Heroicæ,* qvâ πίστει μέγας γινόμενος ἠρνήσατο *nomen, aulam, thesauros Reginæ, & Regis Ægypti. 2. Sapientiæ inspiratæ paritèr ac acqvisitæ, divinæ ac humanæ,* in qvâ erat πεπαιδευμένος. *3. Potentiæ,* ἐν λόγοις καὶ ἔργοις, in Worten und Wercken/ *dignitatis item insignis aulicæ. 4. ætatis & qvantitatis individuo debitæ,* Da Er nunmehr am Glauben / Göttlicher und Weltlicher Weißheit/ groß/ mächtig in Worten und Wercken/ auch dabenebenst ein Mann von vierzig Jahren war/ ging er in solchem Glauben/ im Geist/ und Krafft deß HERRN aus/ &c. Rabbini primam explicarunt de גדולת קומה: alterum de גדולה שמינהו פרעה על ביתו seu de *magnificentiâ dignitatis aulicæ,* Er sey Königlicher Burggraff oder Marschall gewesen.

Concl. 3. Qværitur 3. an simplex notetur per vocabulum ויצא *Mosis ex aula egressio?* Resp. notatur talis *egressio,* qvæ conse-

qvens fuit illius magnitudinis, seu גדולה præcedentis, 2. describitur à Spiritu Sancto tùm *privativè* & per negationem, qvâ *non curavit, imò abnegavit titulos filij Regij, thesauros & divitias Ægypti:* tùm *positivè*, per affirmationem, qvâ *egressus est ex aula ad fratres, ex Illustrissimis, Splendidissimis, ad obscurissimos, abjectißimos, servos:* qvâ maluit cum Israele pati variisq; calamitatibus exerceri, sub signo CRUCIS CHRISTI: tùm *finalitèr, termino ad qvem:* egressus enim ad fratres suos, ut *cognosceret velut* Liberator Israelis futurus, *de angariis illorum:* atq; adeò *fide egressus*, & ut *Judex magnanimus* de causâ cognovit: ille enim primus actus Judicis: conf. Act. 7, 23. nam & προκαταρκτικὴ & προηγουμένη exprimitur: illa fuit *Israelis indignißima afflictio*, qvæ ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν Mosis: hæc *commiseratio*, & *destinatio in Judicem & Liberatorem.* Simul ergò ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν Μωσ. ἡ κάκωσις τῶν ἀδελφῶν, decrevit qvoq; ἐπισκέψασθαι τοῦ ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἡοὺς Ισραήλ. Atq; egressus ut *Judex*, ut *Vindex*, ut *opitulator & servator Israelis:* nam & qvi *in judicium procedit*, & qvi ut *opiculator, servator*, vindex, *egredi paßim dicitur.*

LOCUS IIX.

Mosis liberatoris progymnasmata, Exod. 2. ad v. 16.

Concl. 1. Ex fide ergò & singulari vocatione *egressus Moses, vidit Ægyptium, qvi percussit Hebræum & huc atq; illuc prospiciens Moses, cum neminem videret, qui animadverteret, percussit Ægyptium & abscondidit illum in arenâ*, v. 11. 12. Qværitur hîc 1. qvale hoc Mosis factũ? Resp. non homicidæ: sed Judicis & liberatoris, atq; adeò inculpabile: qvia *ex fide, vocatione.* Inst. nondum præcessit vocatio. Resp. licet non in scriptione: tamen in internâ Mosis persuasione & mente. Inst. *fecit clanculum, abdidit in arenâ, qvod non Judicis.* Resp. notorii, & ordinarii: at idem latentis & nondum plenariè probati Judicis actus esse potest. Addatur ex divinissimâ interpretatione Stephani v. 24. illud 1. ἰδών τινα ἀδικούμενον. 2. καταπονούμενον. 3. ἐποίησεν ἐκδίκησιν, qvæ omnia & *factum probant justum fuisse, & eum qui fecit, Judicem*, unde, qvi hoc factum culpabile aliqvomodo æstimant, similes sunt, Israelitis illius seculi, qui uti debebant, *non intelli-*

intelligebant, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς Μωσέως δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν. Deus ergò jam tum dedit hanc σωτηρίαν: Si Deus dedit: non nisi Diabolus culpabit.

Concl. 2. Seqvitur nova progymnasmatum scena: ubi Judex Moses inter *duos Hebræos, fratres, litigantes: at Servatorem & Judicem* non agnoscentes, conf. Actor. 7, 24. 25. Unde cum Moses ad *reum* qvi violentiam exercebat, diceret: *qvare percutis socium tuum?* respondit insulsus ille 1. officium Mosis judiciarium negando: *qvis constituit te Principem & Judicem, super nos?* 2. Factum pridie Mosis judiciarium occultum, manifestando: *An ad occidendum me, tu intentus es, sicut occidisti Ægyptium:* (Notetur hîc ex illo אמר probare Rabbinos, שהרג משה את המצרי בשם המפרש) conf. Lucas Act. 7, 26. & erit hujus qvoq; historiæ commentarius.

Concl. 3. Et inter illos actus rediit qvidem ad aulam Moses: nunc autem *fugit,* cujus fugæ causa, *factum trucidati Ægyptij Pharaoni manifestum,* indeq; *armatus PHARAO* & ζητῶν ἀποκτεῖναι αὐτὸν, **Er suchete Gelegenheit/daß er ihn umbbrächte.** Fugit ergò non ut *causæ diffidens:* sed ut *vocationi inserviens,* qvæ latentèr vindicare Israelem jam tùm jubebat: apertè & patentèr postea: abit ergò ex Ægypti regno, solemnissimè & publicè vocandus ac confirmandus Liberator à Deo: ut qvi *rationem status Ægyptiaci* exactè noverat, & in *aulâ Ægyptiacâ* eductus Oratoriam didicerat, contra Ægyptum, invictus, & fulminans *Orator* prodire posset, publicè & miraculosè vocatus: & tantò fortius confunderetur Ægyptus, dum per illum concutitur, qvem educavit.

LOCUS IX. à v. 16. ad v. 22.

Socer Mosis.

Concl. 1. Fugiens ergò Moses ἐν τῷ λόγῳ τοῦ ἀδικοῦντος, qvi non agnoscebat MOSEN ἄρχοντα καὶ δικαστὴν, ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μαδιὰμ, uti ait Stephanus Actor. 7, 28. atq; adeò illud ipsum γενέσθαι πάροικον exprimit Moses per primum וישב c. 2, 16. uti per alterum, וישב non nisi illum, qvi occasionem commorationis in Midianitarum regione dedit, sed & ἀφορμὴν conjugii

(uti enim Jacobo: ita Moſi felicitèr ceſſit ישיבת ער הבאר ſeu *ſeßio ad puteum:* utrobiq; idem factus novellus maritus, ונזדווג (לו זוגו מן הבאר actum *ſeßionis ad puteum illum:* unde ad primum וישב additur generale illud בארץ מדין: ad alterum ער הבאר. Cœterum hîc de *conjugio* Moſi proſpectum, occaſione illius ישיבת על הבאר qvod qvomodo factum narratur v. 16. 17. 18. 19.

Concl. 2. De ſocero Moſis qværitur an *Sacerdos*, an *ſecularis*, *Præſes Regius*, & uti hodiè vocant, *politicus* fuerit? an *illuſtriſſimus: an reverendus?* mirum certè *Satrapen Regium* filiam dediſſe, *exuli, Paſtori gregum, proſcriptoq; capiti.* Sed mittamus hæc: *Socer Moſis* כהן מדין dicitur: id à noſtro Luthero redditur: Der Prieſter in Midian: ita jam ante interpretes Græci: ἱερεὺς ἡλιοπόλεως & hîc ἱερεὺς Μαδιάμ, & alii tùm orientales: tùm occidentales: At *Tremellio, Junio,* magis placet, ſocerum dare *Vice Regem, & provinciæ Midianitarum præſidem:* nec repugnat Chaldæus, qvi expreſſit per רבא דמדין id eſt, *præfectum Midian,* ſeu *Satrapen in Midian:* ſed id generale nomen: datur n. & רב סגנין & רב חרטמין & רב קטלויא & qvid non? neq; negamus, qvin uti כהן Hebræis: ita Rabba Chaldæis *Officialem* aliqvando notet *politicum,* qvomodo Hira, qvi nunqvam ſacerdocio functus eſt, כהן dicitur Hebr. & רב Chald. 2. Sam. 20. v. 16. & Zabhud 1. Reg. 4, 5. qvæ in Vulgus nota. At ſi particularis acceptio probat *Officialem politicum Satrapen Regium,* &c. multò magis probat illum, *qvi ſacris operatur, Sacerdotem,* ſive ille לאל אלין ſive עליון: nam hæc & *famoſior* (certè in Moſe, ubi כהן vix ullibi datur in ſignificatione *officialis politici:* at innumeris in locis in ſignificatione *ſacerdotis* propriè dicti) & *formali propior,* & *materialis* eſt excellentior ſignificatio: & petimus nobis prætcr hæc duo κρεμόμενα dari in Moſe loca, ubi כהן *officium notat politicũ, aut politicum & principem Regis miniſtrum. Inſt. Pietas* Moſis *abhorrebat à ſacrificulo Idololatra.* Reſp. æqvè ſatrapes ille fuit Idololatra, & non malè Raſchi: פירש לו מעו ונדוחו מעצלם: neq; enim dubium, qvin per generum converſus fuerit ſocer & hujus exemplo alii. Inſt. *Cohen Midian,* magis convenit *præſidi provinciæ Midian:*

qvam

qvam sacerdoti. Resp. potuit esse *Primarius & Generalissimus*, qvibus titulis hodie gaudent οἱ Φιλοπρωΐδοντες: deinde *Cohen Midian* rectè redditur: ein Priester in Midian/ vel, ein Midianischer Priester: neq; hic necessitas jubet fingere, vel τῷ Πατριαρχῷ, vel, *Generalissimam Superintendentiã*. Videant autem an securum polliceri potuerit *hospitium* Moses apud Regium satrapen, PHARAONE ubiq; *publicis* etiam *diplomatis* Mosem ad cædem deposcente: certè, qvi capitis esset damnatus à *Rege Hispaniæ*, emissis undiq; inqvisitoribus, stultus esset, si apud *Vice Regem Neapolitanum* hospitium sibi securum promitteret, nec sine majestatis periculo & socer hic, & ille gener esset.

Concl. 3. At major de nomine controversia; hîc enim *Raguel* dicitur, pater illius virginum septenarii, in qvo *Zipporah* sponsa Mosis: at cap. 3,1. Jetro, & c. 4, 18. Jeter, & Num. 4,11. & c. 10,29. *Hobab*, qvâ de re notamus 1. Jetro sine dubio, *Socer Mosis*, & adeò Pater Zipporæ: probatur qvia totics חתן חשה dicitur, & à Mose, ut Socer, honoratur: conf. Exod. 3,1. c. 4, 18. c. 18, 1. 2. 5. 7. 8. 12. 14. 15. 17. 24. 27. AbenEsra qvidem ad Num. 10, 29. *Chobab*, inqvit, *filius Reguel fuit, & frater Zipporæ, idemq; לפי שקול הרעת s. juxta libramẽ rectæ rationis, Jetro: qvod si qvis objiciet, dici* Choten Mosche, respondere licet, *viam esse scripturæ & Socerum & Affinem dici* חתן uti h. l. *Chobab*: sed unde probabit Rabbinus *illam*, qvam vocat, *Scripturæ viam?* Chobab dicitur חתן משה: an sonat affinem Mosis, an Socerum, est ipsum κεκλόμενον. Nos pro *Socero* pronunciamus & ratione & auctoritatibus antiqvis suffulti. 2. Jeter & Hobab, idem qvi Jetro, scil. paritèr & idem mutato saltem nomine Socer Mosis, probatur ex Num. 20, 29. & Jud. 4, 11. ubi paritèr חתן משה dicitur, & qvidem in loco primo de Chobab: non de Raguele: ut probatur ex accentuatione: *multi dicunt*, ait AbenEsra, *qvod Chobab sit ipse Jetro, idemq; Pater Zipporæ & filius Reguel.* 3. Hobab filius Reguelis, atq; adeò hic pater Jetronis, alio nomine dicti Hobab: probatur ex eodem loco Num. 10, 29. 4. Raguel avus Zipporæ: sed & 6. reliqvarum filiarum, qvæ memorantur Exod. 2, 16. 18. ubi proinde Chaldæus Jonathan non malè: *& venerunt filiæ illæ ad Raguelem*,

lem patrem patris sui, rectè AbenEsra: *Avus vocatur pater, qvomodo Jacob: Deus Patris mei Abraham & nepos vocatur filius, qvomodo Belsacer filius Nebucadnezaris, qvi nepos erat.* Pater ergò *Jetro:* avus *Raguel*, qvi neptem Zipporam pro autoritate avi eminentiore dedit Mosi: neq; tamen Mosi proximè fuit *Socer Raguel:* sed *Jetro.* Et 5. errant vel qvi *Raguelem* confundunt cum *Hobab*, vel qvi *Raguelem* & *Jetro* pro uno habent, *Mosis sc. socero*, & *Hobab* faciunt Mosis affinem, filium Jetro. *Cæterum qvomodo Moses ad nuptialem illum puteum residens, filias illas Jetronis, à pastoribus deturbatas confirmaverit, pecudes illarum aqvaverit, & qvomodo per hanc humanitatem favorabili & humaniori sexui exhibitam, reciproca humanitate in domum Jetro ac Raguelis, & conjugium filiæ adscitus fuerit*, explicatur v. 18. 19. 20. 21. atq; ita MOSES *Sponsus* paritèr ac *maritus* fit *Zipporæ*, & *in ipso exilio cogitat de uxore*.

LOCUS X.

MOSES PATER, Exod. 2, 22.

Concl. 1. *Non caruit benedictione conjugium* Mosis: nascitur enim solatium exilii, *primogenitus Gerschon: nam*, inqvit, *peregrinus factus sum in terra aliena.*

Concl. 2. Hic jam integrum versum, qvi non est in fontibus interponit codex Græcus: Ἐλι ὴ συλλαβὴ ἐπεκεν ἠὲν δ'ὰτεσον καὶ ὀκ ἀλεσε τὸ ὀνομα αὐτὸ Ελίεζερ λέγων· ὁ γὰρ Θεὸς τὸ πατρός μὸ βοηθός μὸ καὶ ἐρρυσατό με ὀκ χειρὸς Φαραώ. Neq; alitèr occidentales qvidam Latini, & ex Germanicis ipse Lutherus noster. Qværitur: *Qvid Juris?* R. 1. Versus in Exod. 18, 4. à Spir. S. in fontibus exprimitur: non Exod. 2, 22. 2. aut additur *ut necessarius hoc loco positu, aut ut convenientior cognitu:* utro autem modo dicatur, tacitè Spiritus S. accusatur *non observati ordinis, & argumentorum connexitatis, vel etiam nostræ cognitionis*, & ita *ab humana stultitia redarguitur cœlestis sapientia.* 3. Non autem hoc loco versum illum nexum habere & positum debitum, nec adeò natales *Gerson & Eliesér* conjungendos ex intervallo natalium vel 36. annorum ad oculum ex contextu & seqventibus capp. demonstratur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0080
DFG

י״י

הצליחנה

DECADIS IV.

LOCUS I.

MOSES PASTOR OVIUM.

Mose aber hütet der Schaffe Jetro seines Schwähers/ deß Priesters in Midian/ und treib die Schaffe enhinder in die Wüsten/ und kam an den Berg Gottes Horeb.

Concl. 1. Ad *rubum* jam *ardentem* accedimus, missis illis Rabbinorum, & qvi ex illis delirarunt, *Liræ, Tostati:* Sed & olim *Josephi* nugamentis, ac fabulis, *de ædificatâ obstetricibus domo in Mose & Aaron Sacerdotali: in Mirjam regiâ: de fractâ à Mose Amonophis coronâ: de Jochebed nato Mose 135. denato 255. annorum vetulâ, de Sacerdotis Eliopoleos præsagio, de Mose decapitando, de spiculatore aurisia percusso, de Oro Pharaone stupido, & tamen animoso,* pulchrè hîc conspirante, *erronea versione,* Vulgato Ebr. 11, 27. de *Salomith* marito *cornuato,* unde? qvia Levit. 24. mentio fit *de blasphemo filio Salomith, qvem peperit de viro Ægyptio inter filios Israel: de Datan & Abiram in altero,* qvod Moses *c. 2.* meminit *Ebræorum duello, de Veniali ex se mendacio officioso, jocoso, imò &,* si parvitas sit materiæ, *pernicioso.* Anteqvam autem ad rubum accedamus, paucula ex cap. præced. supponimus.

Concl. 2. Uti ergo περισσότερος προφήτου, & *minimus* paritèr *ac maximus* ἐν γενητοῖς γυναικῶν, προφήτης ὑψίστου, (vide Matth. cap. 11. vers. 9. & 11.) per aliqvot annorum Decadas, ἦν ἐν τῇ ἐρήμοις ἕως ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ισραηλ: idemq;, simul ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ, ex deserto, velut, ex Academiâ Spir. S. prodiit *vox clamantis in deserto,* & fulminans τῷ λόγῳ καὶ ἔργῳ JOHANNES BAPTISTA: ita ille, de qvo in parentalibus dicitur: **Es stand hinfort**

kein

kein Prophet in Israel auff/ wie Mose/ den der HERR erkant hatte/ von Angesicht zu Angesicht/ zu allerley Zeichen und Wunder/ &c. Deut. 34. v. 10.11. per 40. annos in illo deserto, per qvod *Pastor gregis Israelis*, turmas ducere debebat in Exodo, conf. Gen. 18, 5. pastorem ovium egit: ibi Academiam, & ipsum שכני סנה & יהוה צבאות Professorem habuit, usq; dum ex deserto publicâ voce Dei tùm reditum imperantis, tùm ζωτηρίαν instantem nunc explicantis, tùm eundem ut Liberatorem & Oratorem apud Pharaonem, designantis, *revocaretur vox clamantis in Ægypto*, illo imperativo geminato: לך שב מצרים Auff/ und mache dich wieder in Egypten/ c. 4, 19. & ab Angelo IHOVAH designaretur ἐν φλογὶ πυρὸς משה עמו, Dux מחקק & מלך בישרון cap. 2. v. 16. &c.

Concl. 3. Qværitur hîc 1. an qvæ hoc versu dicuntur de *Mose ovium pastore*, dicant *ordinarium* Mosis in *Midianitide*, *Statum*, an singularem saltim & extraordinarium actum. Respond. aff. 1. de membro primo: 2. de 2. ordinariè ergo fuit per illos 40. exilii ann. רעה את צאן יתרו singularitèr autem evenit, ut tùm illuc gregem propelleret, & pasceret, ubi ex pastore ovium, vocandus erat, *pastor afflictarum domus Israelis* myriadum, earundemq; *ovium*: imò צאן נחלת יהוה qvo nomine Israelem passim venire, in vulgus notum est. Qværitur 2. an 40. anni intelligantur *absoluti. an nondum exacti* in hac *gregis ductione ad montem Elohim?* Resp. intervallum, inter Mosis abitionem ex Ægypto, & hanc vocationem ad montem *Elohim*, Moses ponit genericè per ימים הרבים ההם; Stephanus explicitè πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, Actor. 7, 30. in qvo excluditur ille τεσσαρακονταετὴς χρόνος, qvi ἐπληρῶτο in egressione Mosis ex aula Pharaonis conf. ibid. Stephanum v. 23. Impletur autē e. c. *dies pentecostes*, ἡ ἡμέρα τῆς πεντηκοστῆς, non *post*: sed ἐν τῇ πεντηκοστῇ: *sic, octo dies circumcisionis*, non post; sed in *die octavo*, unde rectè Beza Luc. 2, 21. *Dum advenisset dies octavus, ad circumcidendum puerulum*: malè Vulg. & Erasmus: *postqvam consumati sunt dies octo*. Scilicet *impleti dicuntur dies, anni*, aliqvando cum sunt *in termino* jamjam *consumando, & finiendo*: aliqvando cum sunt in termino

jam

jam *consumato, completo & finito,* neqve amplius, ut ibi, in *ultimatâ viâ ad terminum,* conf. Luc.1,57. & c.2.22. prior autem intelligitur in Stephano, & notetur Mosis vitam à Spiritu S. dividi in tres qvadragenas, qvarum *1. est exacta in Pharaonis aula. 2. In Midianitica vita pastorali. 3.* In eminentia Ducis principali & castrensi ambulatoriâ.

Concl. 3. Qværitur 3. An illi 40. anni tàm impleti intelligantur respectu *Angeli DOMINI è rubo manifestati, & Mosis vocati; qvàm Phamonis illius mortui,* Exod.2,23. Resp. Affirmatur: ita tamen, ut supponi possit Pharaonum mortuum πρὶν πληρωθῆναι τὴν τεσσαρακονθαετίαν, ex eodem textu, ut & Exod. c. 4, 19. Quaritur 4. an idem Parho sit qvi in cap. 1. v. 8. memoratur *Rex novellus,* cum illo sub qvo Moses *ex Ægypto* memoratur *egressus* c. 2, 15. & cum illo qvi c.2. v. 23. memoratur *mortuus.* Resp. 1. Pharao capitis 1. Exodi, & c. 2. v, 10. idem fuit. 2. si hic idem fuisset cum illo cap. 2. v. 15. regnavisset 50. ad minimum annis, si & cum illo, qvi *mortuus fuisse dicitur* c. 2, 23. regnavisset per 90. annos, & ex hypotesi hic fuisset 120. plus minus annorum mortuus. 3. Pharaonem, sub qvo *Moscho natus, & sub qvo aulâ egressus,* eundem fuisse, non impedit regni Chronologia, & historia sacra, nisi qvod à posteriori illam sententiam inconvenientiorem arguat, hypotesis altera, qvæ eundem statuit Pharaonem, qvi memoratur c. 2, 15. ad cædem depopoſciſſe Mosen, & qvi c.2.23. memoratur mortuus fuisse. Neq; verò ex c. 4, 19. magis probatur non idem Pharao: qvia scil. dicitur: *Mortui sunt omnes illi Viri, qvi qværebant animam tuam.* qvàm inter *Herodem* & *Archelaum* inteceſſiſſe alios, qvia pariter dicitur: τεθνήκασιν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου, Matth. 2, 20. Et id intelligi potest ibi *de Parone:* hic de *Herode:* inclusivè cum *officialibus,* & *primiceriis illorum.* Fuerunt plures οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν, E. *fuerunt plures Pharaones.* N. consequentia. 5. ordine ergò scripturæ, ejusdemq; relatione, omninò *ille Paro sub quo Moses egressus* hîc intelligitur *mortuus,* qvippe qvi principaliſſimè fuit מבקש נפש משה: atq; adeò sive *Unus,* sive *cum successore* ὁμωνύμῳ, & pariter מבקש נפש משה: qvin, an absurdum, illius ætatis Reges, regnavisse per 40. annos, vixisse 65, vel 70: utrumq; nostro seculo exempla habet, nedum

dum in illo: πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, à Mose egresso, mortui erant כל האנשים *qvi animam Mosis qværebant*: signanter autem, inqvit, מתו כל האנשים & simul inculcat stultitiam seculi, illos, qvi ipsi & morbis & morti sunt obnoxii, elende Erdwürme/ sterbliche und schwache Menschen/ ita conjurare, & plumbeas iras in proximum gerere, & ipsos mortales, ac citius morituros, mortem minari. Sed & illi ipsi qvi ponunt *Pharaonem*, sub qvo natus Moses, *Amonophin* 7. post anno mortuum, & post egressum ex aula Mosen, *A centrem, Achorum*, & ilium, qvi cum רכב וסוס tumulatus in mari rubro, illum sub qvo Moses egressus ponunt 38. annorum Regem, nomine *Orum*: non ergo absurdum 40. ann. imperium. Sed linqvamus illa qvæ parum certa.

Concl. 4. Qværitur 4. *Qvid Rbia in voce* ומשה? Resp. notat *mutatum subjectum, & actum disparatum vel oppositum*: nec ullus accentuationis positus magis est emphaticus: qvàm tale Rbia: conferantur nunc saltem hæc paucula Gen. 19, 24. Esa. 48, 15 ubi opponitur עת היותה, & illud עתה Rbiatum: respectu illius, Messias dicit שם אני: confer Proverb. 8, 27. hujus respectu, dicit *se missum vel mittendum* à IHOVAH & Spiritu ejus, conf. Jon. 1, 4. 5. cap. 2, 9. & in metricis Ps. 68, 4. & simili positu. Sic hoc loco subjecta præcedentia sunt *Israelitæ* (hactenus à Deo præcavente futurum, conf. Num. 14. *afflicti*, vel etiam ob horrenda Idololatriæ crimina *ex parte* puniti, & tàm *durè vexati*, conf. Jos. 24, 24. Ezech. 20, 7. 8. cap. 23. v. 3. 8.) *seriâ pœnitentiâ, ad Deum conversi*, ingemiscentes, & ex *pœnitentiâ & fide vociferati* v. 23. DEUS item, *audiens* clamantes, *recordatus* pacti: *respiciens* Israelitas, *cognoscens de causâ eorum* v. 24. & 25. ubi Deus emphaticâ verborum gradatione, velut *actus perpetuus*, & in liberandis Israelitis maxime activus, describitur. Huic *subjecto*, aliud jam, aliterq; se habens opponitur, & proinde *Rbia signatur, ut emphaticum*: Was that aber bey so gestalten Sachen (da die Israeliten unter ihrer unerträglichen Dienstbarkeit seufftzeten/ und ängstiglich schryen/ und in dem Gott nunmehr im Werck war die Israeliten zu erlösen/ etc.) der Moses? &c. Spir. S. Moses aber hütet der Schaffe Jetro. Israelitæ *clamant, gemunt sub onere*: *Deus exaudit, recordatur, respicit, cognoscit*:

qvid

qvid Moſes? *paſcit oves*, ſibi beatus & *procul negotiis, ut priſca gens mortalium.* An autem Anachoreta? An tantùm Corydon, excuſsâ illa, in qva ἐπαιδεύθη, Σοφία? Non putamus: qvin & Philoſophum & Theologum tùm maximè & *fratum memorē* fuiſſe, non dubitamus.

Concl. 5. Qværitur 5. Qvid אחר המדבר? Reſp. Chald. בתר שפר רעיא דמדבריא, Nach der allerbeſten Schaffe-Weide/ in derſelben Wüſten. Raſchi addit: להתרחק מן הגזל שלא יוער בשדות אחרים: neq; malè Vulgatus: *Ad interiora deſerti:* juxta literam: *poſt qvoddam deſertum:* in qvo deſerto, fuit *Choreb & mons Elohim*, ad qvem proinde, palantibus hinc inde gregibus, ſenſim pervenit Moſes: Und alſo kam er gen Horeb/ an den Berg Gottes/. Qvær. 6. *An Horeb idem qvi Sinai?* Reſp. Si mons, diverſus, non regione: ſed *vertice*, cohærentibus radicibus, conf. Actor. 7. v. 10. 1. Reg. 19, 9. Rectè autem AbenEſra: *dicitur Horeb* חרוב מרוב *à vehementia æſtus, & vaſtitate ac ſiccitate, qvod non deſcendat in illum pluvia: eſtq; tridui itinere remotus ab Ægypto*, & propter remotum ab eo Nilum הגבר בו יבשורת. Qvær. 7. Qvis h. l. *Mons Elohim? R. Sinai:* rectè autem Reſp. 1. S. Jarchi לעתיד; 2. Chaldæus טורא דאתגלו עלוהי יקרא דיו, *Mons ſuper qvem manifeſtata eſt glorioſa Majeſtas IHOVAH*, an ſine *prolepſi, & anticipatione?* reſp. ſcriptionis: jam tùm enim erat & nominabatur mons Elohim. Qværitur 8. *An Moſes fuerit paſtor ovium Jetro ex pactione juramento firmata?* Reſpond. Qvod pactio, de cohabitando, & non recedendo ſine licentiâ Soceri, interceſſerit, ex cap. 2, 21. & c. 4, 19. rectè affirmatur: qvod juramentum, malè ex voce ויואל c. 2, 21. probatur. Erravit enim Vulgatus reddens: *& juravit:* rectè autem Chald. expreſſit per צבי למתב עם גברא Er (der Moſe) ließ ihm gefallen/ er hatte beliebens/ bey dem Manne ſich niederzulaſſen. Qvær. 9. *An vera illa Toſtati ad h. l. Raguel & Jetro ſunt nomina ejusdem perſonæ?* Reſp. Falſiſſima, qvalis & ejus probatio: Pater uxoris Moſis (avus) eſt Raguel. Pater uxoris Moſis (immediatus) eſt Jetro. E. Jetro eſt Raguel. Mirum autem, Toſtatum adducere locum Num. 10, 29. Si enim *Hobab Jetro*, qvod ibidem ſuppoſuit, & *Hobab filius Raguel*, qvod expreſsè ibi dicitur. E. & Jetro Raguelis filius, Raguel avus,

Jetro Socer Mosis. Qvær. 10. An rectè vox נהג reddaatur obsoleto *minandi* vocabulo. Resp. Ita olim reddidit Vulgatus: tàm optimè, qvàm nunc correctus pessimè. Qværit. 11. *An Choreb in Midian?* Resp. tàm Choreb, qvàm Sinai (idem enim mons, diversis saltem jugis, *ut Idubeda, Oroßeda, Pyrenæi, Taurus, Caucasus, Armeniæ montes Gordiei)* in Arabia: hæc terræ Madian contigua, atqve ita *facilis errantium gregum*, sæpe remotissimè, illo maximè tempore, *excursio* fuit, ex Madian in *Arabiam vicinam*, vel ad ejus fines. Notetur autem: accentuationem Tbir & Tiphcha infallibiliter docere talem interpretationem: *& venit in Choreb, ad montem Elohim:* vel: *& venit ad montem Elohim*, (qvi) in Choreb · neqve mons Elohim & Choreb hîc faciunt appositionem: *Choreb* sc. *amplior, qvàm mons Elohim:* ille non unum tantum montem: sed totam significat montanam regionem, in qvâ regioe est mons Elohim, qvi est Sinai: est ergo *Sinai* in *Choreb*, montanâ illâ, vastâ, & horrenda regione seu יליל ישימן: idemq; mons Elohim, & adeò qvi venit ad *montem Elohim*, venit חרבה. Convenit cum hâc observatione Stephanus, qvi Mosi apparuisse dicit Angelum IHOVAH, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ, Act. 7,30. Mons ergo Sinai, idemq; in desertâ regione, Horeb, qvæ cum tota montana: potuit mons ejus, e. c. Sinai qvoqve Horeb dici: at hoc loco non dicitur.

LOCUS II.

Exod. 2, 2.

ANGELUS IHOVAH IN ARDENTE RUBO.

Concl. 1. Is qvi apparuit Mosi מלאך יהוה dicitur in fontibus, ἄγγελος κυρίου, à Stephano Act. 7,30. מלאכא דיהוה à Chaldæo, at *in casu recto* DOMINUS à *Vulgato*. Qværitur an rectè? Resp. ubi in fontibus est *Angelus IHOVAH:* ibi simplicitèr IHOVAH ponere, seu DOMINUS non licet Metaphrastæ: nec illam sibi licentiam sumsit Stephanus: sed exactè ita reddidit, uti est in fontibus: erraverit ergò Vulgatus in externo *formali:* at non in *materiali:* verè enim hîc *Malach*, fuit IHOVAH *in casu recto & obliqvo*

liqvo, & id sine dubio agnovit Hieronymus, vel qvisqvis est Autor Vulgatæ: neq; magis id arguit *linguæ Hebraicæ ignorantiam:* qvàm interpretatio Malach IHOVAH, per angelum DOMINI, *linguæ Hebraicæ scientiam:* qvâ ratione vel tyrunculi nostri essent excellentes Hebræi: neq; tàm infans fuit linguæ S. bonus Hieronymus; ut nesciverit מלאך יהוה *Angelum Domini* sonare: non ergò ex *formalis ignorantia:* sed ex *materialis evidentiâ* reddidit: *Apparuit ei Dominus:* verè enim IHOVAH fuit, & dicitur v. 4.6.7,14.15.

Concl. 2. Verum an Angelus יהוה, fuerit IHOVAH seu *Deus immediatè*, an tantùm *repræsentativè*, ita ut supponatur *Angelus creatus invisibilem Deum repræsentans*, qværitur? Affirmant Photiniani posterius: idemq; propugnant qvidam ex *Patribus*, & post hos *Scholastici* (vid. h. l. *Tostatus*) & nunc majori vi *Pontificij:* neq; desunt ex nostris, post magnum Lutherum (qvi tamen extra controversiam durius alicubi loqvitur Gal. 3, 19.) qvi idem hic dicunt, at aliud sentiunt, procul ab illorũ blasphemiâ. Photiniani sc. ex illâ hypothesi argumentantur contra summam Christi divinitatem, & inde concludunt, eundem Deum *repræsentatione. Si enim sola repræsentatio sufficit ad tribuendum creaturæ* (e. c. Angelo) *nomen Dei gloriosum & essentiale, prædicata item merè divina, cultum adorationis & sacrificiorum, religiosum.* E. ex *his non necessariò probatur Christi essentialis divinitas: sed sufficit excellentior repræsentatio Dei Patris, ut Christus dicatur DEUS, qvia excellentiùs qvam Angeli DEUM repræsentat, & est excellentior Angelis factus.* Pontificii autem ex eadem hypotesi ad ἀγγελολατρείαν atgumentantur, tàm falsi *hypothesi:* qvàm *conseqventi: seqveretur enim non nisi Angelis repræsentantibus Deum & loqventibus in personâ Dei adorationem deberi.* Cœterum qvicqvid sit de conseqventiâ: intolerabilis est Photinianorum & Pontificiorum hypothesis, & *monstrosa conseqventijs:* qvam proinde pernicioſissimam, imò *hæreticam* non dubitarunt judicare Patres celebratissimi, tùm ante tùm post Synod. Nicen. conf. *Athanasium Orat. 4. contr. Ar. Augusti. lib. de Trinit. 2. c. 13. & l. 3. & 10. Chrysost. in Act 7. Hilar. l. 5. de Trin.* & *Cyrillum:* Κἂν οἱ Ἀρειανοὶ ἐν τούτῳ διαρρηγνύωσιν ἑαυτούς, Sed dè hac controversia, prolixius non uno loco diximus in Ge-

in Geneſ. ad cap. 16. v. 22. & maximè 48. uti & de controverſia, *an nomen* יהוה *ullibi ſive incomplexum, ſive in complexu ſit alius qvàm ſummi & eſſentiâ Dei*, itidemq; examinavimus argumenta, qvæ ex Photinianis pro probando *Angelo, Dei perſonam aſſumente, & tunc qvodvis nomen, & ipſi ſibi tribuente, & ab aliis tribui concedente, ut tantò plus auctoritatis habeat oratio*, produxit Volkelius *l. de verâ relig. p. 79.* &c. confer. & Deut. 33, 16. ut mirari ſubeat Syncretiſmum Papiſtico-Photinianum: Audiamus Toſtatum: *Ille qvi loquebatur in rubo de medio ignis non erat DEUS: ſed Angelus: Angelus enim, qvi nomine DEI loqvitur, Deus vocatur. Et ut qvaſi generaliter dixerim: Deus nemini cuiqvam in V. T. apparuit: ſed Angelus loco Dei: qvia in ipsâ datione legis, qvæ fuit maximum, qvod factum eſt in V. Teſt. cum per illum uniretur Iſrael Deo in populum peculiarem non loqvebatur Deus ipſe: ſed Angelus ejus: & tamen ille Angelus locutus eſt ut Deus, dicens: ego ſum DOMINUS DEUS TUUS*, &c. Vide qvàm miſeræ conſeqventiæ: Angelus loqvutus in perſona Dei, non erat Deus, qvia, Angelus talis ſæpè vocatur Deus, cum non ſit: qvia Deus nemini in V. T. apparuit: Ego IHOVAH ELOHIM &c. Angelus creatus fuit: Et certè mendaciſſimus hic fuiſſet impoſtor, & magis ridiculus, qvam ſi invictiſſimi Cæſaris apud Turcum legatus, impetratâ audientiâ, tale principiũ daret: Ego FERDINANDUS, SEMPER AUGUSTUS, & propter repræſentationem, ſibi à Turcico primicerio reſponderi vellet: FERDINANDE CÆSAR AUGUSTE. Apage à ſacratiſſimâ & majeſtaticâ legislatione tales monſtroſas, perſonales pompas, & qvi dicitur IHOVAH contradiſtinctus רבבות קדש maneat & credatur IHOVA. Nobis & monſtroſa & conſeqventiis blaſphema videtur illa expoſitio.

LOCUS III.

Exod. 2.

Und der Engel des HERRN erſchien ihm in einer feurigen Flammen aus dem Buſch.

Concl. 1. Qværitur qvid לבת אש? Reſpond. rectè Chaldæus משרהובית אשיתא *in flamma ignis*, qvem ſeqvuntur Ebræi dum reddunt per שלהבת אש; convenit Stephanus: ἐν φλογὶ πυρὸς: qvomo-

qvomodo & ὁι LXX. licet qvædam edit. legant: ἐν πυρὶ φλογὸς. An autem Hypallage: sc. *in flamma ignis*, i. e. *in igne flammæ!* Resp. *flamma ignea*, & hoc sensu: *flamma ignis* videtur qvidem hypallagen sapere, dum id ponitur in casu recto: qvod esse non potest sine illo, qvod ponitur in obliqvo: at nihil vel in vulgus familiarius, qvàm dicere **eine Feur-Flamme**/ qvod est φλὸξ πυρὸς; magis etiam qvam **ein Flammen-Feur**/ qvod esset πῦρ φλογὸς, ignis flammeus, qvomodo illam hypallagen hoc loco expressit Beza in Act. cap. 7. Sed explodenda est hoc qvidem loco illa hypallage: neq; enim generalitèr saltem dicere intendit Spiritus S. *Angelum IHOVAH manifestatum esse Mosi in igne flammeo:* sed ita ut ipsissimum, evidentissimum & proximum illius visionis seu ἐποπτείας, ubi, expressit sc. בלבת אש *non in igne rubi*, qvi sine flammis alicubi esse potuit: sed in *ipsissima mystică & singulari flamma* manifestatus est Mosi Angelus יהוה confer illustrem collationem Jud. 13, 20.

Concl. 2. An ergo לבת אש idem qvod להבת uti aliàs in Scriptura datur אש להבה *ignis flammæ*, id est, *flammeus*, Esa. 4, 5. Thren. 2, 3. & להב אש *flamma ignis?* Resp. materialitèr ex parte, idem: non idem formaliter qvasi לבת sit ex contractione להבת, Contra 1. לבת est in regimine. 2. ex geminantium 2. radicalem, classe: atq; adeò 3. à rad. לבב, unde & לב: & proinde 4. sicut à גנן est גנה idq; & -atum & chirekatum: ita לבב est לבה & cum - & cum Chir. sub 1. radicali Ezech. 16, 30. utrumq; non nisi semel. Unde 5. בלבת אש idem qvod בלב אש *in corde ignis*, id est, *in flamma potentissimâ*, qvæ erat in medio velut igne, totumq; *sustentabat ac fovebat* ignem, **in einer starcken mächtigen Flamme/ mitten im Feur**/ qvomodo 7. Scriptura aliàs meminit *Lingvam ignis, cor cœli* &c. Rectè proinde Rab. Jarch. reddidit per בשלהבת אש שלבו של אש.

Concl. 3. An autem illud מתוך הסנה proximè conjũgendum cum בלבת אש, an cum וירא אליו מלאך יהוה? Resp. Affirm. posterius, unde tamen conseqventèr fluit prius. *Angelus Ihova apparuit Mosi* (אתגלי ליה) *è medio rubi*, **aus dem Busch**: apparuit autem in *flamma potentissimâ qvæ erat in medio igne, cor ignis:*

qvod proinde לבת אש seu *cor ignis* apparuit qvoq; è medio rubi. Adeoq; & מלאך יהוה בלבת אש & לבת אש apparuit מתוך הסנה. Unde Stephanus: ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου. sc. ita decuit ἡ μεσίτου, & in Trinitate, mediatione substantiali, & in satisfactoriâ inter Deum & homines operatione שוכני הסנה, der in dem Pusche wohnet/ in *corde ignis, ex mediâ* apparere *rubo.*

LOCUS IV.

Exod. 3, 2. 3.

Und er sahe/ daß der Pusch mit Feuer brennete/ und ward doch nicht verzehret.

Concl. 1. Unde לבת אש & in hoc ANGELUS IHOVAH apparuit Moschi, id סנה vocat Moses, τῷ βάτῳ ὁι LXX. & Stephanus: vulgò *rubum:* אסנא Chaldæus, ubi obitèr notamus apud Græcos distingui vocem βάτος à βατὴς, qvod à βαίνω, unde βατὴς, & ἄβατος inaccessus: at βάτος, sentis, rubus, qvam vocem in fœminino usurpant Hellenistæ LXX: at ὁ βάτος, ου, Græci alii: datur tamen & βάτος Ἰδαία *rubus Idæus*, apud Dioscor. l. 4. c. 39. ubi antiphrasin pro βατὸς & ἄβατος vulgò concipiunt sed malè, Lexicographi. Qvid autem סנה? Resp. 1. Vox illa qvinqvies in hoc capite: semel extra Deut. 33, 16. reperitur: at nunqvam extra relationem *ad hanc ardentem rubum* in monte Elohim: unde & ille qvi in loco Deuteron. dicitur שכני סנה Der im Pusch wohnet/ idem qvi hîc מלאך יהוה per qvem *Haggaon* celebris Rabbinus intelligit השם הנכבר, id est, *Deum glorioſum:* R. Jeschua, illam הכבוד, seu *glorioſam præſentiam* Angeli IHOVAH in monte Elohim: uterq; rectè: licet ille per סנה ibi cœlum intelligat: hic, rubum: Aben Esra autem per מגד שכני סנה *id qvod expectat vel deſidernt incola loci ſterilis, vel ſenticoſi,* scil. ארץ מלוחלחת & רווי seu *irrigationem & terræ fœcundationem,* ein fruchbares Land/ welches mit Thau/ frühe und spät Regen gesegnet ist/ melius paulò ante posuerat: אחר שהזכיר כאן מגד הזכיר באחרונה רצון השם, 2. Hagga-

on

on brevitèr describit: זה מין קוץ, i.e. *Sneh spinarum species:* nec alitèr AbenEsra: מין קוץ יבש *fuerit ergo dumetum sterile & senticosum, qvod avis citra deplumationem intrare non potuerit, à qvo monti nomen Sinai.*

Concl. 2. Inopinatum planè & stupendum *Mosi* greges pascenti contigisse hoc ὅραμα, ipse satis exprimit Mose: tùm per verbum וירא *& vidit:* tùm per והנה seu *demonstrativum ecce:* tùm per Rbia in voce וירא repræsentans Mosen, *qvi hactenus errantes sequebatur agnos, consternatione & rei insolitæ visione,* simul *revelatus est in corde ignis, ex rubo* ANGELUS IHOVA, subsistentem, &, qvod revelabatur, cum stupore *intuentem* pariter ac *admirantem:* confer autem similem positum Gen. 28, 12. in non minus illustri visione *scalæ Jacobææ:* ibidemq; triplicatum הנה: Ecce scala: ecce Angeli: ecce IHOVAH v. 13. conf. & v. 15. & notetur oppositio inter *Angelum* יהוה *apparentem,* de qvo illud וירא m. 1. voce primâ: *& Mosen videntem* de qvo וירא: utrumq; ἐξαίφνης & ἐν στιγμῇ respectu primæ manifestationis, confer jam Stephanum Actor. 7, 31. Moses simul conspexit: ἐθαύμασε τὸ ὅραμα:

Concl. 3. Visio ex parte *Mosis videntis* describitur per הסנה אינגו אכל & בער באש: ubi qvibusdam πλεονάζειν videtur illud באש: nobis minimè: nam סנה בער esse potest *flamma in specie rubi:* sic, si ponatur בער אש, *pariter esset rubus, qvæ flammante igne repræsentaretur:* at hic *rubus* supponitur: & in illa *ignis,* imò לבת אש: est ergò, **ein Busch der mit Feuer brante/ und doch nicht verzehret ward:** *Ignis ardens; sed non consumens:* addatur illud באש pariter respicere ad illud אכל atq; adeò neqvaqvam πλεονάζειν.

LOCUS V.

Exod. 2. v. 3.

Und sprach: Ich wil dahin/ und besehen diß groß Gesicht/ warumb der Busch nicht verbrennet.

Concl. 1. Simul ergò Mosche constitit, *& sine combustione urentem rubum* vidit, dixit: אסרה נא ואראה, i.e. *Recedam nunc, ut videam:* qvomodo autem recedens vidit, qvi ad revelatum

grande mysterium accedere & debuit & voluit? Resp. in verbo *recedendi* latet subordinatum *accedendi*; qvo modo Moseh *accessurus* propius, *recedere debuit*, inde ubi constitit: fit illud דרך קצרה: *qvoties scil. post* סור *seqvitur particula* מן *sine* אל *toties simplex est retrocedendi significatio*, in סורו ממני weichet hinweg von mir: *at extra hanc si seqvatur vel particula* אֶל *vel sine illa verbum, seu prædicatum involvens terminum ad qvem involvit significationem* accedendi, ingrediendi sic Gen. 19, 2. סורו נאדל בית עבדכם & ibidem v. 3. ויסרו אליו und sie zogen bey dem Lot ein; sic hoc loco: Ich wil mich eylends von diesem Ort auffmachen/ zu diesem wundergrossen Gesicht. Bene Raschi: אסור מכאן להתקרב שם *Recedam de hinc, ut accedam illuc;* ubi si resolvetur, idē est ac: אסרה אל המראה הגדול הזה לראות המן vel אסרה אל המראה הגדול הזה. Bene AbenEsra: סוראם אחריה מם למרחוק אם אל בנ' נקודות תהפך הדבר ימ' סור אלי דל סם ובא אלי.

Concl. 2. Qvanti Moses visionem æstimaverit, patet ex triplicato articulo: Ich wil mich auffmachen/ zu beschauen/ dasselbe Gesicht/ (artic. ה 1. in המראה) dasselbe so grosse Gesicht/ (art. 2. הגדול) ja eben dieses wunderseltzame Gesicht. (art. 3. in הזה) porrò; qvod in fontibus seqvitur מדוע לא יבער הסנה contrariari videtur ei, qvod supra dixerat v. 2. הסנה בער der Busch brante; at satis docet contextus verbum qvod ibi stabat in notione simplici *urendi:* hîc stare in composita *comburendi* vel *consumendi*, ex more radicum Hebr. qvæ supponunt pro subordinatis: idemergò hîc est, qvod מדוע לא יאכל הסנה Wie es komme/ daß der Busch vom Feuer nicht verzehret werde/ vel uti rectè Lutherus: Warumb der Busch nicht verbrennet. Distinguit tamen Chaldæus formali: ibi בער: hic: מדין לא מתוקד אסנא, magis autem Græcus, per suum καιεται & κατακαιεται. Porrò à בער illo seu *baar*, vel *faar*, est πῦρ Græcorum: Feur/ Führ/ Germanorum. Rabbinus AbenEsra: *Hoc primum signum descriptum est in Lege, qvod fecit Deus propter Prophetam suum Mosen, propterea dicit ei infra* (v. 12.) *hoc ipsum erit tibi signum, qvod misi te: & dicit Jephet, qvod signum hoc respiciat statum Israelis in Ægypto: rubum sc. esse Israelem, Ægyptios ignem, qvi urant Israelem & premant: sed non comburant*

burant vel opprimant. Hæc Rabbinus ille, cui gemina habet Cl. Junius: *Flamma*, inqvit, *ignis, afflictiones Israelitarum; rubus Israelitarum corpus; integritas rubi in med a flamma, stabilitatem populi ex veritate promissionum Dei adumbravit.* Succinctè idem suo more Rabbinus משום עמו אנוכי בצרה IHOVAM *in rubo ardente*, explicans per *illud Psalmi*: Ich bin bey ihm in der Noht. Egregiè: Ignis enim nomine, venit tribulatio conf. Es. 43, 2. *sed vel maximè parallelam visionem lampadis* ardentis in medio *clibani obscuri*, Gen. 15. Signavit ergò & statum præsentem Israelis, & futurum Mosis in Ægypto, Mari, Deserto, &c.

Concl. 3. Patres tamen plerique; *vel ad mysterium nati de virgine, integra virginitate, vel assumti à persona* Τ Λόγε, *in propriam hypostasin, hominis*, visionem referunt, ut *sicut flamma ardens non consumsit rubum: ita nec partus Dei-hominis, virginitatem matris: nec divinitas* Τ Λόγε *humanitatem Christi hominis*; & sicut *ignis rubum totam igneam flammeamq; fecit*: ita *Divinitas humanitati, propriam suam gloriam & majestatem communicavit*, ut ita *sicut illa præsentia mirabilis ignis*, seu לבת אש in rubo, כבוד vel *gloria* seu *gloriosus fulgor*, &c. dicitur: ita & hîc fuerit *evidens gloria* ὡς μονογενὲς παρὰ πατρὸς. Sed mittimus hæc ἀλληγορέμενα. Atqve ita fuit hactenus *1. ipsum visum* in v. 2. *2. Mosis studium ad cognoscendum visum* v. 3.

LOCUS VI.

ἀμφισβήτημα *Scholastica circa*

RUBUM ARDENTEM.

Concl. 1. Juvat hîc in tam illustri argumento, qvæstiones pauculas, & forsitan non nemini illo ipso dumeto Mosis spinosiores verbo saltem subjicere, curiositati alicubi arcendæ: alicubi redarguendæ. Qværitur ergò 1. *Qvæ species rubi?* Resp. maximè convenit rubus magnus, in locis desertis, senticetis ut plurimum crescens, ipseq; senticosus, aliàs etiam propter siccitatem, maximè in æstuosissimâ & desertâ Arabia maximè combustibilis: neq; tamen miraculum tàm Mosi fuit *rubum ardere: qvam ardentem*

undiq. non comburere. Qværitur 2. *Qvare in rubo apparuerit* מלאך יהוה *& non* באילן אחר? Resp. ad significandum perplexum Israelis in Ægypto statum: ad præcavendum visionis Idolum, inimitabili magis rubi figura. Qvær. 3. *An vigilanti & de die visio contigerit?* Resp. mirum id fuisse qvibusdam ἀμφισβητούμενον. Qværitur 4. *An rectè Philo vocet illud* המראה הגדול, θαῦμα ἐκπληκτικώτατον? Resp. Affirm. tùm ratione: qvia ἐξαίφνης rubum sine combustione ardere, flammas vomere, omnino poterat ἐκπλῆξαι Mosen solum, in deserto: tùm autoritate, idq; ipsius Mosis in illo וירא והנה tùm Stephani, qvi vocat θαυμαστὸν ὅραμα, Act. 7, 30.

Concl. 2. *An Angelus in flamma*, seu לבת בש, qvam rectè Josephus vocat *maximam & flagrantissimam* l. 5. c. 2. *saltem fuerit specialiter effectivè, an etiam secundum substantiam singularitèr? An Deus & Angelus fuerint in rubo, ut loco saltem metaphoricè per applicationem virtutis & potentiæ operativæ: An ex indivisibilitate Angeli sequatur locus Angeli in indivisibili?* Qværunt Scholastici: conf. Tostatus in h. l. qvi idem concludit: *Angelus qvi apparebat in rubo, & flamma ignis, solum habebat locum in illo spacio rubi & aeris ardentis, secundum extensionem suæ virtutis*; qvæ conclusio, suppositâ creatura seu Angelo creato, dari potest: uti & ex eadem hypothesi in q. 1. post. aff. q. 2. aff. 3. negatur. Sed his missis. Qvær. 5. *An ignis in qvo apparuit* מלאך יהוה *fuerit Ignis verus, an tantùm repræsentatus, & similitudo ignis.*

Concl. 3. Nos affirmamus prius: ratio 1. אש item לבת אש & φλὸξ πυρὸς seu πῦρ φλογὸς, dicunt ignem non solâ specie & apparentiâ. 2. non saltem vidit Mosche verum ignem in rubo: sed & manifestatus est Angelus in *flamma vehementissimâ* ignis: non ergo saltem respectu Mosis videntis: sed & Angeli יהוה apparentis atq; adeô reverâ fuit verus ignis. 3. Non verum ignem non comburere combustile, non est miraculum, nedum המראה הגדול; at hunc ignem habentem vim comburendi non comburere est miraculum. E. non est non verus ignis. 4. Apparentia abstracta non est forma activa: & potuisset talis produci arte Magica: illu-

illusus ergò fuisset Moses, & errasset tùm in admirando: tùm in miraculo. Inst. *Sufficiebat similitudo hic uti in columna ignis?* Resp. 1. sic non fuisset *visum mirabile, magnum, imò miraculum:* sed uti non nisi apparentèr ignis: ita & apparenter saltem *miraculum*, qvod non convenit DEO igné hunc in rubo (sive subitò convertendo aerem propinqvum illi rubo in ignem: sive de sphera elementaris ignis deducendo, sive immediatè creando, perinde nobis est) producenti, & liberè in œconomiâ illa conservanti. 2. Columna nubis erat ad lucendum, & erat ibi revera lux ignea seu נוגה אש יהוה.

Concl. 4. Nondum qvæstionum finis. Qværitur 6. *An Moses in igne* seu ברבת אש *viderit aliqvod simulacrum apparentis Angeli* יהוה? Resp. Totum rubum ardentem, & in rubo flammam seu לבת אש sine dubio singulariorem vidit: Angelum יהוה ex illo לבת אש loqventem audivit, & adeò in illâ flamma ignis, qvod ante vocem *Mosche, Mosche!* ignoravit, singularitèr & mysticè præsentem DEUM agnovit: probatur ex distinctione illius וירא & וירא: Manifestatus qvidem est מלאך יהוה in flamma ignis, & medio rubi: at vidit Moses nonnisi rubum ardentem, & non comburentem: admiratus qvidem, & opinatus subesse mysterium: at nondum scivit, in illo ita præsentem Deum: non accessurus si sciviſſet. Valet ergò & hic illud Deut. 4, 12. kein Gleichnus/ &c. adde: ignis nec linealem, nec superficialen figuram fingendo recipit: nec statuam repræsentat vel ignis, vel rubus.

Concl. 5. Sic qværitur 7. *An manifestatio Angeli* יהוה *in Labbatesch fuerit ex medio rubi?* Resp. illâ לבת אש in qvâ manifestatus Angelus IHOVAH nec fuisse à latere rubi: nec supra rubum: sed in rubo, & medio rubi, probatur ex textu: & Malach Ihovah, specialiter fuit in totâ rubo ardente; at specialissime ברבת אש ibi nonnisi accensione: hîc potentiori inflammatione & locutione, qvæ cum non ex omni latere rubi; sed saltem ex illo corde ignis resonaret, proinde peculiariter manifestatus est *Mosi in corde ignis, ex rubo,* ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου, conf. pariter Deut. 4. & 5.

Concl. 6. Qværitur 8. An rubus verè arserit? Resp. הכנרה בער expresse Moses. Instant. E. rubus de substantia sua flammas emisit.

emisit. Resp. Sed non passivè *ex substantia sua*, ita ut rubus fuerit cibus ignis, qvia אִיכְלָה : Er wurde nicht verzehret / sufficit immediatissima rubi & ignis conjunctio; atqve adeò miraculum respectu rubi erat positivum: respectu ignis, abstractivum; actus sc. secundi, qvi poni non potest absq; actu 1. at benè privari ab illo, cujus est continere naturâ in virtute. Sed ab hoc scrutinio, & propiori ad rubum ardentem accessu, avocat nos שכני הסנה Der Engel des HERRN / der im Busch wohnet / idemq; IHOVAH, qvi Mosche admirantem magnum illud & admirabile visum, & ut pleniùs cognosceret, damit er die rechte Ursach vernehmen möchte / warumb der brennede Busch nicht verzehret ward / accedentem, velut fulmine repressit illo Mosche, Mosche.

LOCUS VII.

Exod. 3, 4.

Da aber der HERR sahe / daß er hinging zu sehen / rieff ihm Gott aus dem Busch.

Concl. 1. Vidimus hactenus Mosen ראה & רעה. Scil. ראה & צאן ראה המראה הגדול vidit scil. *rubum ardentem* dum ducit gregem; sed *sine combustione:* atqve adeò vidit combustile uri; sed non consumi; *admiratur* insolitum: *suspicatur* mysterium: neq; *ex temeritate, aut inani curiositate;* sed supponens jam, opinione, mysticum aliqvid, propiorem parabat ἀνάψιαν: neq; tamen substantiam mysterii seu τὸ ὀφθὲν ANGELUM, IHOVAH *in rubo hactenus præsentem illa mirabili Schina,* sciebat: qvia non nisi *rubũ sine combustione urentem* videbat, ignorato, qvod postea בת קול revelavit, & qvod ipsus Histor scripsit sc. IHOVAM vel ANGELUM IHOVAH ita præsentem, בלבת אש. Simul ergo *vidit* IHOVAH, *qvod* (Mosche) *recederet* (de loco, in qvo stabat attonitus, accessurus propiùs) *ad videndum, Elohim, ex medio illius rubi ad eum clamavit: & dixit: Mosche, Mosche! qvi respondet: Ecce ego.* Qværitur hîc an מלאך יהוה v. 2. idem qvi hic IHOVAH.

Concl.

Concl. 2. Miramur id in dubium vocari, vel, si idem concedatur, *Comœdiam* hîc fingi, & יהוה personatum, seu *creaturam in actione*, IHOVAH non nisi *repræsenratione*, ita ut *Angelus creatus*, fuerit IHOVAH, & ille qvi dicit: *hoc est nomen meum*; item: *gloriam meam alteri non dabo*; κωφὸν πρόσωπον. Contra: *Ille, qvi revelatus est Orator, & Israelis liberator ex medio rubi, est IHOVA Deus Abraham, Isaac & Jacob.* v. 4. 5. 6. *Ille qvi revelatus est Orator, &c. ex medio rubi, est Angelus* יהוה. *E. Angelus IHOVAH est IHOVAH, Deus Abraham, Isaac & Jacob.* Instant. *Alius est, qvi dicitur manifestatus* in vers. 2. *alius de qvo dicitur* in vers. 4. Resp. omnino idem, eademq́; persona: membrum enim 1. v. 2. non dicit: *qvid Moses in primo accessu viderit: sed qvid reipsa hîc revelatum fuerit*, scil. ANGELUS IHOVAH in *potenti flamma de medio rubi*; neq́; alitèr explicandum illud וירא מלאך יהוה qvàm respectu horum actuum, qvi incipiunt à v. 4. Argumentamur ergò: *Is, qvi Mosi admiranti revelatum, & accessum ad* αὐτοψίαν *paranti sese revelavit, & clamavit Mosche, Mosche, est verè IHOVAH, & essentia Deus. At is qvi uno illo eodemq; actu sese revelavit est Malach IHOVAH.* E. hic *Angelus* IHOVAH *est unus ille & essentia Deus.* Inst. לבת אש *non fuit Deus.* Resp. Angelus IHOVAH non dicitur לבת אש: sed *revelatus* בלבת אש. Inst. *Moses vidit.* Resp. *Vidit ardentem rubum: audivit de rubo intonantem* ANGELUM *& natura Deum, &* κατ' ἄλλο *futurum Dominum.*

Concl 3. Obji. AbenEsra: נקרא מלאך בשם הנכבר כדרך כי שמי בקרבו. Resp. Hoc nugamentum est: supponitur enim 1. *angelum creatum, repræsentare Deum.* 2. *Eundem propter solam repræsentationem dici* IHOVAH. 3. *Illum Angelum Exodi 23. de qvo dicit* IHOVAH: *Nomen meum est in interiori ejus, esse creaturam.* Falsa omnia, *& in scena* qvidem ridenda: at *in Scripturis* (neq́; enim *histrionem* agit *Spiritus S.*) *toto explodenda Theatro.* Objic. 2. idem: ANGELUS *Gideonis dicitur* IHOVAH, Jud. 6, 11. 14. At idem *fuit Angelus creatus.* E. Resp. unde probabitur minor? explodendus pariter est, & excoecatus בסנורים *qvi ibi non videt Angelum esse* יהוה. Maneat ergò: *qvia* יהוה. *E. non creatura.* Inst. *qvia* Angelus E. *non* IHOVAH. Resp. מלאך & יהוה sunt consistibilia: etiam *an-*

 te in

te incarnationem (semper enim filius in respectu ad מלאכת גאולה fuit מלאך) at non item: IHOVAH & creatura, nisi supponatur *incarnatio ante incarnationem.* Fuit Filius מלאך, id est, ad functionem redimendi hominis in concilio S S. Trinitatis destinatus sub ratione Principii & à Patre, & à sese & à S.S.

Concl. 4. Objic. idem 3. חשכם ראה המלאך קרא id est, *Deus* (accedentem Mosen) *vidit*, *Angelus* (jubente Deo, è rubo) *clamavit.* Resp. IHOVAH v. 4. qvi Mosen accedentem vidit, non alius, qvam מלאך יהוה, qvi revelabatur בלבת אש esse potuit: & *vidit* sc. ex *corde ignis*, & *rubi.* Verbo: *in visione* v. 4. *visus, seu manifestatus est Angelus* יהוה *seu DOMINI.* Idem ergò *qvi visus est, & qui vidit.* Objic. 4. *Ille qvi clamavit de medio rubi* vocatur *Elohim, & contradistinguitur* IHOVAH: at Elohim רק שם התאר כלל כרל קדוש שאינו גוף ולא כח בגוף. Et adeò *qvi vidit, fuit* IHOVAH: *qvi clamavit, Angelus creatura:* qvia *Elohim.* Resp. 1. nunqvam unus Angelus creatus, Elohim dicitur: uti & unus *Judex:* cum aliàs sit nomen JUDICII & Magistratus. 2. Ille qvi *de medio rubi* clamavit, idem fuit, qvi *Mosen accedentem vidit*, imò idem הנראה מלבת אש: At hic יהוה &c. E. Resp. 3. Ille *Elohim* v. 4. explicatur per *Deum Abraham, Isaac, & Jacob*, v. 6. Maledictus, qvisqvis hunc titulum creaturæ tribuit. Contra: *Ille qvi clamavit, fuit Deus Abrahami, Isaaci, & Jacobi: Ille qvi clamavit, Mosen accedentem vidit: Ille qvi vidit, revelatus est* בלבת אש: unde concludimus 1. *idem qvi vidit, & clamavit.* *At hic Deus* אלהים. Ergo 2. Idem הראה & הנראה, & per conseq. *Angelus* IHOVAH *est.* יהוה. Actus *clamandi de medio rubi, toti SS. Trinitati* competit *autoritativè:* Filio seu מלאך יהוה *dispensativè:* unde & *Elohim*, יהוה, & מלאך יהוה memoratur. Atq; hæc contra illum Rabbinum.

Concl. 5. Videamus *Photinianum:* Concedere is cogitur (& dudum jam concessit *Volkelius*) nomen יהוה *tùm simpliciter: tûm in complexu positum, manere nomen summi, & natura Dei: licet totum id complexum*, seu *tota enunciatio, sit vel altaris*, e.c. יהוה נסי *vel templi*, יהוה שמה, *vel Jeruschalem*, ut יהוה צדקנו: errant ergo

ergò (*Volkelij judicio* l. de ver. rel. p. 83.) qvi concludunt *nomen illud non esse summi Dei proprium*: & tamen errant qvoq;, *qvi ex attributione illius nominis argumentantur ad summum Deum*: & adeò *ijdem errant & non errant*: idem nomen *est summi Dei proprium, & non est summi Dei proprium.* Certè *si proprium est*, valet argumentum ab *attributione incomplexâ*, sive *simplici*, sive *in complexu*, & adeò hoc loco: *Angelus enim* יהוה, *expressè* יהוה *dicitur*, imò IHOVAH *videns, Deus clamans*: Mosche, Mosche! *Deus* אוֹי *Mosen liberatorem vocans.* Inst. *Fuit Angelus creatus naturâ: repræsentativè* יהוה. Resp. idem מלאך יהוה qvi יהוה: nec dicitur *vidit, clamavit*, &c. *Angelus repræsentans* יהוה. Sed *vidit* IHOVAH, clamavit Deus Abraham, Isaac & Jacob, & qvidem ille Deus, qvi dicit: *Hoc nomen meum in seculum, & hoc memoriale meum generationes generationum*, v. 15. & unde probabitur illa qvæ *supponitur repræsentatio*, qvæ Angelum facit, יהוה, *Deum Abrah. Is. & Jacob in casu recto: Deum S. S. S. in obliqvo, & non nisi repræsentatum.*

Concl. 6. Obji. Volkel. *Angelus is non loqvitur nomine suo: sed alieno.* Resp. Falsissimum illud: qvin contra: loqvitur nomine suo, qviâ in personâ 1. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Isaac, & Jacob*, v. 6. *videndo vidi afflictionem populi mei, audivi, cognovi, descendi*, &c. v. 7. 8. 9. *an suo: an alieno* loqvatur nomine, videndum ex *ipso orationis formali*: non ex *falsâ repræsentationis hypothesi.* Obj. E. *non obijt munus Legati, &* מלאך. Resp. ministerialitèr concedimus: E. *non obijt munus ministri, famuli*: nec fuit *merè Legatus*: sed αὐτοκρατορικῶς *Deus*, & *sermo Dei* patris æternus: assumimus autem: *N. Angelus neq; legatus loqvitur rectè in nomine suo. Angelus* יהוה *in flamma rubi, loqvitur in nomine suo.* E. *Angelus* יהוה *non est verè Legatus seu Angelus creatus: sed simul* יהוה *& summus Deus.* Objicit. *Deus summus nuncius ac legatus esse neqvit: Angelus* יהוה *& ipse* יהוה *inter se pugnant.* Resp. ad 2. non magis: qvam DEUS φανερωθεὶς ἐν σαρκὶ: nec מלאך dicit *imperfectionem.* Ad 1. concd. de Legato *ministro, & autoritativè per imperium legato*, ante *incarnationem*: non *post*; hîc enim *idem missus*, ad redimendum qvi erant sub lege, מלאך, & idem *super omnia Deus benedictus in secula.* Obji. *Nullus*

potest proferri locus, ubi nomen יהוה *præprimis absolutè probatum tribuatur Christo.* Resp. conf. Esa. 18, 7. cap. 28. 5. cap. 45, 16. 17. 22. cap. 48, 15. 16. c. 61, 8. 10. Jerem. 23, 5. Sach. 2, 12. Sach. 3, 2. cap. 11. & & cap. 12, 20. tacemus plurima. Nomen IHOVAH ob ἐξοχὴν *divinæ excellentiam*, significatione, Dei evasit proprium: nec nisi *uni summo Deo*, vel *repræsentantibus illum Angelis* tribuitur, idq; absolutè. Resp. unde probabitur talis *repræsentatio.* Certè ultima ejus resolutio monstrosa est, qvam ipse statim prodit Volkelius: *Qvi anteqvam nasceretur ex muliere ne extare qvidem potuit, mitti sanè* (& Angelus IHOVAH dici) *non potuit.* Causa ergò *ob qvam ficta est scenica illa repræsentatio,* Photinianis est, ut tantò fortiùs impugnare possint *Christi existentiam ante incarnationem*, &, qvod sponte ad id seqvitur, *summam Christi divinitatem.* Cavete hanc Tragœdiam, qvi defenditis in hâc materiâ *repræsentationis Comœdiam:* planè uti ille in Theatro *Amphitruonem & Sosiam*.

LOCUS IIX.

Exod. 3, 4.

Und (GOtt der HERR) sprach: Mose/ Mose! Er sprach: Hie bin Ich!

Concl. 1. Qvid geminatio? Resp. 1. *Mosche, Mosche* nectuntur *rapidissimè per conjunctivum, ad exprimendum rapidissimum vehementissimum* illius *clamantis in deserto* Angeli יהוה sonum, qvo קול יהוה velut *fulmine* attonitus stetit Moses. 2. planè uti alibi: *Abraham, Abraham! Jacob, Jacob!* 3. alius est positus 1. בשניות. 2. בשלישות. 3. בהברלות. 4. בסמיכות, id est, *1. in geminatione, 2. in triplicatione, 3. in distinctione per accentus sc. regios, 4. in conjunctione, 5. in duplicatione conjuncta & significatione clamandi respectivâ & objectivâ vocandi,* concedere possumus דרך הלשון seu *viam linguæ*, & significationem (לשון אמות) *certitudinis, & vehementiæ singularis:* eadem ratio *triplicationis conjunctæ*, vel *in nominibus substantivæ:* ut ארץ ארץ ארץ, item עוה עוה עוה. 6. at in *triplicatione distinctâ tribus Regibus*, & significatione *clamandi* absolutâ, si sit

tri-

triplicatio Adjectiva, omninò notatur *Trinitas*, & adeò in קקק Esa. 6. qvod præter alios Rabbinos dudum agnovit Abarbinel, unde qvi illud S. S. S. ita explicant, prout explicandum illud: *Moſche, Moſche!* illorum explicationem dicit eſſe עוה עוה עוה. Conferatur ille.

LOCUS IX.

Exod. 3. v. 5.

Interdictum, & Edictum.

Und (יהוה אלהים) ſprach: Tritt nicht herzu! zeuch deine Schuch aus von deinen Füſſen!

Concl. 1. Illud eſt in membro 1. אל תקרב הלום. Stehe! bleib an dem Ort beſtehen/ komm nicht näher herzu/ zu dieſem feurigen Buſch: pulchrè pro הרום, Chaldæus habet ſuum הלכא. Hoc in membro ſecundo, territorio primo: של נעליך מעל רגליך, Zieh die Schuch aus.

Concl. 2. Qvid שרי? Reſp. *1. eſt Imperativus*, à נשר ἀναλόγως, ut à נגש eſt גש &c. *2. ſignificatio:* geſchwind hinaus werffen/ weg werffen/ ut h. l. geſchwind die Schuch aus; hinweg mit den Schuhen! Conf. Deut. 19, 5. 2. Reg. 16, 6. *3. Benè illam expreſſerunt Chaldæi, Rabbini, Græci:* illi qvidem per שרי הוצא שלוף &c. hi per ἔκβαλον, qvod reſpondet illi שלוף: item ὑπόλυσον, qvod reſpondet ill, שרי סינך. 4. bis reperitur *hoc edictum exuendorum calceorum* ſub hoc ipſo formali: hîc ſc. & Joſ. 5, 15. conferantur illa loca.

Concl. 2. Triplex, in ſcripturis qvidem, memoratur *Calceorum poſitio 1. vulgaris. 2. judicialis. 3. myſtica & ſingularis:* at illud שרי non niſi *de myſtica illa in Moſe & Joſua calceorum exuitione* reperitur: *in exodo certè jubebat Deus Iſraelitas eſſe* ὑποδεδεμένους τοὺς πόδας, *qvales vult Apoſtolus eſſe in ſacrâ militiâ;* An den Füſſen geſtiefelt/ als fertig/ &c. Eph. 6. In hâc ergo oppoſitione *non vult Deus diſcalceatos:* ſic porrò, *qvi luget, ponit calceos, obvelat myſtacẽ* עטה על שפם confer 1. Sam. 15, 20. Eſa. 20, 22. Ezech. 24, 17. Porrò: *In inveſtitu-*

râ in fundum, veljus aliqvod, calceus sumebatur: In devestiturâ, exuebatur seu ponebatur: adeòq; *positio calcei, signum erat cedentis, & solemnitèr renunciantis, bonis, aut juri* ἀγχιστεύοντος, &c. *qvæ fiebat in portis, ubi Judicum cathedræ:* conf. Lex Deut. 25, 9. & exemplũ Ruth. cap. 4. v. 7. Unde simul patebit, qvid sit, in scripturis: Sein Name sol in Israel heissen deß Barfüssers Hauß. Atq; hæc *exuitio calceorum forensis seu judicialis.*

Concl. 3. Qvid calceorum exuitio mystica? Egregiè id Damascenus in hom. de Sabb. ἐν τῷ πάλαι γεγενημένῃ τῷ Μωϋσῇ ἐπὶ τῆς βάτου θεοφανείᾳ ἀποδύσασθαι πρότερον προστάττεται τὸ ὑπόδημα, καὶ οὕτω τῷ φαινομένῳ προστιέναι συμβόλῳ· ἡ δὲ τῶν ὑποδημάτων ἄρσις, τῶν νεκρῶν καὶ χαμαιζηλῶν ἐννοιῶν δηλοῖ τὴν ἀπόθεσιν: An solam illam ἀκίβδηλον ἀπόθεσιν? Resp. etiam *stationem rellglosam & præsentiam animi defæcati ad illud* φαινόμενον, qvod meminit, *Symbolum.*

LOCUS X.

Exod. 3, 5.

Ratio Edicti.

Denn der Ort/ da du auff stehest/ ist ein heilig Land.

Concl. 1. Qvænã illa ratio? אתר קדיש, Der Ort/ darauff du stehest/ ist heilig. Qvid autem קדוש? Respondent Hebræi esse in illo ענין הפרשה והבדלה, id est, *significationem segregationis* eminentis, unde Deus S. S. S. qvia נפרש ונבדל ממדת ג׳ עולמי ברואים Conf. *Targum, Kimchium, & Abarb. in Esa. 6.* Sic Israel *Sanctus,* qvia segregatus ab immunditiebus gentium. Sed hæc nota: At qvomodo locus sanctus, in qvo stabat Moses? Respond. Hebræi: לא בעצמו *non per se:* אלא בשכינה *sed per gloriosam illam,* cujus symbolum erat, *rubus ardens DEI præsentiam:* vel qvia ibi אתגלי יקרא דייר & revelata *est gloria Domini,* uti Chald. ad v. 1. Exod. 3. & Esa. 6, 1. qvod Johannes explicat per: *gloriam CHRISTI* cap. 12. non ergò illa relatio sanctitatis loci *est naturalis:* sed relata

ad Oeco-

ad Oeconomiam, seu uti pulcherrimè loqvuntur Hebræi *ad illam Schechinam:* extra qvam non *perpetua illa loci sanctitas*. Confer autem v. 6. *qvi causam sanctitatis explicat*.

Concl. 2. Occasione admirabilis hujus *Signi* paritèr *ac miraculi*, ejusdemq; in Exodo primi, paucula hæc notamus *1. Signum, qvod materialitèr miraculum, non est nisi à solo Deo, sub ratione principij: licet aliqvando sit â creaturâ sub ratione organi*, ubi non decet ἀτενίζειν ad organum ὡς ἰδίᾳ δυνάμει *2. Ad tale signum reqviritur, ut sit* 1. præter & supra potentiam naturæ. 2. non nisi à solo Deo producibile. 3. insolitum in ordinariâ operum tùm naturæ tùm gratiæ productione. Porrò *3. signum tale, miraculosum est vel 1. totâ substantiâ*, seu *facto:* vel *2. tantùm subjecto*. vel *3. tantùm modo*. 4. Verè נס *& signum* θαυμαστὸν, *qvale rubus ardens sine consumtione, non editur à Diabolo: licet materialitèr apparentèr idem qvid fiat, vel fieri videatur à Diabolo:* vel 1. per occultam, *verè tamen Physicam & in naturâ possibilem* causarum activarum ad passivas applicationem. 2. Velocissimam corporum translocationem, & surrogationem. 3. Sensuum frustrationem, idq; vel objecto ficto, vel medio turbato, vel organo vitiato. *5. Signatum potest esse propinquum: signum longinqvum materialitèr, & tamen, ante signatum, formalitèr: qvomodo Immanuel Zemach, & signatum* ab illis אנשי מופת per אבן הראשה item *per coronatum Sacerdotem Josua, in Sachar. c. 3, 7. 8. 9. cap. 4, 7. & cap. 6, 12. 13. 14.* & *ipse* nativitate ex virgine *sui ipsius signum*, & qvà nascendus de virgine Immanuel *liberationis Hierosolymorum signum*, signavit *anteqvam virgo peperit Filium:* signavit *in divino consilio, in fidei Davidis firmamento, in facto omnibus Patriarchis vaticinio, in indubitato sanctis complemento*, & qvomodo non potuerit *signare ante signatum*, qvi JESUS CHRISTUS χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Concl. 3. Signi postulatio, vel (ubi non creditur verbo,) *fit ex incredulitate & tentatione*, nec est *credulorum*: sed τῆς γενεᾶς ἀπίστου καὶ διεστραμμένης: vel *ex robotandæ fidei infirmioris*, verbo jam credito, *intentione*, qvomodo postulatio signorum nunc *inimitabilis*, fuit etiam sanctissimorum: vel *oblatum à Deo, & accipiendum*

dum fide: repudiatur ex incredulitate: qvomodo impiè Achas, *& postulare noluit, & repudiavit signum,* qvod ארני הוא dedit, imò ut חדשה בארץ *creavit.* Immanuelem enim ex *Virgine natum,* in illo loco Esaiæ *signum liberatoris* poni, affirmamus contra *Junium in parallelis: & hoc signo Prophetico* Orationem clausit in *confirmatione Josephi,* ἵνα μὴ λάτρα ἀπολυσαι τῶ Μαριὰμ, מעף ביעף Orator Gabriel Matth. 1, 22. qvi versus non est Matthæi: sed Angeli.

Concl. 4. Sed & examinanda addimus, ut παραλειπόμενα in text. præcedentibus hæc paucula *Targumistæ Hierosolymitani* ex c. 1, 8. קם מלכא בשירוי עד מצרים דלא חכים ית יוסף ולא הליך בנימוסוי id est, *Surrexit primò omnium Rex super Ægyptum, qvi non intellexit Josephum, & non ambulavit in statutis ejus?* Rectissimè illud חדש per בשירוי expressum. Sed qvid *de paraphrasi* ad v. 15. ואמר מרכא דמצרים למילדתא עבריתא דשמה דחדא שפרה והיא הורת יוכבד ושמא דתניתא פועה היא הורת מרים: Resp. *Cabala illa, licet sit plurimorum Hebræorum, nobis omninò improbatur, ut erronea.* Porrò illud הנה היות ארום חיין אנין עד לא תיתי לותהון in Targum Hierosolymit. מילדתא אנין מצרן קדם אכוהין דבשמים עני יתחן ואנין ילדן admittimus: non illud ad v. 21. *Obstetrices ædificaverunt sibi domus,* sc. בית; sic porrò in v. 1. c. 2. *paraphrasin:* ויקח per נסיב ית יוכבד חבבתיה ליה לאתא item Mosen in *facto trucidati Ægyptij,* v. 12. *fuisse* מסתכל ברוח קודשא item c. 3, 2. חזוא רבא הדין סנה מרטיב ולא יקיד: item illud שלח per שלוף סנדרך. *Probamus Tantum.*

DECAS V.

הקדמה

Concl. 1. Ab *ardentis rubi* & שכני הסנה ejusdemq; & ANGELI IHOVAH & *Mediatoris, summi Dei,* scrutinio, ad Majestaticam ejusdem *ex corde ignis* orationem, & Mosis ad sublime ἄρχοντα καὶ λυτρωτήν, *munus, vocationem, & missionem,* qvam signanter illi מלאך seu *mediatori Angelo* tribuit Stephanus, Actor. 7, 35. nunc accedendum erat: cœterum cum in illâ ipsâ *Orator Angelus, idemq;* αὐτόθεον *de Majestaticâ, excellentissimâ, eminentissimâ Summi Dei nomenclaturâ* Mosi percontanti respondeat, peculiare hic interponimus *scrutinium* אזכרות seu שמות eorumq; 1. *essentialium,* 2. *personalium,* 3. *attributivorum,* idqve בשש.

Concl. 2. Monemus initio, non nisi de *illustrioribus & appropriatis divinis nominibus,* maximè, qvæ in *Mose* nostro occurrunt, nos hic parare ζητήσιν: qvo nomine tùm de *attributivis* nonnisi viâ *incomparabilis eminentiæ* appropriatis *Biblicis*: tùm de *plurimis Rabbinicis* hîc non agemus: neq; verò hic *purè Rabbinicum* semper est habendum, qvod fuit & *est in usu Rabbinorum*: nihil freqventius, qvàm *Majestaticum & Eminentissimum* יהוה אלהים vocari nunc השם nunc שמים nunc פנים: at illa non *Rabbinorum* sunt placita: sed habent במקור ישראל sua *exempla,* ubi & שם Lev. 23, 11. & שמים Dan. 4, 23. Deut. 32, 40. conf. Hebr. 6, 13. Es. 45, 27. Jer. 44, 26. Amos 4, 2. c. 6, 8. Es. 62, 8. Conf. ex N. T. Luc. 15, 18. Mat. 21, 25. unde qvi dicitur μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν Matt. 11, 12. dicitur μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ: & פנים Exod. 33, v. 14. 15. 20. Es. 63, 9. in *majestaticæ eminentiæ, omnividentiæ,* seu qvatenus est: המגביהי לשבת המשפילי לראת בשמים ובארץ ita ut omnia sint, γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἀνθρώπου ὠτός, non sine פני פנים id est, *respectu personarum, summus Deus* dicitur. Sic & כבוד seu, gloria DOMINI, est DEUS ipse, & sigillatim CHRISTUS, Num. 20. v. 6.

Esa. 60. v. 1. Cœterum cum tria sint nomina *essentiativa* sc. אהיה Exod. 3, 14. יהוה Exod. 15, 3. יה Psal. 68, 5. de qvibus Rabbinorum Σοφώτερος: אלה ג׳ שמות הם שמות העצם וחגזרה אחת, de his ordine.

LOCUS I.

EHIEH.

Concl. 1. EHIEH incomplexum est essentialissimum ac propriissimum DEI tùm *ut denominati*: tùm *ut denominantis* seipsum sub *notione* radicali summi & in actus specialissimi complemento operantis *Entis*.

Concl. 2. Reperitur in appropriatione illâ eminentissimâ non nisi bis in uno v. 14. Exod. 3.

Concl. 3. DEUS ipse se אהיה nominat, & id per אהיה explicat: atq; adeò, si qværas, qvid sit illud אהיה: respondet DEUS ipse, אשר אהיה, id est, qvi & *mihi sum*, ראשאן ואחרון, *summus, verus, unus* DEUS, & אהיה עמך. Exod. 3, 12, 14. ut non debeas agnoscere אלהים אחרים על פני Exod. 20, 2. & adeò in illo sanctissimo DEI responso המאוחר est פירוש המוקדם.

Concl. 4. EHIEH signat essentiæ divinæ independentem immutabilitatem, indivisibilem æternitatem, fœderis ac gratiæ firmitatem, & promissionum divinarum certissimam veritatem.

Concl. 5. Non rejicimus expositores tùm *orientis*: tùm *occidentis*, ex qvibus *Hierosol. Onk. Tremell. formali proprio* id expresserunt: *EHIEH misit me ad vos*: (addit *Hierosol.* oratorem in hâc *nomenclatura* fuisse מימרא דיי) *Jonathan, R. Bechai, Gerundens. Schmoth rabba*, paraphrasticè, per *existentiam, qvæ nunqvam cœpit, qvæ nunqvam desinit*, qvæ transcendentalitèr tribus temporis differentiis imperat, qvæ sola dicere potest: SUM, ita ut אהיה sit juxta paraphasin glossæ Schmoth: אני שהייתיא אני הוא עכשיו אני הוא לעתיד לביא. Munsterus, Vulg. Luth. metaphrasticè: SUM misit me ad vos: Ich werds seyn/ der hat mich zu euch gesand.

LO-

LOCUS II.

יהוה NOMEN GLORIOSUM ESSENTIALE TETRAGRAMMATUM

Venerandum & tremendum.

Concl. 1. Uti DEUS se nominat in 1. pers. אהיה : ita à nobis nominatur יהוה & hujus ineffabilis nominis *gloriam non dat alteri* Esa. 42,9. sive *in simplici positu*, sive *in complexu*, aliud enim est totum complexum: aliud nomen stans in complexu. Obji. Gen. 22,14. Resp. in memb. 1. notetur *Psik munacbatum:* in membr. 2. *Mercha Tipchatum:* illud *distinguit stans in complexu à complexo:* hoc, *non admittit, qvi reddunt, nomen* יהוה *in casu recto*, sive: Auff den Berg/ da der HERR sihet: sive, Der HERR wird gesehen werden: Sed: in *monte* IHOVAH, *videbitur*, (ὁ ἀμνὸς ὁ θεὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, Joh. 1,29.) Obj. Exod. 17,15. Resp. *1. not. Psik. 2 enunciatio est altaris: terminus* נס *dantis.* Obji. Jud. 6,24. Resp. PAX *est nomen altaris:* non IHOVAH PAX: docet hoc infallibilitèr evidentia accentuationis. Objic. *Angelus.* Resp. Angelus qvi יהוה dicitur, est Mediator J. CHRISTUS: Exod. 3, 2. 4. 5. Jud. 6,14. cap. 13, 3. &c. Rectè ergò dicitur 1. שם הנכבד. 2. המיוחד. 3. שמא רבא ויקירא. 4. שם העצם. 5. השם. 6. Græcis redditur per κύριον, suppositâ *inimitabili eminentiâ* in יהוה, scilicet hoc DEO primariò competit per *essentialem & intimè intrinsecam denominationem:* illud *per externam ad creaturas relationem.*

Concl. 2. *Signatum hoc sacrosancto nomine est, vel* primarium: *vel* subordinatum: *vel* absolutum, *vel* respectivum: illud est *æterna, constans, immutabilis & fontana* Essentiantis *essentia:* hoc, gratiosa & activa adessentia, & ab instanti objecti miseri, inexhausta misericordia *illustri aliqvo apotelesmate demonstrata*, cujus sedes est רחם יהוה: neq; adeò hic excludimus illam, qvam ponunt Hebræi: מדת רחמים.

Concl. 3. Constans est Hebræorum assertio בשם המיוחד יהוה *comprehendi tria tempora*, cui convenit Apocalypsis JESU CHRISTO facta, in qva passim hoc יהוה exprimitur per τὸν: ὁ ὢν. ὁ ἦν,

ὁ ἦν ὁ ἐρχόμενος, cap. 1, 4. An autem י *futurum*, ה *particip. præsens*, ה *præteritum signat mysticè?* Rem non negamus, scil. שלום מיהוה est εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὤν, &c.

Concl. 4. Uti Deus non nominatur יהוה nisi *in perfectæ creationis termino:* Genes. 2, 4. ita *manifestatus* est Israeli, ut יהוה, in *fœderis pacti* בין בתרים Gen. 15, 14. *complemento* Exod. 6, 4. fuit tamen notum nomen IHOVAH ante נודע השם בשם יהוה.

Concl. 5. Nec IHOVAH fuisse *Schemhamphorasch* est dubitandum; nec *Mosen per Schemhamphorasch materialitèr omnia miracula in Ægypto edidisse* est negandum: qvin si in *Schemhamphorasch.* E. & *in nomine* JESU CHRISTI, qvi erat ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ fecit miracula: qvia & hîc יהוה: abstracta superstitione, qvæ est 1. *in formalis antiqvissimi, & materialis occultati suppositione.* 2. *Usus applicatione.* 3. *impossibilis pronunciationis assertione,* nihil absurdi exinde in hoc ineffabili mirandarum & ineffabilium virtutum vocabulo, qvod Grammaticè rectè scribitur IHOVAH: mysticè JEHOVAH. Conf. Galat. l. 2. c. 10. 11. 12.

Concl. 6. In nexu *cum Adonai* assumitur *punctatio pluralis* & est יֱהוֹה qvod 4. in L. 11. in Rischon. 25. in Esa. 14. Jerem. 217. Ezech. 22. Amos 1. in Obad. 1. in Mich. 1. in Sach. 4. in Ps. post: 1. in Chab. 4. in Psalm ante אדני reperitur, atq; adeo 304.

Concl. 7. Nomen IHOVAH resp. essentiæ ut sic, & entitatis creaturæ dependentiæ, commune est toti SS. Trinitati: respectu intrinseco modali, seu notionali, & personalitèr, competit singulis personis & illi qvi est αὐτόθεος, tùm in oppositione dependentiæ, tùm communicationis, conf. Esa. 43, 10. 12. 18. Unde patet Sophisma Socini: *Fons essendi non est ab alio. Filius Dei est ab alio. E. non est fons essendi.* In suppositione sc. personali, arg. conceditur: scil. *Filius non est illa persona, qvæ est* πηγαία θεότης. in *essentiali,* vel *minor negatur:* vel sunt 4 termini: in majori notatur *aliud essentialiter:* in minori *alius personalitèr.*

Concl. 8. יֱהוה est יהוה אלהים: neq; hæc mystica & emphatica forma reperitur, nisi *in magnificis promissionibus, patheticis orationibus, vehementissimis precationibus:* primò omnium Gen. 15, 2. 8.

LO-

LOCUS III.

NOMINIS TETRAGRAMMATI PUNCTATIO.

Concl. 1. Status est: An sit קריאתו ככתיבתו vel: an punctatio nominis יהוה, & consonantium per illam pronunciatio sit vera, & ipsissima vetus Mosaica: an verò illâ ignoratâ, hæc punctatio sit aliena, humana, supposititia, ita ut lectio per Adonai & Elohim ex hypothesi carentiæ propiorum, & præsentiæ mutuatorum punctorum, obliget? Aff. prius, neg. poster.

Concl. 2. Probamus: Qvæcunq; punctatio est *1. antiqvissima, & jam inde à Mosis temporibus profecta, 2. Scripturæ sacræ non inusitata. 3. & mysterio, qvod significatur, exprimendo accommodata. 4. ita ut nulla alia detur illarum consonantium punctatio stabilis ac certa. 5.* & proinde, extra hanc *propriâ* non ampliùs יהוה sit *nomen Domini in seculum, & memoriale ejus in generationes generationum,* nec amplius *recordationis fœderis* & promissionum exhibitionis seu adessentiæ unicè consolatoriæ symbolum expressivum, 6. qvæ majori *superstitione,* qvam *ratione* pro *non propria* est habita, & pro *supposititia ex Adonai* æstimata, 7. idq; *cum plurimis falsis hypothesibus ac conseqventijs absurdissimis, 8. contra Dei providentiam,* qvæ cum pro י & μίᾳ κεραίᾳ vigilaverit, omninò & pro nomine IHOVAH: qvod à nobis intelligi, & discerni voluit, ita *ut gloriam hujus nominis non demus alteri,* maximè vigilavit, *illa ut proprijssima nomini* יהוה *est vendicanda, & cum consonantibus* יהוה *in lectione conjungenda.* Atq; *punctatio per Schva, Cholem & Kametz est talis.* E. & per conseqvens, nomen יהוה *ex hypothesi necessitatis, & translationis punctorum,* perperam per *Adonai* exprimitur: *extra illam hypothesin* alicubi libera permittitur: rectè autem per JEHOVAH legitur. Cœterum cum vel teste ex Galat. l. 1. c. 10. Capello, jam inde à Mose possessionem habeat hæc ipsa punctatio, non tam ut agat: qvam ut contra turbatores respondeat, opus erit.

Concl. 3. Objic. 1. *præscriptio longissimi temporis: Nemo Patrum legit JEHOVAH:* & Doctissimi Christianorum, ut *Munsterus, Mercerus, Tremellius, Drusius, Scaliger, Casaubonus, Schindlerus, Buxtorfius,*

torſius, Capellus, cujus furtivis coloribus pasſim plumas ornant, qvi ſe Magiſtros eſſe non poſſe putant, niſi aliqvid abortiant contra lectionem JEHOVAH. Reſp. *1. Præſcriptio non eſt antiqvitas, certè de de Jure, ubi nihil tàm veræ antiqvitati contrarium, qvam Præſcriptio, qvæ præterea non obligat in contrverſiâ veri vel falſi. 2. Judaiſmus & Judaizans per ignorantiam Patrologia non eſt argumentativa*, ubi qvæſtio eſt de jure pronunciandi: non de facto nominis pronunciati. *3. Præſcriptio illa ſaltem probaret ſimplicem abſtinentiam: non abſtinentiam ex ſuppoſitâ propriæ punctationis carentiâ:* potuit enim eſſe, *ex ſuppoſitâ glorioſiori S S. nominis reverentiâ*, qvâ ratione non obſtat. qvo minus pro יהוה vel השם vel הקבה vel אדני etiamnum legatur: & ponatur, fuiſſe illam hypotheſin in conceptu patrum, fuiſſet tamen *ignorantia invincibilis*, & conceptus erroneus ex errore *Magiſtrorum Judæorum* ortus. Ipſe Hieron. Judæos ſuæ ſcientiæ paritèr ac errorum habuit Magiſtros. 4. Malè conjunguntur *Druſius, Tremellius, Junius*, cum Druſius miretur, *I. & T. in interpretatione Biblicâ per Jehova & Jehovi reddidiſſe*, eosqve ſed *frigidè ſatis*, hînc inde rodat: Munſterus autem, qvem Capellus allegat conf. in Exod. 3,14. ſuperſtitioſam ſtultitiam vocat ſententiam illam, cujus Patronus à Capello citatur.

Concl. 4. Objic. 2. *Schemhamphoraſch*. Reſp. Series facti hæc fuit *1. inculpabilis à vulgari glorioſi nominis pronunciatione, ex eminentia ſignificati abſtinentia*, & *lectio per Adonai ſurrogata*. 2. Hypotheſis *ignorantiæ propriæ punctationis conſonantium* יהוה *ſtabilita, pronunciandi libertas planè adempta, expoſitio ficta, neceſſitas lectionis Adonai introducta, JEHOVAH interdicta*, & non niſi *miraculis Moſis*, vel *Sacerdotibus in Sanctuario* reſervata: qvin *autoritas nominis JEHOVAH vel per Adonai legendi, vel per 12. & 42. 72. literas exponendi*, atq; adeò *Schemhamphoraſch ad Moſen ipſum* relata, qvæ omnes expoſitiones, ſive ex libro Raſiel Cabaliſtico & Magico, ſive ex AbenEſra, Galatino, Buxtorfio petendæ, non carent ſuperſtitionis & grandis falſitatis ſuſpicione: neq; verò *Schemhamphoraſch* probat *puncta aliena, adulterina, vitioſa*, & impoſsibilem ex illa hypotheſi lectionem JEHOVAH. Uno verbo: *Superſtitio Judaica* ineffabilitatem ſignificationis qvæſivit in ineffabilitate nominis, unde factum, ut

per

per Magistrales qvæstiones de ineffabilitate *nominis formali*: sublatum fermè sit vel obscuratum firmamentum, qvod uti olim Israel: ita nunc omnes sancti habent specialitèr in JEHOVA, æterni fœderis.

Concl. 5. Objic. Hieron. Exod. 6, 3. Resp. 1. ipse Hieronymus dicit, se qvicqvid hîc habet, didicisse à Judæis. 2. Hieronymus non certò est Autor ille Vulgatus. 3. Non probat lectionem *Adonai* ex carentiâ *propriæ punctationis*. Sed saltem liberum *exercitium religiosæ* יהוה *per Adonai lectionis*. 4. ultima ἀνάλυσις fuit Judæorum, à qvibus id acceperunt *traditio*, & Linguæ S. *ignoratio*: qvod candidè fatetur Lyra ad loc. Exod. 6, 1. 2. qvin illa ipsa sententia tàm rudes fecit patronos, ut ignoraverint extitisse unqvam יהוה: sed solum nomen אדני habuerint pro glorioso Dei nomine. Sed missà harum rationum miseriâ.

Concl. 6. Objic. 4. Literæ וכלב *Patachatæ*. R. *1. neg. conseqv.* 2. Chirek & - alternant in abstractâ talis positus origine. 3. in concretâ, non propterea necessarium est chirek ante יהוה: qvia id ante יהורה: nec propterea est - ante יהוה qvia id ante אדני: sed hîc *ex gutturali brevem supponente*: cujus Cateph cum nunqvam fuerit sub י in יהוה, nec exinde potuit esse illud - ante יהוה. 4. in יהוה lit. ו non fuit occultanda, ut in ביהורדה: sed clarè movenda, ut in sacrosancto Tetragr. lit. 1. neq; vero ו Patachatum insolens ante י ut in ויהי בישרון מלך. Sicut unum שתים in omnibus locis habet Schva & Dages, cum aliàs אין דגש אחל שוא במקרא neq; tamen ullus hîc somniavit Schva alienum: ita non ex - ante יהוה seqvitur in hoc, punctatio aliena.

Concl. 7. Obj. 5. *Literæ Bgadephat* dagessantur post יהוה. E. legendum Adonai. Resp. 1. falsum dagessationem semper esse post *Adonai* in tali literâ conf. Psal. 68, 18. 2. falsum dagessationem non fieri nisi præcedente consonâ mobili. 3. *datur enim* (præter Mappik, Macpil, Dachik) *Mapsik*, qvale semper ferè in יהוה & extra hoc 4. falsum nonnisi post qviescentē *Mapsikatum, Dagessari Bgadcephat*: confer Ps. 106, 7. cum aliqv. hic & non fiat dagessatio post Mapsik, & fiat post qviescentem sine Mapsik.

Concl.

Concl. 8. Objic. 6. *Punctatio non est perpetua.* Resp. *à negatâ punctationis perpetuitate in consonantium identitate, ad negatam punctationis proprietatem nulla est consequ. 2. punctationis mutatio est singularissima mysterij SS. Trinitatis consignificatio,* supposito jam יהוה velut utrobiq; nomine proprio, atq; adeò propria punctatio per secundariam personalem & pluralem non excluditur: sed supponitur.

Concl. 9. Objic. 7. *Mutatio illa non fit nisi concurrente* אדני *ne bis legendum foret Adonai, Adonai.* Resp. ex illorum hypothesi aliqvando bis legendum *Adonai, Adonai,* ubi scil. est יהוה יהוה vel יהוה אדני conf. Ps. 16, 2. Exod. 34, 6. 23. Nehem. 10, 30. Amos 5, 16. *Ratio ergo lubrica:* vera autem est, *in complexu revelare summum Deum,* tùm sub *notione intrinsecâ,* qvatenus est יהוה אלהים seu *illa essentia, qvæ sunt tres personæ:* tùm *sub extrinsecâ,* qvatenus est, *omnipotens creaturæ sustentator.*

Concl. 10. Objic. 8. *Obstat ratio Grammatica.* Resp. Forma per ן ־ : est usitatissima: licet illa non sit similis formæ יהורם vel יהורה. Objj. 9. *Nomen JEHOVAH respondere debet in pers. 3.* nomini אהיה, & adeò manet anomalia. Resp. 1. ex hypothesi alterius sententiæ relatio esset nulla. *DEUS se nominat EHIEH: HOMO DEUM ADONAI.* 2. anomalia qvæ à nobis *ex hypothesi* statuitur, e. c. in יהוה צבאות ab illis in acie ponitur, e. c. Psal. 69, 7. aut legunt *Elohim Zbaoth,* aut *Elohe Zbaoth:* si prius, *ubi regimen?* si posterius, *ubi zere.* 3. Ad relationem illam sufficit *radix & character personæ 3.* 4. neq; verò dubium qvin materialitèr in יהוה sit *complexus mysticus:* ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ἐσόμενος: an autem ille sit, qvâ τὸν ἐσόμενον in י qvâ ὄντα in הו: qvâ τὸν ὁ ἦν in וה formalitèr, committimus. 5. Expresè in Koheleth c. 11. v. 3. est 3. pers. futuri יהוא. E. Jehu & Jeho ex alternatione datur 3. pers. futur. Qvin & ex abundanti: *nomen mysteriis plenum, mysticum qvoq; & singularissimum, singularissimas & specialissimas habere rationes, an mirũ?*

Concl. 11. Objic. 10. *Eadem est punctatio cum Adonai & Elohim.* Resp. 1. Si propter identitatem punctorum יהוה est legendum ADONAI. E. *innumeras habebit lectiones.* E. יהוה JEHORAM, & qvis non? Apage ineptias. *Identitas punctorum non est denominativa.*

2, Si

2, Si puncta יְהוָה non sunt his consonantibus propria. E. erunt ADONAI propria. *At sunt huic ex parte non propria: sed adulterina:* qvis enim unqvam scripsit אֲדֹנַי. E. vel illi erunt propria, & sic & sunt propria & non sunt: vel neutri erunt propria, & proinde pronunciatio erit nulla: Punctatio כתיב diversi, semper debet esse analoga קרי: at hic est analoga כתיב: non קרי *suppositio*: E. sicut Jos. 22, 8. c. 24, 15. 2. Reg. 19, 27. punctum determinat *lectiones*: ita & hîc *Schva*, IHOVAH.

Concl. 12. *Essentialia manent integra; utrobiq; Schva, & ratio est applicatio puncti gutturalis, ad non gutturalem.* Resp. 1.: simplex & -: non habent eandem *essentiam specificam*: & uti אֲדֹנַי malè scribitur: ita יְהוָה malè אֲדֹנַי legitur. *2. Schva compositum est etiam non gutturalium.* 3. nunqvam autem ֲ sub י, & tamen tale in יהוה unde qværimus 4. qvæ causa hîc *non resoluti* ֲ in: *sono maximè hîc propiori*, qvam in -: &:; vel ergò *puerilis est ratio* superior & poterat imò debebat paritèr esse -: sub י: vel *hîc debebat esse etiam Schva simplex sub* י.

Concl. 13. Obj. 12. Exod. 3, 15. Hoc est nomen meum *in seculum*. Deficit, litera ו in לעלם qvod notat illud explicandum esse לעלם ad occultandum, ut innuat nomen hoc non debere legi, sicut scribitur; ait Raschi. Resp. Petulantia est S. literis indigna, ne qvid gravius dicã, contra manifestam dicentis intentionẽ Scripturæ verba pervertere. Qvid enim? qværit ibi Mosche divinum nomen: Resp. DEUS: *ita dices filiis Israel: Hoc est nomen meum non pronunciandum: sed occultandum. Nugæ.* Et tamen illud Drusius ipse non veretur adducere: *Olim*, inqvit, *cum puncta abessent, licebat* (mira sanè licentia) *legere* לערם *ad occultandum. Admodum enim occultant illud Judæi, nec DEUS vocari eo nomine promiscuè ab omnibus voluit. Tantùm in templo pronuntiabatur à Sacerdotibus: eo destructo desiit ejus pronuntiatio in tantum, ut jam nesciant, qvomodo prolatum olim fuerit propriis suis vocalibus.* Hæc Drusius: de cujus tamen constantiâ in sententiâ dubito: *Ego* inqvit alibi, *sic sentio, cum nomen hoc proprias vocales non habeat, non posse legi suis consonantibus* יהוה. *Qvomodo igitur inqvies, legendum? per eas consonates qvarum vocales ei substernuntur*, h. e. *modo Adonai, modò Elohim*, &c. *Hæc*, inqvit, *tam certa*

 sunt

ſunt qvam qvæ ad Sagram. At qvâm certus ipſefuerit in hac ſententiâ ſeqvens ſtatim pagina te docebit. *Samaritani,* inqvit, *olim Sacrum DEI nomen legebant Jave: qvod contractum ex* יהוה *ſicut Jacob dicimꝰ pro* יעקוב: *Deinde* ἀρχαικῶς *lectum Jahaveh pro* יהוה *ſicut hodie legimus* יהרג *pro* יהרג *occidet. Ut ut ſit, conjicio Jave germanam & genuinam eſſe lectionem nominis Tetragrammati,* de qvâ *hodie tantoperè controvertitur. Natio ſimplex Samaritanorum eam retinet, cur ſpernimus?* Videre hinc licet certitudinem Druſianam: Paulò enim ante dixerat *nomen hoc Jod He Vav. He non poſſe legi, qvia nullas amplius haberet proprias vocales:* jam dicit: *Patach Schva & Sægol eſſe veram nominis punctationem.* Mirari quis poterat qvod illi ipſi, qvi vitioſam vel adulterinam clamitant eſſe illam noſtram per Schva Cholem Kametz, item Chatephſægolcholem & Chirek punctationem, illâ ipsâ tamen utantur in ipſius glorioſi nominis per Cinnuim אדני & אלהי ה״ם lectione, & non potius ſuam, qvam Druſius *Jhave:* Capellus *Jhavo* eſſe dicit, ſubſtituant veterem & genuinam punctationem & lectionem.

Concl. 14. Obj. 13. ex lib. all. וזה זכרי לדר ודר, *Et hoc memoriale meum,* dabey man mich nennen ſoll. Ad qvæ verba ita παραφράζουσι Thalmudiſtæ in Kidduſchin: *Dixit Rabbinorum qvidam: Scriptum eſt* זה שמי. *Hoc eſt nomen meum:* Item זה זכרי *hoc eſt Memoriale meum. E. duo fuerunt nomina. Reſpondit DEUS: Non ſicut ſcribor ita pronuncior. Scribor per Jod, He, Vav, He,: Sed pronuncior per Aleph Daleth, i.e. Adonai.* Idem habet Rab. Salomo in hunc locum, qvos tamen rectè refutat Rab. Aben-Eſra qvi ad illa verba: *Et hoc eſt memoriale meum in ſeculum:* בירוש, inqvit, *ſeu expoſitio horum verborum eadem eſt qvæ, proximè antecedentium: Hoc eſt nomen meum in ſeculum: ſenſus enim idem repetitur* במלות שנות *in vocibus diverſis: Sed idem ſignificantibus.* Tum: Non dicit: Adonai vel Elohim debere eſſe memoriale ſeu memoria JOD, HE, VAV, HE: ſed ipſum nomen Jehova in formali nominis ratione debere eſſe זכר ſeu memoriale ipſius DEI in ſeculum.

Concl. 15. Obj. 14. Lev. 24, 11. *Nomen hoc Sacrum per ſuas conſonantes pronunciantem vel Jehovi pro punctorum ratione legentem lapidum Supplicio, quo filius ille mulieris Iſraelitidis* שיקוב את השם dignum

eſſe

esse: Resp. additur expressè ויקלל vel ut Chaldæus Onk. פריש וארגין ית שמא i.e. *Expressit nomen DEI & blasphemavit, vel cum blasphemiâ expressit, seu inter blasphemandum, nomen illud magnum, reverendum, DEI proprium & essentiale expressè protulit & pronunciavit*, nec enim ille ex divinâ sententia lapidatus fuit, quod nudè & simpliciter nomen illud pronuncia verit: sed inter blasphemandum, ut אע explicat, inqviens: נקב שם יהוה מות יומת בעת שיקלל אם יפרש השם יומת *si inter blasphemandum nomen DEI S.S. expresserit, morte afficiatur.* seu: *In tempore illo, quo blasphemaverit, si pronunciaverit nomen illud, occidetur.* Drusium sanè & Capellum id adducere miror, ex sententiâ enim Judæorum illi ipsi sese capitis condemnant: concedunt enim: *nomen hoc posse legi suis consonantibus* (alter per *Jahve* alter per *Jahvoh* illud legendum dicit) adeoqve sibi ipsis *lapides loqvuntur.*

Concl. 16. Obj. 15. *Sententia Talmudica, circumspectio Judaica,* קריאת השם בכתבי, *non nisi in sanctuario concessa.* Resp. imò verò hæc nugamenta Talmudica, & somnia Judaica erroris illius fuerunt κεφαλὰι καὶ λαβαὶ. 2. & sunt illa נמנעים בעצמם: cui enim bono *circumspectio*, & qvomodo fuit ejus *Lectio in sanctuario*, si non fuit à *tot seculis cognita lectio*, nisi per Adonai, qvomodo אין לו חלק לעוה.

Concl. 17. Obj. ΙΑΩ. Resp. hîc Acheronta movent, flectere cum neqveant superos: qvis enim *Apollo Clarius?* sed cum etiam Diabolus noverit *Schemhamphorasch*, & CHRISTUM τὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ videatur an literæ sint mysticæ, ita ut Α & Ω dicant, ראשון ואחרון & 1. media in vocal. litera τὸν ὄντα, conf. Ap. 1. 8. 1. c. 4, 8. c. 11, 1. c. 16, 5. ad *Phœnices enim hæc mysteria cum ipsis literis primò omnium penetrarunt.* Obji. 17. Est ineffabile. Resp. non nomine: sed rei majestate. Est enim memoriale.

Concl. 18. Relegatâ ergo τῇ παραδόσει & Cabala Judaicâ, qvâ verè ἠκυρώσαντο τὴν ἐντολὴν Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν αὐτῶν, concludimus *1. Nomen* יְהוָה *puncta habet propriissima suarum consosonantium, & est forma nominalis SS. nominis. 2.* יֱהוִה *punctatio stat in complexu tùm suppositi* יְהוָה: *tùm signati per puncta Elohim. 3. Lectio-*

per medium Adonai & Elohim extra illam hypothesin tàm est libera, qvam per Schem & Schamaim. 4. *Lectio* יְהוָה *est vetus Mosaica, Prophetica, cujus signa sunt ipsa nomina propria*, ut יהויכין יהויקים item יהושפט יהוצדק. Puncta enim genuina hujus nominis in *compositione*, non possunt esse adulterina in *simplici nominis expressione.*

LOCUS IV. ZBAOTH.

Concl. 1. Ille, summus ISRAEL DEUS, qvi יהוה dicitur, majestatico qvoq; *superioritatis & potentiæ* nomine Zbaoth dicitur,

Concl. 2. Nomen ZBAOTH nunqvam reperitur positu *abstractum & separatum:* sed semper conjunctum vel *cum nomine glorioso* יהוה. vel cum *personali Elohim* vel cum utroqve, nec ita nisi *soli summo DEO* competit.

Concl. 3. Nomen צבאות in hoc sacrosancto nexu non reperitur nisi in *Prophetis & Hagiographis*, nunqvam in *Lege:* primus positus est 1. Sam. 3, 11.

Concl. 4. IHOVAH ZBAOTH, ipso Spiritu S. interprete est vel κύριος παντοκράτωρ, 2. Cor. 6, 18. vel magis emphaticè ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ, Apocal. 1, 8. צבאות ergò παντοκράτωρ. Sic אלהים צבאות est ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ: Apoc. c. 19. v. 15 at & יהוה אלהים צבאות est κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ Apoc. 4, 8. c. 11, 17. c. 15, 3. c. 16, 7. & 14. cap. 19, 6. c. 19, 15. c. 21. 22. Ita *omnes positus Zbaoth in V. T.* exactissimè expressit *Spiritus S.* in Novo Test.

Concl. 5. ZBAOTH licet non separetur à IHOVAH tamen *non regitur à* יהוה: nexus ergò non est *regiminis:* nec unius nominis. Probatur ex Spiritus S. translatione, qvæ est κύριος σαβαώθ, bis Rom. 9, 29. Jac. 5, 4. ubi expressum illud propheticum: בעוד יהוה צבאות Esa. 5, 9. cap. 22, 14. vel ὁ παντοκράτωρ, qvod ita se habet ad vocem κύριος, vel θεὸς, vel τὸν ὄντα &c. uti ZBAOTH, ad IHOVAH vel. ELOHIM.

Concl. 6. In nexu pariter immediato cum nomine personali vel est positus *Elohim, Zbaoth,* vel est *Elohe Zbaoth:* ibi nexus est nominis gemini *formaliter,* ut Psal. 80, 5. 8. 15. 20. Ps. 84, 9. Esa. c. 3. v. 15. & passim hic est nexus *regiminis & unius nominis,* ubi subordi-

ordinatum Zbaoth est appellativum, unde non saltem Elohe Zbaoth dicitur: sed & אלהי הצבאות Hos. 12, 6. Amos 3. 13. cap. 6, 14. c. 5, 14. c. 9, 5. IHOVAH ergò, qvi est יהוה Α ω, est Zbaoth, & regit Zbaot, atq; adeò datur Zbaoth rector, & Zbaoth, qvæ reguntur seu sunt in regimine DEI. Qvem positum posteriorem rectè expresserunt Græci per Θεὸν τῶν δυνάμεων ἢ στρατιῶν.

Concl. 7. Nomini ergò IHOVAH competit proprii nominis nota: שם העצם לא יסכך, nec proinde in יהוה צבאות est מרת שם התאר.

Concl. 8. *Abstracta pluralia summæ excellentiæ sunt significativæ* prętерea ad *objectū*, vel *effectū* ubi *pluralis* respectus involvitur, respectiva: sic חמדות *desideratissimum*, & חכמות in *Mislim*, notat & *excellentissimam sapientiam*, & ex qvâ fluit abunde *omnis sapientia* per CHRISTI *Spiritum*, in illos qvi non sunt vel in classe פתים vel לצים vel כסילים.

Concl. 9. Zbaoth, qvi sunt in *regimine Elohim*, vel sunt שלא פרים רבים מתים vel שלא פרים רבים שלא מתים illi sunt in exercitu *supernati*: hi, *infernati*: ad primam classem referunt Hebræi 1. עולם המלאכים ונפשות. 2. כוכבים וגלגלים ad 3. עולם האנשים. Scilicet exercitus Dei sunt 1. *Angeli*. Unde illa מחנה אלהים Gen. 31, 1. 2. & στρατιὰς οὐρανίου Luc. 2, 13. conf. Ps. 103, 20. 22. 148, 2. Dan. 7, 9. Es. 37, 35. 2. *Stellæ* Deut. 4, Es. 24, 21. c. 40, 26. 3. præter irrationalem creaturam, *homines* maximè *Sancti, Israelitæ*, Exod. 7, 4. c. 12, 14. & *militantes bella Dei*, Es. 13, 4. 17.

Concl. 10. Exercitus *supernas*, est propter *infernatem*: uterq; autem ad glorificandum omnipotentem Rectorem, qvi est יהוה צבאות, conf. Heb. 1. v. ult. Deut. 4, 19.

LOCUS V. JAH.

Concl. 1. Nomen יה est unum ex nominibus propriis DEUM ab essentiâ sua denominantibus, & tria illa dicit AbenEsra sunt unius classis & originis.

Concl. 2, Interdum seorsim in scripturis ponitur, interdum cum nomine glorioso conjunctum reperitur: sic Exod. 15. 4. Esa. 12. v. 2. עזי וזמרת יה יהוה

Concl. 3. Nomen יה usq; adeô est nomen proprium, ut nunquam imitetur formam appellativi, nec in numero, nec in articulo, nec in regiminis & affixionis statu.

Concl. 4 Nomen יה DEO quidem, non minus ut nomen glorioſum יהוה tribuitur ipſius eſſentiæ reſpectu: ſed ita, ut includat fortitudinis & veritatis divinæ magnifico miraculo demonſtratæ notationem: hinc etiam in ſolis eisq; magnificis hymnis & gratiarum actionibus illud reperitur, notans Deum illum qvi & eſſentia eſt æternus & miraculis terribilis & reverendus.

Concl. 5. Lutherus uti nomen glorioſum יהוה ita hoc etiam divinum nomen HERR reddidit, Vulg. per Dominus, Tremellius, Jah retinuit: Chaldæus per דחילא i. e. reverendus ſeu terribi- Exo. 15, 4. cap. 17. v. ult. Eſa. 12. v. 2. expreſſit: hinc Rabbinus Jarchi illud eſſe dicit לשון יראה ſeu ſignificare *timorem*, *reverentiam*. adducens allegata loca. Cæterum qvod in Pſal. 68. v. 5. jubemur exultare ביה שמו dicit, Davidem ſimul innuere, quod ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ cultus ille religioſus à nobis præſtari debeat, juxta illud. Pſalmi. 2. ſervite Domino in timore & exultate in tremore. Qværitur hîc obiter: an in alleg. loco Pſ. illud ביה שמו habeat rationem *termini ſubordinati*: an ſtet *abſolutè*? ita ut non ſit סלו ביה שמו; ſed *1. Thema* סלו. *2. ratio* ביה שמו; Aff. poſt. Ratio: proportio Gereſch Rbiati & Athnach.

LOCUS VI. אדני *ADONAI.*

Concl. 1. ADONAI - eſt appellativum: ר *ſoli Summo DEO* eminentiâ *attributionis*, & *ſignificationis* appropriatũ; idq; וורדי קלד כפם. Eſt autem forma non affixo modificata: ſed abſoluta, & identitate punctorum eſſentialiſsimo nomini maximè proxima.

Concl. 2. ADONAI DEUS, eſt, vi radicis, *omnipotens ſuſtentator & Rector totius creaturæ, omniumq; Spirituum* Φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ; idemq; eſt יהוה אלהים PATER, FILIUS & SPIRITUS SANCTUS.

Concl. 3. DEUS eſt אדון & אדרן: non O. אדון eſt אדני: ſed omnis Adonai, Adon. 4. IHOVAH ZBAOTH eſt Adonai in aticulo fidei 1. 2. & 3. Eſa. 6, 1. 6. 5. ADONAI Gen. 18, 3. non eſt idem

idem cum Adonai, Gen. 19,2. 6. CHRISTUS est ADONAI Ps.68. v.16. & credit in *Adonai*, Psal. 16, 1. 2. 7. Adonai Psal. 110. v. 5. est Filius Rex ZION, אדון דוד non Pater.

Concl. 8. Ab hoc Adonai est omnis ארנות & adeò omne sub regno graviore regnum est: Hic Adonai מחץ ראש על־ארץ רבה & מחץ ביום אפי מלכים: hic *facit* Adonim, & deponit potentes de tronis. E. נשקו בר & מלכים השכילו.

LOCUS VII.

Concl. 1. Idem qvi propter essentiam absolutam & relativam IHOVAH: propter sustentationem omnium rerum potentissimam ADONAI, propter infinitã roboris eminentiam, EL dicitur: Ezech. 28, 2. 9. Job. 9, 2. Esa. 31. Robur ergò est sign. radicis Ps. 88, 5. qvod non est in אנוש, nec in illis qvi sunt לא אל Deut. 32, 21.

Concl. 2. EL Gojim non impedit qvò minus EL nomen sit SUMMI DEI.

Concl. 3, Nec positus: יש לאל־ידי qvâ integra ad aliqvid efficiendum, vis, robur, facultas significatur. Conf, Gen. 31, 29.

Concl. 4. Plurale אלים dicit viros roboris laude exellentes: sed non est ab hoc אל־. Exod. 15, 11. & 15. notatur fortitudo objecto proportionata: qvæ hic est finita. Est à אל־ in regimine DEI: in affixione fidei Ps. 94, 1. Exod. 15, 2.

Concl. 5. Robur illud exserit Deus brachio suo, unde illud: ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ: eminentissimè autem in resuscitato JESU CHRISTO Eph. 1, 19. 20. qvæ causa est, qvod HOMO CHRISTUS clamavit illud: Eli, Eli & שמרי אל־ *sc.* ὁ σώσας τὸν δυνάμενον ζῶσαν, &c. Ps. 16, 1. & 22, 1. Hebr. cap. 5.

Conc. 6. *Roboris eminentia, facit, ut* Deus *dicatur* אל עליון *Gen. 14, 20. omnipotentia*, ut sit אל שדי c. 17, 2. exercitiũ *in misericordiâ* אל רחום Exod. 34, 6. *in vindictâ* אל קנא v. 14. in ἐνεργείᾳ & κράτος τῆς ἰσχύος, אל גבור Esa. 9, 6. ubi conjungatur nexus, & positus.

LOCUS IIX. *SCHADDAI.*

Concl. 1. Nomẽ שַׁדַּי non est confundendũ cum שָׁדַי nec dũ שֵׁדַי.

Concl. 2. Nomen שדי attributione semper solius Dei nomen est. Inst. Ezech. 1, 26. Job. 22, 25. Resp. רוק ותמצא.

Concl.

3. Etymon non est à שִׁי רַי: sed vel à שׁר ita ut notat Deum πλυμαστὴν almum, unde passim in benedictionibus אר שרי: vel à שרר. Sed qvomodo à שׁר & שרי & שרר & Deus, & Diabolus? Lutherus reddidit, der Allmächtige: non malè: potentia enim in שרי supponitur Gen. 17, 1. c. 28, 3. c. 35, 11. c. 43, 14. c. 49, 18.

LOCUS IX. *ELOAH.*

Concl. 1. Nomen אלוה absolutum & præfixum est nomen Summi DEI: limitatum Dan. 11, 39. & affixum, Habac. 1, 13. est דרך בזיון. Sed qvid Dan. 11, 37. & 38. bis? 2. Bis reperitur in L. bis in Prophetis: 52. in Hagiographis? 3. In Hebraismo datur radix nominalis: non verbalis: nec hîc בעד החיים אל המתים.

Concl. 4. ELOAH notat DEUM majestaticum: & ab hoc singulari est plurale Elohim.

LOCUS X. *ELOHIM.*

Concl. 1. Primum Nomen Divinum in sacris est *Elohim* 32. in מעשה שראשית: inde à c. 2. Exod. ad 4. extra colloqvium Diaboli cum Hevâ, יהוה אלהים: inde porrò semper disjunctũ in Lege.

Concl. 2. In ELOHIM בית הדין & מדת הדין conceperunt vet: Hebr.: ita ut יהוה אלהים dicat מדת רחמים ודינין: non malè.

Concl. 3. ELOHIM semper est plurale sensu: ita tamen ut in Divinis pluralitas illa simul si unitas.

Concl. 4. ELOHIM est personale & plurale & cum πρώτως Deum signat, & cum Angelos, & cum Judices: neq; unqvam unus Angelus unus Judex &c. ELOHIM dicitur. Inst. unum Idolum. Resp. non sub notione unitatis: sed illius qvam exprimebat in אלהיהם חיים pluralitatis.

Concl. 5. Trinitas in Elohim credita, fundamentum fuit dom° judicii terrestris Triumvirorũ, & qvod Judices dicuntur *Elohim*.

Concl. 6. Si ita se habet ברא אלהים uti Adon plurale cum verbo singulari. E. ita se habebit התעו אלהים uti Adon & verbum plurale. At hîc semper personarum pluralitas. E. & illic. Et per consequens ab Adonim malè colligitur ad Elohim: qvin & in Adonim supponitur id de qvo sub judice lis est.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0120
DFG

DECAS VI.

LOCUS I.

EGO SUM DEUS PATRIS TUI, DEUS ABRAHAM, DEUS ISAAC, DEUS JAKOB.

Exod. 3. v. 6.

Concl. 1. Rubum hactenus ardentem, & לבת אש, cui οἰκονομικῶς unitus erat *Mediator Angelus*, vidit Moſes, & ad tàm θαυμαστὴν ὄψιν, penitius contemplandũ acceſſurus, ANGELUM fœderis de corde ignis clamantem: *Moſche, Moſche! non accede, calceos exue:* audivit: cauſa *exuendorum calceorum, terra ſancta:* cauſa *ſanctitatis terræ, glorioſa* DEI ABRAHAM, IZCHAK, & JAKOB *præſentia*: v. 6. inde, *terra ſancta:* & propter hanc *exuendi calcei:* qvi nexus eſt orationis יהוה v. 4. 5. 6. unde ſimul patet qvare Stephanus in hac oratione allegata Actor. 7, 31. 32. id fundamentum ἐγὼ ὁ θεὸς τ πατέρων ζ ὁ θεὸς Α ὁ Θ. I. ὁ Θ. I. in acie, & ante illud *interdictum de non accedendo propius, & edictum de ſolvendo* ὑπόδημα τ ποδῶν, *ob ternam ſanctam*, ponat: qvia ſc. id *primarium, & fundamentum orationis*, tùm qvæ antecedit, tùm qvæ ſeqvitur, ad v. 11. in *continuâ ſeqvelâ*, fuit: & ad hæc verba maximè ἐντρομος γνόμενος Μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι: unde & in eo cum Moſe Stephanus convenit, qvod uterq; his verbis *religioſum Moſis timorem & reverentiam* proximè ſubjungit conf. Exod. 3. v. 6. Act. 7, 31.

Concl. 2. Vox ויאמר Rbiata, reddenda, non per: *& dixit:* ſed: *dixerat autem:* anteceſſit ſcilicet hoc dictum, illud אל תקרב & של v. 4. 5.

Concl. 3. Vox אביך *formalitèr* ſingularis: *materialitèr, & in deſcenſu copulativo*, eſt pluralis, atq; adeò *indefinitè*, ut ſic: *definitè* autem pro *Abraham, Iſaac & Jacob* principalitèr ſupponit. Sed annon hic DEUS erat qvoq; DEUS *Levi, Khat, Amram*, qvi propiores erant Moſi. Reſp. erat qvoq; ANGELUS MEDIATOR *DEUS Levi,*

Khat, Amram, gratiosà adeſſentiâ: ſed non ita, ut A.I. & J. *1. revelationum,* in qvibus Abraham vidit diem CHRISTI & *fœderis ac promiſſionum excellentiâ. 2. Capitum totius Iſraelis propheticâ eminentiâ. 3. Orthodoxiâ,* ab Abrahamo *inſtauratâ,* Iſaaco *confirmatâ,* Jacobo ſolemniſſimè 12. tribubus *demandatâ. 4. Exhibitione his 3. Patriarchis factarum promiſſionũ, jam jam futurâ:* neq; v. id ſufficiebat Iſraeli, cui hæc erant à Moſe proponenda: & proinde dicendũ erat: *Deus Abraham, Iſaac, & Jacob,* שמשה עומד במקום ישראל. Patet hinc qvare Stephanus reddiderit in plurali numero: ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου. Scilicet numerus ſingularis in fontibus indefinitè poſitus, involvit *diſtributionem emphaticam,* qvæ dicit *ſpecialiſſimam DEI ad ſingulos illos, adeſſentiam.*

Concl. 4. Sed qvid regimen & iteratio ארחי? Reſpond. notat *adeſſentiam gratioſam ſingulariſſimam, revelationem,* ſuo modo *excellentiſſimam* ſingulis Patriarchis factam, promiſſionum item ſingulis factarum memoriam, conf. totus liber Breſith maximè autem Gen. 12. 14. 15. 18. 22. 25. 26. 28. 32. 35. 46. 47. &c.

Concl. 5. Illum ipſum, qvi in v. 2. ANGELUS IHOVAH dicitur, eſſe, qvi in v. 4. & 6. IHOVAH DEUS ABRAHAM, ISAAC, & JACOB dicitur, contra Judæos, Photinianos & Pontificios, ſupra Decad. 4. Loc. 2. & 7. jam probavimus: qvibus nunc ſaltèm addimus 1. Angelum illum IHOVAH à Stephano, Act. 7, 35. expreſsè poni, Angelum qvi autoritativè Moſen ut ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν miſerit, & inter qvem & Iſraelem *Moſes Mediator & interlocutor* fuerit v. 38. 2. Actus, *deſcendendi, videndi, cognoſcendi,* qvos ſibi tribuit hic orator, ſpecialitèr ſunt Mediatoris CHRISTI, ut ita in V.T. deſcenſum ſibi tribuerit, *qvi aliqvando erat deſcenſurus & carnem aſſumturus: neq; ullum jam inde ab initio fuit Dei cum hominibus commercium: qvàm per JESUM CHRISTUM: nihil enim nobis cum Deo, niſi adſit Mediator, qvi illum nobis conciliet.* 3. Ἄγγελος qvi fuit cum Moſe, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ ſine dubio eſt מלאך פנים המושיע Eſa. 63, 10. de qvo olim dictum אל תמר בו Exod. 23, 22. At hîc *Chriſtus* conf. Num, 20, 7. 8. & 1. Cor. 10, 4. Heb. 3, 5.

Concl. 6. Cum in hac controverſiâ jucundum ſit videre qvid

qvid senserit antiqvitas, hæc paucula addimus: Hilarius ergò lib. 4. de Trin. pag. 40. edit. Basileens. Idem Deus, qvem unum Moses prædicat, *ut personarum distinctio absoluta esset, Angelus nuncupatur: qvi enim est Deus ex Deo, ipse est Angelus Dei. Ut verò honor debitus redderetur, & Deus, & Dominus est prædicatus. Dei verò Angelus ob id dictus, qvia magni consilij est Angelus: Deus verò postea demonstratus est, ne qvi Deus est, Angelus (merus) crederetur. Angelus Domini Mosi de rubo apparuit: Dominus de rubo loqvitur: vocem cujus intelligendam existimas: utrum ejus qvi visus est, utrum alicujus alterius? Hic mendacio locus nullus est. Qvi apparuit in rubo, de rubo loqvitur: & visionis locus unus est, neq; alius, qvàm qvi est visus, auditur. Qvi Angelus Dei est cum videtur, idem rursus cum auditur, est Dominus. Habes ergò Angelum, qvi de rubo loqvitur, & DOMINUM & DEUM.* Ambros. lib de fid. contr. Arian. p. 175. *DEUS DEI FILIUS Mosi in rubo, in flammâ ignis apparuit, ut lumen credentibus: incredulis judicium demonstmret.* Idem: *Non Pater in rubo: non Pater in eremo: sed filius Dei locutus est, de qvo Stephanus: Hic fuit in Ecclesia, &c.* Tertull. l. de Trin. p. 628. *Idem Deus & Angelus, & qvia non Deus Pater, Deus & Angelus, Christus est intelligendus.*

Concl. 7. Propositio illa: *Ego, Deus patris tui, Deus, Abraham, Izchak, & Jaakob,* implicitum habet verbum substantivum in tempore præsenti formalitèr, & dicit, non qvod olim saltem fuerit: sed etiamnum *sit DEUS Abraham, Isaac & Jacob,* unde ἡ Σοφία τοῦ Θεοῦ, Matth. 22. Marc. 12. Luc. 11. docuit argumentari pro τῆ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν: posito scil. Deum etiam tùm ὄντα τοῦ βάτου se vocare Deum Abrahami &c. & qvidem non saltem *animæ Abrahami:* sed *totius Abrahami, Isaaci, Jacobi,* omninò consequens, illos non ita esse mortuos, ut *mors illis perpetuò dominetur:* hâc enim hypothesi suppositâ, sequeretur *Deum non esse Deum Abrahami, cum Deus, non sit DEUS* νεκρῶν: sed ζώντων: sed est *Deus Abrahami, Is. Jacobi. E. non sunt ita mortui, ut nulla parte jam existant, nec unqvam sint existituri seu iterum vivificandi:* πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Vivunt ergò jam Deo, qvi sunt resurrecturi die novissimo, ita ut sint καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Signantèr autem Christus: *annon propterea*

pterea erratis qvod non sciatis Scripturas, neq; potentiam Dei? Marc. 12. v. 24. & v. 27. ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε: atq; ita ἐφίμωσε Sadducæos *sapientia*, & ἐδικαιώθη ὑπὸ πάντων τῶν υἱῶν αὐτῆς, de qvibus Evangelista: οἱ ὄχλοι ἀκούσαντες ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Rectè a. Bell. de purgat. l. 1. c. 3. contra socios, asserentes *non omnia creditu necessaria contineri in scripturis*, & huic fini articulum *de mortuorum resurrectione*, urgentes, asserit, conclusionem hic esse necessariam ex intentione Salvatoris pro resurrectione mortuorum. Errant ergò qvi conclusionem hic non ponunt, nisi animarum immortalitatem.

LOCUS II.

Exod. 3. v. 6.

Concl. 1. Ad flammantis rubi primum conspectum Moses ἐθαύμασε τὸ ὅραμα, Act. 7, 31. & admirabundus ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ accessum paravit: at ad tonantis ex flammante rubo ANGELI IHOVAH vocem: EGO DEUS PATRIS TUI, ἔντρομος γενόμενος Μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι, interpretante Stephano Act. 7, 32. id qvod Mosche de se testatur v. 6. m. 2. *Obvelavit Mosche faciem suam: nam reveritus est intueri Elohim*, ubi obvelatio faciei Mosche & formaliter ponitur & causaliter: causa sc. fuit יראת מהבטת אל האלהים, seu à parte שכנו הסנה majestatica & revelata DFI præsentia: à parte Mosis humilima reverentia conf. Esa. 6, 2. & 1. Reg. 19, 13.

Concl. 2. Qværitur hîc *1. An verba illa*, מהביט אל האלהים, *supponant visionis statum*: an dicant *actum visionis illius negatum?* Affirm. posterius: adeoq; non reddenda qvasi Moses ab *ulteriori intuitione* Elohim saltem abstinuerit, **Und Moses fürchtete sich ferner Gott anzuschauen**/ sed negativè, qvod præ reverentiâ abstinuerit ab intuitione: probatur ex constructione ירא cum infinitivo, intercedente particulâ מ Jerem. 40, 9. Exod. 34, 30. 1. Sam. 3, 15. qvi positus non negat actus suppositi absistentiam: sed existentiam.

Concl. 3. Qværitur 2. *qvomodo potuerit timere intuitionem Elohim negativè, cum ex hypothesi illius non absconditionis, nihil aliud vidisset,*

disset, qvàm qvod ante orationem יהוה *jam viderat, sc. ardentem rubum, &, in illâ,* לבת אש *majestaticum, in hâc dispensatione, ANGELI IHOVAH, exhibitivum.* Resp. 1. ibi non erat *visio Elohim formalitèr:* sed saltem לבת אש: neq; enim novit *oeconomiam præsentis ANGELI MEDIATORIS* ante φωνῶ κυρίῳ: hîc ergò *formalitèr fuisset visio Elohim:* licet non nisi mediante לבת אש: at in qvâ jam *novit specialissimè* adessentem Mediatorem Deum. 2. Visio ante IHOVAH sonantem ex rubo describitur *simplici saltem videndi vocabulo* ראה *objecto* ζωμαλικῷ sc. הסנה בער conf. v. 2. 3.: at post hunc Oratorem describitur singulari *intuitionis specialiß mæ vocabulo* חביט eodemq; *singularitèr* per particulam את constructo, *objecto mediato ultimato & primario,* qvod erat האלהים. Ibi ergò fuerit sola *visio signi:* hîc *specialißima intuitio signati in signo.* conf. qvâ formale hujus חביט אל de DEO Chab. 1, 3. & 13. Esa. 66, 1. de *credentibus* Psal. 119, 6. & in *typo* Num. 21, 9. de *intuitione specialißimâ* CHRISTI crucifixi Sach. 12, 10. conf. & Esa. 51, 1. 2. Reg. 3, 14. 1. Sam. 6, 7. Esa. 23, 11.

Concl. 4. Qværitur 3. *Qvalis fuerit illa visio seu intuitio in V. Test.* Resp. à parte *objecti* fuit e. c. ANGELUS IHOVAH *in flamma ignis,* atq; adeò ἐν τῷ εἴδει ζωμαλικῷ, in aliqvo organo seu signo visibili, ita ut manserint פנים divinitatis invisibiles: atq; adeò Filius Dei in V. T. non apparuit immediatè, in oppositione ad mediantem aliqvam speciem e. c. *viri robusti* Gen. 32. seu *sedentis super tronum amplum & excelsum:* sed saltem in oppositione ad suppositum Angelicum, ita ut actus illi e. c. *loqvendi, videndi,* sint ipsius Angeli: non nisi repræsentativè Dei: contrà: actus illi non sunt speciei: sed formalitèr Dei, & præterea in Angelo non datur species organica: sed hàc ratione præter angelum danda esset species corporea, qvæ demum terminaret: & sic *Angelus esset apparens suppositalitèr:* species illa, *corpus ab Angelo assumtum,* organicè: nec ista esset *apparitio Filij Dei mediata:* sed *Angeli creati,* & proinde *Angelus creatus fuisset, qui dixit: Ego sum DEUS Patris tui, Deus Abraham, Isaac & Jacob* &c. qvin hâc ratione Angelus fuisset ille, qvi *scalæ Jacobeæ extremitati superiori institit* IHOVAH & ille *qvi super tronum amplum*

plum ſedens Eſaiæ apparuit: & ſic Seraphim שמשין קרישין alicui ſui ordinis Angelo perſonato acclamaviſſent illud קקק, Gen. 28. & Eſa. 6,3. à parte autem videntis ſubjecti fuit *viſio* ſigni ſeu *corporis iſtius repræſentati* & *œconomica* intuitio gloriæ *Dei filij* pro *libera diſpenſatione* apparentis Dei. Inſtant. E. datur incarnatio in V. Teſt. anteqvam ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Reſpond. *ab œconomicâ Schechinâ ſeu inhabitatione Dei filij myſticâ* in ſymbolo corporis, nubis &c. *& apparitione, diſpenſativâ, ad incarnationem, perſonalem unionem, idiomatum communicationem*, & juxta illa, *prædicationem* non V. C. nec ſeqvitur: is, qvi apparuit, dicitur IHOVAH. E. ſpecies in qvâ apparet fuit יהוה planè ſicut *vox patris, & columba non fuit Pater nec Spiritus S.* & tamen apparente columbâ verè dicitur *deſcendiſſe Spiritus S.* Fuit ergò & in V. Teſt. שכינה ſ. σκηνώσις: ſed non ἐν σάρκωσις ſ. σκηνώσις *per* ἐνσάρκωσιν, ita ut DEUS ipſe videri, palpari potuerit, & ad ſpeciem illam dici: Tu es Filius Dei viventis, item, Tu es Deus meus, & Dominus meus Inſtant. Epiſt. ad Hebr. cap. 1. v. 1. Reſp. utrobiqve in V. & N. T. ſupponitur Deus apparens autoritativè idemq; hîc & במתן תורה CHRISTUS fœderis Angelus: comparatio autem לשמשמים, qvi ibi Prophetæ (& במתן תורה Angeli) hîc CHRISTUS in carne. 2. Moſes Hebr. 1, 1. non ponendus eſt in claſſe τῶν πατέρων, ſed τῶν προφητῶν. E. non negatur Moſi locutus in V. T. Angelus Mediator. 3. In V. T. Deus non locutus eſt per filium incarnatum, & Δοκησικῶς miſſum. 4. Nec illa excellentia qvâ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, fuit in V. T. Habuit ſuos gradus œconomia, & in V. T. fuit typica, eaq; πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως: Deus in carne manifeſtatus excellentia eſt N. T. & tamen hîc excellentior erit apparitio ſeu viſio filii Dei in vita æternâ.

Concl. 5. Qvær. 4. An rectè Chaldæus reddiderit rationem abſconditæ à Moſe faciei: ארי דחיל מלאסתכרה בציר יקרא דיהוה *qvia timuit aſpicere intellectuali notitiæ, fulgorem ſeu emiſſionem gloriæ* יהוה qvod verbis Apoſtoli exprimere liceret: veritᵒ eſt ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι

uti in

uti in monte, μεταμορφούμενος, τὴν εἰκόνα ὑπὸ δόξης εἰς δόξαν, confer 2.Cor.3, ult. Matth. 17. & 2. Pet. 1, 16. 17. 1. Cor. 3, 13. Exod. 34. & conf. Δόξα Vet. & N. Test. item τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἐκείνου. Qvær. 5. Qvænam autem illa absconditio? Resp. 1. non fuit gestus orantis: nec tantùm terroris: ut Jud. 6, 22. c. 13, 22. Apoc. 1, 17. sed *reverentiæ & venerationis*, atqve adeò suam *indignitatem testantis, & majestatem Dei agnoscentis*: porrò absconditio illa פנים non fuit per simplicem tectionem, nec obvelationem, qvam dicit כסה vel לוט: sed *per oculorum in terram dejectionem, oris in pulvere positionem, & procidentiam in faciem*, conf. Esr. 9, 1. Thren. 3, 29.

LOCUS III.

Exod. 3. v. 11.

THEMA ORATIONIS DEI PRIMUM.

Vidi, audivi, cognovi, descendi.

Concl. 1. Simul ergò personam legitimavit ANGELUS MEDIATOR, primarium Thema ponit, & in illo 4. prædicata, ex qvibus primum: *Videndo, vidi*: qvam emphasin *infiniti ancecedentis verbum homogeneum*, סימן חזוק ואמונה *Hebræis* dictam, egregiè Stephanus expressit per ἰδὼν εἶδον.

Concl. 2. Pondus autem singulis inest verbis: scil. 1. judicio carnis tùm Israelitarum per 90. annos patientium, tùm Ægyptiorum affligentium, tùm Mosis jam inde à primis speciminibus Liberatoris, qvadragenarii exsulis, qvi idem aliqvando, qvod apud Jobum Eliphas c. 22, 5. 11. &c. de Deo concipiebant, & immemorem fœderis Deum æstimabant, opponitur illud: *Videndo, vidi*, unde patet, nugatores esse, qvi hanc plenissimam misericordiæ vocem habent pro amplificatione Rhetoricâ.

Concl. 3. Sed potuit saltem Deus videre τὴν κάκωσιν. Respondet: *etiam audivi* (suspiria ipsorum) inclinavi meum און. Sed forte *vidit* saltem τὴν κάκωσιν: *audivit* τὸν στεναγμὸν: neq; *novit innocentiam, & statum causæ*. Resp. Deus: *cognovi dolores ejus*, (Israelis scil.) adeoq; vidi singularissimè afflictionem eorum) audivi specialissi-

cialissimè (clamorem eorum) cognovi justissimè dolores illorum. Sed an saltem *vidit, audivit, cognovit?* Respondet Deus: DESCENDI ad liberandum illum, adeoq; fuit illa *visio, auditio, cognitio,* cum liberationis instantis *exercitio:* qvomodo autem *descendit.* Respond. 1. DESCENSUS DEI est *majestatis Dei gratiosum, vel gloriosum excercitium,* wenn Gott sich auffmachet/ daß Er helffe allen Elenden auff Erden. Sic in V. T. fuit descensus e. c. Legalis Exod. 19. gratiosus Exod. 3. judiciarius Mich. 1, 2. &c. in N. Test. est καταβάσις una qvâ verbum caro factum est, seu *gratiæ* Eph. 4. Joh. 3. altera *majestaticæ gloriæ,* 2. Thess. 1. & passim, qvando מציון מכלל־יפי אלהים הופיע Psal. 50, 1. 2. Porrò descendit hic DEUS non ad cognoscendum, ut Gen. 11, 5. 7. cap. 18, 21. qvia jam supponitur illud: *Vidi, audivi, novi:* sed ad exeqvendum & puniendum.

Concl. 4. Planè autem hîc est הנה מעם רחמי ה׳. Ecce enim *Israelitæ afflictissimi mortalium:* & tamen Deus dicit: *Hic est* עמי seu *populus meus.* Israelitæ *affliguntur, clamant* (veræ pœnitentiæ & fidei dolore) *dolent:* Deus *vidit, audit, cognoscit, descendit.* Vsq; adeò Israel, imò vel unus sanctus, curæ est Deo: cavete Pharaones! Omninò autem cum hoc loco conferatur Exod. 2, v. 23. 24. 25. & conferenti seu ὡσεὶ ἐχθὲς καὶ τριήμερος Δαυϊδ.

Concl. 5. Sed qvare Stephanus saltem exprimit actus ראה ראיתי per ἰδὼν εἶδον שמעתי per ἤκουσα & στεναγμὸν, item ואדר per κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. non item actum וידעתי? Resp. hic est modificatus: illi absoluti in seqvelâ: & præterea actum illum *cognoscendi* includit Stephanus in ἰδὼν εἶδον; qvo ipso summus exprimitur, intuitionis Dei, in intimos dolores Israelis accuratissimæ, gradus, ita ut, extra clamorem si fuisset, Deus tamē diceret illud ידעתי Ich weiß ohn daß schon/ wie ihnen ümbs Hertz ist. Neq; enim hæc visio fuit sine *cognitione.* Non omittendum: hæc verba: *vidi, audivi, novi, descendi,* Christo attribuere Irenæum l. 4. adv. Valentin. c. 26.

LOCUS IV.

TERRA SANCTA. Exod. 3 v. 8.

Concl. 1. Ut Israel ascendat, Deus ipse descendit: ita enim dicit ille flammantis rubi Orator: *Descendi, ad ascendere faciendum*

dum Israelem. Cœterum descensum ipsum formaliter distinguit Gereschajim, finaliter, qvà finem primarium Psik Munachatum: qvà subordinatum, Sarkâ: ille est Israelis liberatio: hic sublimis elevatio seu exaltatio. Porrò terminus à qvo in fine primo distinguitur per Rbia; in altero, per Segolta; utrobiq; terra Ægyptus: terminus ad qvem genericè distinguitur per Sakephk. sc. est 1. terra bona & ampla: specificè 1. resp. bonitatis, qvod sit fluens lacte & melle, qvod definitur per Athnach: 2. resp. amplitudinis, & prædestinationis, qvod sit terra 6. illarum gentium, qvas memorat memb. 2. adusq; סוף פסוק.

Concl. 2. ו in וארד dicit simplicem ordinatæ consеqventiæ nexũ: sc. Deus non descendit ut videret, audiret, cognoscеret: sed cum jam vidisset, audisset, cognovisset, descendit VINDEX Israelis seu ad liberandum illum &c. ita ut resp. Ægyptiorum fuerit מכשא רחמים לכשא דינים. Rectè ergò redditur: **und demnach bin Ich herab gefahren.** Porrò omnis descensus divinitatis in V.T. typus fuit & ζκιὰ descensus Dei in N. T. & utrobiq; idẽ ὁ καταβὰς: utrobiq; liberatio & vera sanctorum exaltatio: ibi in ζκιᾷ: hîc in ἐκόνι.

Concl. 3. Gemina hîc cernitur potentia: una Ægyptiorum, & פני נגשים seu personarum affligentium v. 7. & 8. altera, brachii divini אזרע potentioris & אלהים מצילים: nihil hîc cooperatur Israel: Deus est מעלה & מציל idq; לא בחיל לא בכח כי אם באזרועו.

Concl. 4. Unde liberatur & educitur Israel est ἐξουσία Ægypti, & *terra Ægyptus, servorum domus:* atq; adeò anteqvam Israel ascendit est in *abjectissimo depressionis & servitutis statu, vereq; adeò in* שאל. Unde *Angelus Mediator* per Mosen τὸν ἄρχοντα κ λυτρωτὴν ascendere fecit Israelem, ipse & liberator & Mediator futurus humani generis ex infernali domo servitutis.

Concl. 5. Neq; verò saltem educitur Israel: sed & *Deus illum ascendere facit in terram bonam.* Qvomodo autem *ascendit?* Resp. 1. non ut ascendunt *qvæ resolvuntur in aerem,* ut Jud. 21. 2. Sed ita ut connotetur *superioritas status & loci, in qvem ascendit Israel.* 3. Qvæ

 superi-

superioritas non saltem fuit localis, qvatenus ארץ ישראל גבהה אמצעי התבל & מכל הארצות. Unde *ex Ægypto in Judæam ascenditur: ex Judæa in Ægyptum descenditur*, conf. *Gen. 46, 4. c. 27. Gen. c. 56. v. 25.* unde & במתי ארץ Mich. 1, 2. & ex Judæâ in urbem sanctam *ascenditur*, conf. Matth. 20, 18. Marc. 10, 32. & 33. Luc. 19, 27. 4. Sed *1. politica. 2. terrena. 3. ecclesiastica externa. 4. spiritualis & interna*, per qvam ascendebat, ut esset ἱερά πυμα βασιλικὸν, λαὸς περιούσιος חלק וחבל נחלת יהוה ὧν ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, ἡ νομοθεσία, λατρεία &c. atq; adeò in hac ascensione omnis continetur excellentia Sancti Israelis.

Concl. 6. Status in qvem ascendit Israel est 1. terra bona & ampla: Bonitatis signum, qvod fluat lacte & melle: amplitudinis qvod sit terra 6. populorum, vel etiam 7. additis Gergesæis, qvi tamen minus fuerunt גוי השם. Qvomodo autem ampla, cujus diameter 46. mill. latitud. 12. an respectu בית העברים? An דרך רוחנית? ita certè accepit August. qvæst. 3. super Exodum Gregor. Mag. hom. 32. Bernhard. l. 2. de cons. Qvare autem tot populorũ meminit Spiritus S. resp. *1. ob prædestinationis terræ S. Israeli in divino consilio ab æterno factæ, & in primâ gentium immissione* למספר בבי ישראל non sine maximis mysteriis ordinatæ & limitatæ, infallibilitatem, confer Deut. 32. 2. ob promissionis fœderalis Gen. 15. v. 19. veritatem. De cœtero *Mosaicæ illius descriptionis Terræ S.* qvod sit זבת חלב ודבש *Mosaicum commentarium*, totumq; *excellentiarum illarum apparatum*, vid. Deut. 8, 8. 9. & 32, 14. Ita ergò *ascendit Israel* ad summam corporalium & spiritualium bonorum abundantiam: ubi inculcandum erat illud השמר פן תשכח את יהוה.

LOCUS V.

Exod. 3, 9.

Clamor Israelis ad Deum ascendit: Deus oppressionem Israelis vidit.

Concl. 1. Levia sunt qvæ nunc monebimus sc. 1. illud ועתה Sakephgadolatum habet formam emphaticæ ἀνακεφαλαιώσεως respectu præcedentium, & intentionis finalis respectu seqventium, & respectum ad illud ועתה לכה in v. 10. videndo vidi, audivi, cognovi.

gnovi. E. descendi: proinde, qva vidi afflictionem, audivi oppressorum clamorem, age, mittam te ad Pharaonem seu mitto te ut, ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν populi mei, ex Ægypto.

Concl. 2. Et *clamor ascendit peccantium*, (e.c. hoc l. Ægyptiorum, alibi Sodomitarum, Gen. 18. Ninivitarum Jon. 1, 2.) & *ex afflictionibus extremè gementium*, Wenn wir in höchsten Nöthen seyn: & uti clamor peccatorum: ita & afflictorum ascendens, vel ad Deum perveniens, signat gradum superlativum, & statum peccati consumatum: unde cum est *consumatio peccati*, sequitur *consumatio supplicij*: inde facere כלה & peccator dicitur, & Deus: ille peccando: hîc finaliter puniendo conf. Genes. 18. Esa. 19. Dan. 9. hoc est qvando DEUS dicitur: Das Garaus mit einer Stadt / Land / oder sündigem Volck / machen / confer Nahum cap. 1. illud כלה הוא עשה לא תקום פעמים צרה. Was gedencket ihr (Schalcksräthe) doch wider den HERRN: ER wird auff einmal ein Garaus mit euch machen / es wird das Unglück nicht zweymahl kommen.

Concl. 3. Egregiè LXX. membrum 2. expresserunt per: καίγε ἑωρακα τὴν ἀποθλιμμὸν, ὃν οἱ Αἰγύπτιοι θλίβουσιν αὐτὸς. Ἀποθλιμμὸς enim afflictio, vexatio vehemens, qvalis significatur per לחץ Hebræorum: & illud θλίβειν non notat simplicitèr saltem *premere*: sed vehementissimè premere, qvod Interpres vetus per *tribulare* reddidit, qvod qvid sit vel Rustici nostri norunt, non sine sensu θλίψεως; vel etiam ἀποθλιμμὸς in bello Germanico.

LOCUS VI.

Exod. 3, 10. 11. 12.

Concl. 1. Duo in hac primâ instructione imperantur Mosi 1. *ibis ad Pharaonem* (postulaturus sc. liberam populi mei manumissionem) memb. 1. ad v. 10. 2. *educes populum meum filios Israel ex Ægypto* memb. 2. ad utrumq; Moses excipit illud מי אנכי Sakephkatonatum, qvod proinde ad utrumq; *oppositum* instructionis membrũ iteratum respicit: sc. 1. מי אנכי כי ארך אל פרעה m. 1. v. 11. 2. מי אנוכי כי אוציא את בני ישראל ממצרים m. 2. v. 11. Utriq; instantiæ *respondet Deus* signum dando v. 12. sc. Ego עמך אהיה,

& hæc specialissima mea adessentia in rubo figurata tibi erit missionis ad Pharaonem signum, & proinde macte animo & confirmatus hoc signo, *ito ad Pharaonem:* porrò, te à me missum λυτρωτὴν & משה עמי confirmabit in Exodo signum *cultus religiosi Elohim, super hoc ipso monte.*

Concl. 2. Qværitur hîc 1. an memb. 2. v. 12. *sit signum membri 1?* Resp. memb. 1. habet & signum & signatum. 2. si illud אהיה עמך haberet se, instar thematis separati, & id qvod seqvitur, instar unius signi & signati, Atnach debuisset esse in עמך. Qværitur *2. annon terr tori. m tertium verius habeat rationem signi: primum signati.* Resp. territorium 2. & 3. non possunt haberi ut propositiones duæ: sed saltem ut una, qvæ resoluta talis esset: *Hoc tibi esto signum m'ssionis;* qvale autem illud sc. tibi אהיה עמך: eductioni & Israeli, cultus in monte Choreb.

Concl. 3. Subjungimus ex contextu qvædam Rabbinorum 1. illud *videndo vidi* rectè περιφραζῆ AbenEsra: *ego optumè vidi violentiam illis factam in occulto, qvam non vident passim mortales: ego autem videndo vidi:* porrò 2. idem Rabb. *descendere Dei explicandum de* גזרות באות מן השמים i. e. *decretis qvæ veniunt de cœlis. 3. qvia Mosche non potest ascendere, Deus descendit ad v. 8. 4. Sicut Deus in altis habitat,* ita & populus Dei: inde illud *ascendere* in v. 8. *5. Terra 7. gentium, qvarum minimi Gergesæi vocatur terra Canaan, nomine generico: Emorrhæa &c. specifico. 6. Clamor Israelis v. 9. fuit pœnitentialis* עשו תשובה. *7.* לחץ dicit ex *insolentiâ & ferociâ seu intolerabili Dominio & Tyrannide profectam oppressionem pauperum.* 8. Illud לכה ואשלחך idem qvod *ito in legatione meâ,* seu לך בשלחותי. Porrò Raschi ad illud אהיה עמך: benè περιφραζῆ: זה המראה שראית: בסנה לך האות כי אני שלחתיך: optumè: miraculum enim *rubi* & מלאך יהוה כלבת אש signum illius אהיה עמך: hoc utrũq; אות שליחות seu *signum legationis, & eventualis eductionis.* Verùm paulò alitèr rationem signi explicat נשראית הסנה עשה שליחותי ואיננו אכר כך תלך בשלחותי ואינך נזוק, in qvibus qvædam desideramus, uti & in illo, qvod in illo cultu super mon-

tem

tem Elohim ponat זכות ישראל & meritum eductionis: item in illa explicatione *signi missionis:* שתצליח בשליחותך דך האות עד הבטחת אחרת שאני מבטיחך שהיא קברת תורה וג׳

LOCUS VII.

Exod. 3, 13.

Quod est nomen Dei? EHIEH v. 14.

Concl. 1. Præter nomen Dei Abraham, Isaac, & Jacob, singulariſſimum aliqvod nomen, qvod firmamentum eſſe poſſit fidei Moſis, & totius Iſraelis popoſcit Moſes, idq; non ex inani curioſitate, vel temeritate, ſed, ſanctiſſimi Spiritus afflatu, & voluntate, qvæ per hanc Moſis in ſtantiam ſibi viam paravit ad myſticam illam, & majeſtaticam nomenclaturam. Qværit ergò: *Si dicent mihi filij Iſrael, qvod eſt nomen ejus? qvid dicam illis?* in qvâ qvæſtione juxta Cabaliſtas, ultimæ literæ vocum לי מה שמו מה faciunt nomen יהוה, atq; adeò Moſes interrogans de nomine, ſimul Cabaliſticè expreſſerit nomen, planè ſicut Abraham, Iſaaco qværenti: ubi ſit Agnus holocauſti, reſpondens: *Deus providebit ſibi, Gen. 22, 8.* אלהים יראה לו primis vocum literis expreſſerit illum איל qvi poſtea ſurrogabatur mandante Deo, v. 13. Cœterum tanti has alluſiones non facimus: addimus tamen Baal hatturim ad hunc locum: סת״ם שם בן אובג ארתיות שמסר לו ש״ס, id eſt, *Finales literæ faciunt Tetragrammaton, qvod tradidit Deus Moſi.* Sed qvomodo qvæſivit de nomine, qvi novit nomen? Rab. AbenEſra: *Qværit Moſche qvod nomen ex nominibus divinis Iſraeli ſpecialitèr dicere deberet: nam non in El Schaddai: ſed nomine glorioſo Moſes miracula fecit: cæterum R. Jeſchua dicit, qvod traditio fuerit tùm penes Iſraelem, illum qvi futurus eſſet* המושיע *ſeu Servator & Liberator Iſraelis, revelaturum novum nomen, antea inauditum patribus &c.* ולא דבר נכון ״ה id eſt *non verum dicit.* Non malè hæc Rab. AbenEſra. Nos jam ſupra reſpondimus: De tali nomine qværere Moſen, qvod eſſet fundamentum liberationis illius & admirandi operis: qvod tùm parabat ANGELUS MEDIATOR, idemq; Chriſtus χθες και σήμερον και αὐτος εἰς τοὺς αἰῶνας.

LOCUS IIX.

אהיה אשר אהיה

Concl. 1. Rejicimus 1. qvi geminum hîc Dei nomen distinguunt, qvorum unum fuerit complexum scilicet EHIEH ASCHER EHIEH: alterum incomplexum EHIEH. Contra: EHIEH est nomen à summo numine expressum & sibi appropriatum tàm in 14. membr. 1. qvam 2. hujus autem explicatio seu clarior propositio est, אשר אהיה, planè sicut פודוש יהוה est אשר יהוה qvis enim dubitat *esse qvi est, vel futurum esse, qvi futurus est?* neq; hoc essentialissimum & incomprehensibile Summi Dei nomen sine mysterio triplicatum reperitur in uno hoc versu: EHIEH, EHIEH, EHIEH.

Concl. 2. Rejicimus 2. qvi non nisi τὸν ὄντως sen summam, independentem & æternam Dei Entitatem seu existentiam hîc significari putant, & proinde contendunt reddendum: SUM QVI SUM: nulla autem ratione: Ero, qvi ero. Contra 1. Nec Moses. nec Israel ignorabat Deum esse summum ENS. 2. & adeò nihil singulare hoc nomen significasset Mosi & Israeli. 3. Responsum hoc Dei resp. suppositæ *æternæ essentiæ*, rectè redditur per: SUM, qvi SUM: at respectu *specialissimæ illius adessentiæ*, & ENTIS RESPECTIVI in futurâ Israelis ex Ægypto, & generis humani ex infernali servorum Domo liberatione, rectissimè redditur per: ERO, qvi ERO, & porrò EHIEH misit me ad vos: Lutherus optimè: Ich werde seyn der Ich seyn werde: item: Ich werds seyn/ Der hat mich zu euch gesandt. Addit in gloss. margin. Wenn ihr dahin kommet/ so wil Ich bey euch seyn/ und Mich so erzeigen/ daß ihr erkennen sollet/ daß Ich Der sey. In qvâ magni nostri Lutheri translatione & succinctâ explicatione plus sensus inest, qvam in Arab. Chald. Græcâ, Latin. &c. translationibus, qvas proinde apponere supersedemus: plus tamen hîc sapere voluit Piscator qvam noster Lutherus; dum reddit: Der Ehieh hat mich zu euch gesandt: annon desipuerit penes Lectorem arbitrium esto.

Concl. 3. Is qvi dicit: EHIEH, ascher EHIEH: item: *Sic dices filiis Israel: EHIEH misit me ad vos*, respectu dispensationis, & ordinis

ordinis est ANGELUS IHOVAH, seu Mediator JESVS CHRISTVS (qvod ex seqvelâ totius orationis antecedentis, ex collatione Stephani Act. 7, 35. 2. Cor. 11. &c. jam supra probatum supponimus) licet nec pater, nec S. S. defuerit Majestate & autoritate unàd illud triplicatum EHIEH v. 14. Porrò suppositò, ANGELVM MEDIATOREM se nominare אהיה specialissimè, patet qvomodo Christus det sibi nomen ERO vel אהיה, respectu Eximii illius qvod hic ANGELVS IHOVAH futurus erat, scilicet Redemptor Israelis ex Ægypto, & generis humani ex inferni domo, adeoqve dicit EHIEH HOMO, REDEMTOR, SACERDOS, victima, Rex Israelis, & καθόλα EHIEH, conf. Joh. 18, 5. 6. 8.

LOCUS IX.

Exod. 3, 15.

Lutherus; Der HERR euer Väter GOtt/ der GOtt Abraham/ der GOtt Isaac/ der GOtt Jacob/ hat mich zu euch gesandt. Das ist mein Name ewiglich/ dabey man mich nennen soll für und für

Concl. 1. Uti Rex vel Imperator Legato instruendo sese aliqvoties nominat in pers. 1. Ego Rex, vel Imperator Romanus tandemq; illi dat formam nominis in ipsâ legatione exprimendi in pers. 3. ita ablegaturus Mosen Deus ad eminentissimam facilè omnium, qvæ unqvam purpuratos exstiterunt, legationem, in instructione primò se ter EHIEH nominat in pers. 1. tandem *formam nominalem* illi dat in pers 3. Sic dices ad filios Israel: IHOVAH (idemq; per Gereschaim qvidem distinctum, per seqventem tamen Rbia conjunctum cum nomine Deus Patrum Vestrorum) Deus Abrah., Deus Isaac, Deus Jacob, *misit me ad vos: hoc est nomen meum in seculum, & memoriale meum in generationes generationum.* Nomẽ ergò divinissimum est יהוה seu *ille qvi fuit*, EST, & ERIT. qvod Deus per EHIEH intendit in 1. pers. hoc per יהוה in pers. 3. atq; adeò 1. specialissima ad essentia tùm in liberatione ex Ægypto corporali: tùm, in liberatione ex regno tenebrarum spirituali, ad qvam opus

opus erat speciliſsimà adeſſentiâ, qvâ VERBVM CARO FACTVM EST, & ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν: uti enim inſtauratio regni ſuper tronum David, ſupponebat גאולה בידי דמשיח: ita *hæc incarnationem*, in qvâ ſpecialiſsima eſt magni Dei & Salvatoris Jeſu Chriſti adeſſentia. Cœterum hîc גמרתי אומר הס, conf. Decas 5.

LOCUS X.

Congregato ſeniores Iſrael.

Exod. 3, 16.

Lutherus: Darumb ſo gehe hin/ und verſamble die Elteſten in Iſrael/ und ſprich zu ihnen: Der HERR euer Väter Gott iſt mir erſchienen.

Concl. 1. Qvos זקני ישראל vocat Moſes: hos סבי ישראל Chaldæus: Πρεσβύτας Ισραὴλ Græcus: eſſent ergò iidem זקנים Hebt. סבין Cald. πρεσβύτας Græcorum (cum aliàs apud Hebræos gravior ſit שיבה ſeu cana ſenectus: qvàm זקנה). Sed qvi hi ſeniores, & qvomodo potuit unus Moſes comitia indicere tot Seniorum Iſraelis, qvorum inter סי רבוא ſeu 60. myriadas non potuit non ingens eſſe numerus? Reſp. Nomen *Seniorum* non hîc ponitur סתם ſeu abſolutè: ſed limitâte: non tâm ratione ætatis abſtractè: qvam concretè, uti Latinotum SENATUS. Atqve adeò notantur *Iſraelitarum capita, primores*, iidemq; *Seniores*, die Grauhäupter. Benè id obſervavit ex Rabbinis Jarchi, qvi παραφράζει hos Seniores Iſrael per מיוחדים לישיבה ſeu *ordinatos ad ſeſſionem Judiciariam*, id eſt, die zu Gericht ſitzen. Nec minus Græci olim reddiderunt per γερουσίαν: optumè: illa vox enim planè exhaurit vim fontium. Γερουσία enim eſt Senatus, honoris ſeu Magiſtratus ac ætatis nomen, unde apud Plutarchum: ἡ τῶν Ρωμαίων ζύγκλητος ἄχει νῦν γερουσία καλεῖται.

DECAS VII.

LOCUS I.

Exod 3. v. 16.

Visitando visitavi vos, & quod factum est vobis in Ægypto.

Concl. 1. Qvid *visitare Dei?* Resp. visitationis divinæ *objectum formale*, vel est *personale*, vel reale: cum illo, notatur פקידת רחמים seu *visitatio misericordiarum:* cum hoc פקידת דינים seu *visitatio judiciorum & irarum:* ibi, eine Gnaden-Heimsuchung: hic, eine Zorn-Heimsuchung: utriusq; exemplum in uno hoc versus membro: distinctè enim Deus ponit *1. visitationem Israelis personalem. 2. onerum Israelis, quæ imponebant Ægyptij, realem.* Sed qvis conceptus *visitationis abstractæ?* Resp. *Decretum instantis & actualis executionis: vel promissæ fœderalis gratiæ*, vel *dilatæ* ex μακροθυμίᾳ *Dei* ארך אפים *horribilis pœnæ:* sic qvando decernit in instanti, complementum promissi Isaaci Gen. 18. dicitur visitare Saram Gen. 21, 1. qvando *complementum promissæ liberationis ex Babel* post LXX. annos, dicitur *visitare Israelem* passim in Jeremia: qvando jam jam exeqvitur *pactam Abrahamo promissionem liberationis ex Ægypto*, dicitur *visitando visitare*, hoc loco: sic qvando *decernit liberationem*, seu λύτρωσιν *populo suo, ex infernali tenebrarum regno*, intonat Sacharias suum ἐπισκέψαθο: idq; statim explicat per: ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ *Luc.* 1.

Concl. 2. In omni qvidem visitatione est זכירה seu recordatio, & הבטה s. intuitio: at formaliter *visitatio* nec est recordatio, nec intuitio: sed utraq; hæc in illa supponitur. Non e. satisfacit ut interpres, Targumista suo מדכר דכירנא id est, *ego recordando recordor*, qvam seqvitur Calvinus reddens: *recordando recordatus sum vestri & quid vobis factum fuerit in Ægypto.* Nec Vulgatus reddens: *visitans visitavi vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto*, qvem

hîc planè expreſſit Lutherus noſter: **Ich habe euch heimgeſuchet/ und geſehen/ was euch in Egypten widerfahren iſt.** At illud *& vidi*, hîc non eſt in fontibus: ſed ſupponitur in cognitione cauſæ, *ante decretum, viſitationis in inſtanti*, unde Spiritus S. ante hoc, viſitando viſitavi, ſupponit jam *intuitionem afflictionis, auditionem clamoris, cognitionem doloris* Iſraelitarum, qvam ſeqvitur *viſitatio, & hanc proximè* DESCENSUS.

Concl. 3. *Viſitatio perſonalis* in illuſtriſſimo exemplo deſcribitur in Sachariæ Cantico, ubi 1. promiſſio ζωτηρίας ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, qvam ἐλάλησε διὰ στόματος πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ. 2. *recordatio pacti ſeu Teſtamenti jurati.* 3. ejusdem *in inſtanti proximo executio & complementum* per ποίησιν λυτρώσεως: atq; adeò hîc perfectiſſimè deſcribitur *viſitatio gratiæ*, in epiphaniâ orientis ex alto per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Confer ulterius de viſitatione perſonali, poſitum Gen. 21, 1. c. 50, 24. Exod. 4, 31. c. 13, 19. Ruth. 1, 6. 1. Sam. 2, 21. Sach. 10, 3. 1. Sam. 20. 6. Pſ. 59, 6. Pſal. 80, 15. & 106, 4. Jerem. 15, 15. Eſa. 23, 17. De reali formalitèr Thren, 4, 22. 1. Sam. 15, 2. Pſ. 89, 33. Eſa. 13, 11. Exod. 10, 5. cap. 34, 7. 8. Num. 14, 18. Deut. 5, 9. Eſa 26, 21. Lev. 18, 28. Hoſ. 9, 9. & patebit qvomodo *viſitatio perſonalis* ſit *gratiæ*: realis ſeu criminalis, ſit culpæ & iræ in naturali & ſimplici verbi cum objecto, vel ſine, vel cum explicito accuſativi ſigno: alitèr enim ſe habet conſtructio intercedente partic. עַל conf. Jer. 44, 5. 9. & 13. & paſſim: item intercedente אֶל ut Jerem. 50, 18. & addatur: HOMO *Deum*, & *Deus hominem viſitat in afflictionibus*: *homo* ex inferno afflictionum, *clamando, ſupplicando*: *Deus* ex ſummo celo, exaudiendo, & tùm reſp. clamantium, liberationem ſeu ζωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν: tùm reſpectu illorum, qvi affligunt, horribilem pœnam, utramq; in inſtanti exſeqvendam decernendo. Conf. Eſa. 26, 16. & ſuper ora.

LOCUS II.

Exod. 3, 18.

Der HERR/ der Ebreer GOtt/ hat uns geruffen. So laß uns nun gehen drey Tagreyſe in die Wüſten/ daß wir opfern dem HERRN unſern Gott.

Concl.

Concl. 1. Summa *primæ orationis Angeli Mediatoris*, ejusdemqve DEI ABRAHAM, ISAAC & JACOB 5. absolvitur verbis: *Vidi, audivi, cognovi, descendi*, & proinde *mitto te Oratorem ad Pharaonem, & Israelis liberatorem*, ad v. 11. ad qvam majestaticam legationis impositionem, cum indignitatis suæ oppositione institisset Moses, in oratione ANGELI MEDIATORIS secundâ, signum datur, in præsens, EHIEH tecum: *in futurum*, עבורת אלהים על ההר הזה v. 22. hîc cum *firmamentum suæ legationis ad Israelem & Pharaonem*, divinum *Nomen* Mosche posceret v. 13. occasio datur Orationi tertiæ, qvæ ex professo agit de nomine, memorali summi Dei in seculum, & generationes generationum: idq; tùm sub notione *nominantis seipsum Dei*, tùm sub formâ nominali DEI à generationibus generationum denominandi, v. 14. 15. unde expresso jam nomine specialitèr Deus Mosen instruit ut Oratorem 1. apud SENATUM Israelitarum v. 16. 17. 2. ut Oratorem, in præsentiâ SENATUS Israelis, *apud Pharaonem* v. 11. sed &, ne totiens frustra habitus Moses, labasceret, addit DEUS *præscientiam eventus futuri* v. 19. 20. ne Israel *sine pretio* exiret, *imperat Deus spolium Ægypti* v. 21. 22. qvæ brevis est Ἀποδοχὴ Orationis ANGELI IHOVAH cap. 3.

Concl. 2. Qværitur 1. An illud ושמעו לקולך stet hypotheticè: an categoricè (resp. eventus) propheticè, ac absolutè? Resp. Affirm. 2. ratio est evidentissima accentus membrum distinguentis interpositio, & Mosis confirmatio, qvi certus esse debuit fide divinâ de Israelis *obedientiâ*: qvippe qvâ supposità demum debuit *stare coram Pharaone*, cum illâ ipsâ suæ gentis πρεσβυσίᾳ: uti ergò malè membrum hoc cum versu præcedenti à Vulgato confunditur: ita malè redditur sub formali conditionis resp. actus seqventis, **Dafern sie deine Stimm hören/ so soltu mit den Elteſten in Jſrael hinein gehen zu dem Könige/** contra & actus obedientiæ Πρεσβύας Ισραὴλ, & actus ingressus ad Pharaonem absolutè prædicitur, & hic imperatur: illo tamen ante hunc *supposito*, qvo sensu intelligenda versio Lutheri: sc. **Sie werden deiner Stimm hören / und wenn ſie deiner Stimme hören / ſo ſolt du mit den Elteſten in Jſrael /** &c. Addimus: verba hæc *non stant in seqvela Mosis repræsentativè Oratoris*

(uti antecedentia) *sub signo illius* אמרת עליהם לאמר v. 16. sed in *Oratione absolutâ* ANGELI MEDIATORIS eventum orationis Mosis ad Γερουσίαν Israelis prædicentis, & cum *instructione ad Pharaonem copulantis.*

Concl. 3. Qværitur 2. *Quæ ratio* ׳ *in voce* יבאת? Resp. 1. *supponimus omne* ׳, *uti &* ׳, *item Geresch carere anteambulonibus Distinctivis*, uti ׳ ׳ ׳ *omnibus & distinctivis & ministris:* unde hi 3. semper tronum habent in unâ & primâ voce: illi admittunt aliqvando liberalitèr antecedentes *ministros.* 2 ׳ & ׳ sunt immediatè inconsistibiles: unde 3. qvoties in seqvela territorii occurrit *Geresch* cum antecedentiâ *Tlischaktanna*, toties, si occurrat vox distinguenda, ׳ excludit illum, qvi alias stare debebat ׳: sublato autem ׳ redit ׳. Qvod regulare in viâ Geresch ad Rb a (sed & ad Pasta: item ׳ item ׳) qvi positus est hoc loco *evidentissimus* scil. ובאת אתה וזקני ישראל אל־מלך מצרים: hinc 3. Geresch ante ׳ *major* est in *potestate distinctivâ* qvam ׳: si seqvitur, *minor*: ibi tantum distinguit, qvantum ׳ & ׳ tantum qvantum ׳: hîc distinguit *proportione Distinctivi minoris*, in relatione territorialis seqventis. Patet ex hâc collatione & applicatione *vis & infallibilitas hujus accentuationis.*

Concl. 3. Qværitur 3. *Qvæ ratio positi nominis* אלהי העבריים? Resp. qvâ scriptionem notatur geminum י qvorum unum est יוד היחס seu י *gentile*, terminativum *singularis:* alterum סימן לשון רבים seu signum numeri pluralis: licet non nisi hoc loco reperiatur מלא דמלא seu plenũ cum utroq; י scriptum: unde rectè Masora notavit ל׳ מל׳ בב׳ יודין. 2. Primus qvi splendido & glorioso Hebræi nomine in scripturis salutatur post caput Eberum, Abraham est: Gen. 14, 13. secundus Joseph Gen. 39, 14. & 17. c. 41, 12. tertius Jonas cap. 1, 9. præter hoc illustre *trifolium Hebræorum*, indefinitè ferè ponitur in Legibus pro individuo vago *gentis Hebrææ*, Exod. 27, 2. Deut. 15, 12. Jer. 34, 9. & 14. inde in plurali *gentem* ipsam ab Eber descendentem notat, qvæ Judæorum postea & Israelis nomine venit: at in Ægypto & ipsis Ægyptiis Hebræorum nomine: conf. Gen. 40, 15. cap. 43, 32. Exod. 2, 6. & 13. sed & post Exodum

â Phi-

à Philiſtæis, aliisq́; populis hoc nomine gens Judæorum diſcreta fuit & nominata conf. 1.Sam.4,6. c.13,3. c.14,11. c.29,3. adusq́; *Davidem regnantem*, ubi jam IHUDAH & ISRAELIS triumphavit nomen. *3. Deus Hebræorum*, ſub hoc formali, non tam fuit uſurpatum *nomen Dei, in Iſraelis Eccleſia*, ubi hoc ſuppoſito, ſpecialiora erant nomina IHOVAH DEI, Abraham, Iſaac, Jacob, &c. qvam in Pharaonis aulâ, unde hoc nomen nullibi ſummo Deo tribuitur, niſi in *Oratione Moſis coram Pharaone*, de dimittendo *Iſraele*, idq́; ut diſcretivum *veri Dei à Deaſtris*, & populi Dei, ſeu *Eccleſiæ*, à colluvie mundi ſeu Idololatrarum Synagogæ, planè ſi hodie idem verus & ſummus Deus apud Turcorum Tyrannum CHRISTIANORUM DEUS diceretur: qvam autem vile hoc nomen, DEI EBREORUM viliſſimorum in Ægypto capitum, fuit Pharaonis aulæ: tantùm in illo Iſraeli fuit *excellentiæ*, qvam ſentire coactus eſt ipſe Tyrannus in non ſiccâ rubri maris morte. 4. Triplex autem eſt poſitus hujus nominis יהוה אלהי העברים Exod. cap. 7. verſ. 16. 2. אלהי העברים Exod. 5, 3. 3. יהוה אלהי העבריים hoc loco: neq́; ratione caret in omni poſitu præfixus ſpecificationis articulus: ſed hanc habet potentiſſimam emphaſin: *Tu, Pharao, viliſſimos mortalium æſtimas Hebræos, eosq́; ut celo, & terris inviſam gentem indigniſſimis exerces moleſtiis: at ſcito, hi ipſi Hebræi, qvos ut* πεικαθάρματα *&* πειψήματα *æſtimas, & infra abjectiſſimos mortalium ſervos, DEUM habent, & qvidem illum Deum, qvi eſt IHOVAH, & qvi tibi, qvantus etiam tibi, tuisq́; ſis, & præcepto, & ſi non Imperium agnoſces, horribili ſupplicio imperare poteſt. Et hic ipſe IHOVAH Deus illorum, qvos ut indigniſſimè & abjectiſſimè habes, Hebræorũ, imperat tibi: Dimitte populum meum*, &c. 5. Sicut Gereſch diſtinguit nomen IHOVAH à nomine Dei Abraham, Iſaac, & Jacob, c. 3. v. 15. ita idem Geres idem nomen glorioſum à nomine DEI HEBREORUM hoc loco: ibi in viâ ad Rbia: hîc ad paſta ſubordinatum territoriali Sakephkaton: qvod paſta parvum eſt in reſpectu antecedentis abſolutè diſtinguentis: ſemper enim paſta primum plus diſtinguit, qvam ſecundum ejusdem magni territorii: illud hic diſtinguir *Orationis ſignum*: ואמרתם אליו hoc, *propoſitionis in oratione ſubjectum*, ſeu IHOVAH DEUM Hebræorum.

Concl. 5. Qværitur 4. An verbum נקרה hic ſtet in ſignificatione vocandi, uti reddidit Vulgatus: *DOMINUS Deus Hebræorum vocavit nos*, & poſt hunc Lutherus: & paulò alitèr Chald. qvi expreſſit per: אלהי דיהוראי אתקרי עלנא id eſt, DEUS JUDÆORUM (ita Hebræorum nomen reddit) vocatus, vel invocatus eſt in nobis: an in ſenſu *obviam fieri, occurrendi?* Reſp. 1. hoc loco eſt נקרה per ה: at c. 5. v. 3. eſt נקרא per א utrobiq; tamen eadem conſtructio intercedente particulâ על. 2. Significatio obveniendi, occurrendi, ſupponitur in ſignif. *vocandi, ut generalior.* 2. Qvi clamat, occurrit illi qvem acclamat, voce, ſeu clamore: atq; adeò talis acclamatio ſeu appellatio, eſt qvædam obviatio ſeu obventio, vel occurſio clamantis. 4. Deus Hebræis obviam factus eſt voce illâ ſeu φωνῇ κυρίᾳ ex rubo, qvam in Legatione Senatui Iſraelis prædicaverat Moſes, atq; adeò voce & prædicatione: ſicut ergò v. 16. in concione ad Γερασίαν Iſraelis Moſes dicit: IHOVAH נראה אלי ſtatimq; addit illud ראמר: ita hîc IHOVAH DEUS HEBRÆORVM obviam factus diceretur: qvando? *vocando, & prædicando Iſraeli.* 5. vel: obviam factus eſt nobis, ſimpliciter, idem qvod apparuit, qvomodo infra Chald. expreſſit per אתגלי עלנא *revelatus eſt nobis:* occurſu inopinato & ὡς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφάνη. 5. Rectè tamen ita redditur, ut & vocationis per prædicationem liberationis, & exctllentia ſimul exprimatur ac *nomen Iſraelis*, ut ſit hic nexus: *Nos ſumus ſingulariſſimè & ſpecialiſſimè populus viventis Dei*, ſeu *populus* יהוה: hic יהוה ſpecialiſſimè nos in populum aſſumſit, nos ab eo vocati, ab eo denominati, ejusdemq; cultui obligati, & nunc denuo ſingularitèr appellati ſumus. Cujus etgò Dei *populus ſumus*, ei aliqvando cultum ſacrificiorum in deſerto poſtulanti parendum eſt, & proinde ibimus itinere tridui in deſertum illud & ſacrificabimus IHOVAH Deo noſtro &c. conf. *poſitus* קרא *paſſivi* interced. partic. על.

Concl. 6. Qværitur 5. Qvæ ratio improportionatæ membrorum qvantitatis? Reſp. 1. qvot membra: tot actus duo ſc. atq; adeò intenſivè tantum definit Atnach: qvantum in ſuo membro Sylluk, 2. actus membri 2. plura habet *ſyncategorematica*, atq; adeò

deò est amplior integraliter & extensivè. E. & membrum. Non potuit ergò alihi poni: qvam voce secundâ. Qværit. 6. *Qvomodo Moses & Senatus Israelis jubeantur dicere coram Pharaone, cum solus Moses Orator fuerit?* Resp. Moses fuisset Orator principalis, λόγῳ καὶ ἔργῳ; Senatus Israelis, & comprobatione, & suffragio, atq; adeò omnes illi loqvebantur per os Mosis, velut, ἄρχοντος καὶ λυτρωτὴς: *unde est numerus in oratione pluralis*, neq; enim suo: sed omnium nomine locutus fuisset Moses. Licet autem nullibi postea legatur, Mosen stipante Senatu Israelis ad Pharaonem ingressum, Aarone, ut expeditioris linguæ, adjuncto Oratore, & Mose miraculis λόγου confirmante, vix tamen dubium, qvin in honorario Seniorum Israelis comitatu, & qvadam tutiori custodiâ ingressi fuerint Moses & Aaron, maximè, cum Senatui Israelis obscurum esse non potuerit, ex computatione 400. annorum Gen. 15. instare jam liberationem ex Ægypto, & illud Patriarcharum solitum: פקוד יפקוד Gen. 49. & 50. jam adimplendum per illud פקוד פקדתי c. 3, 16.

Concl. 7. Qvær. 7. *An in actus sacrificij in deserto, tridui itineris intervallo ab Ægypto, fuerit prætextus & simulatio, cum reticentiâ veræ causæ itineris, qvæ erat perfecta Israelis ex Ægypto liberatio, & in terram Canaan introductio.* Resp. 1. *actus sacrificij* in monte Sinai jam ante *signum datum* erat *futuræ Exodi* c. 3, 12. & post *Exodum* habuit illustre complementum c. 10. & 24. Non ergò hic *inanis fuit prætextus*, vel *simulatio*, vel ulla *Sophistica seu fallacia*: sed *Deus postulavit à Pharaone commeatum totius Israelis ad iter tridui, causâ sacrificandi, & suum populum popposcit ex jure, debitum sibi cultum, & religionem, quæ est supra purpuratorum terrestrium interdicta*. Inst. *At in intentione Mosis & Senatus Israelis jam tùm ex revelatione id fuit, qvod Pharao subesse non falsus suspicabatur*, cap. 10, 8. 9. 10. Sehet da/ ob ihr nicht böses für habt. Resp. 1. Sufficit & causam subfuisse cultus & sacrificii: atq; adeò nihil hic simulatum, nec Deus obligatus fuit ad omne consilium patefaciendum Tyranno, & detentori iniqvissimo, licet ex præscriptione longissimi temporis in foro terrestri satis tuto Domino. Dominium Pharaonis in Israelitas non debebat fraudare postulatum cultus divini æqvissimum, & tùm verbo

& tùm

tùm miraculis edoctus Pharo ignorare non debuit, hanc legationem, & profectionem imperatam esse à Deo exacto ab eodem extra Ægypti fines sacrificio: satis ergò à calumnia simulationis tutus Mosche ac Senatus Israel, & inexcusabilis Pharao: neq; sapientissima & justa voluntatis divinæ cum Israele, apud Pharaonem revelatio, est simulatio: qvin denegato tridui itinere ad sacrificandum, magis induratio innotescit Pharaonis: qvam postulato totali commeatu totius Israelis: licet autem idem qvod erat in consilio Dei & intentione Mosis metueret Pharao, ille tamen metus & diffidentia oriebatur ex tyrannide, & conscientia dominationis iniqvissimæ. 3. Sciebat Deus neutrum permissurum Pharaonem, atq; adeò liberum Deo fuerit id postulare, qvod levius. 4. Israel erat primogenitus summi Dei ab eodem Deo vocatus specialissimè: debuit ergò Pharao hunc Deo postulanti absolutè cedere.

LOCUS III.

Exod. 3, 19.

Ich weiß/ daß euch der König in Egypten nicht wird ziehen lassen/ ohn allein durch eine starcke Hand.

Concl. 1. Apprimè notetur illud ואני ידעתי emphaticè Sakephkatonatum, per qvod & postulatum superius *de migrando causâ sacrificij*, & *judicium Dei in indurando Pharaone* liberatur à calumnia. Qvi enim omnia immobiliter cognoscens sciebat rerum liberos & contingentes eventus, sive postularetur *saltem migratio ad sacrificium*, sine ad *totalem Exodum* liberè alterum postulare, vel sine simulatione Tyrannum poterat celare: sic qvi indurat, οὐ προγνωστικῶς, non indurat *absolutâ & arcanâ voluntate antecedente: decreto absq; finalis resistentiæ suppositione fabricato, & beneplacito ratione etiam mediorum:* sed saltem voluntate consequente, ubi reprobatio & induratio actus sunt incommunicabiles tremendi judicii divini, atq; adeò per hoc ידעתי jam supponitur Pharao induratus à seipso & Diabolo, & planè σκεῦος κατηρτισμένον εἰς ἀπώλειαν.

Concl. 2. Objectum illius ידיעת ה' est *resistentia Pharaonis indurati*, ex qvâ non *dimissurus erat Israelitas ad abeundum*. Qvid autem

autem illud לא יתן? an idem qvod לא יניח? Affirm. planè & Gen. 20, 6. על כן לא נתתיך לנגוע אליה propterea *non misi te*, (vel; non tradidi te,) ad attingendum illam. Neq; malè per לא יתן רשות explicat Rabbinus: uno verbo: Non permissio, seu, non datio, est cohibitio intenti: datio seu traditio, est non cohibitio, & sic Deus παραδίδωσι εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ut vindex vincibilium per gratiam culparum. Hoc loco לא יתן idem qvod לא ישבוק.

Coucl. 3. Sed qvid illud ולא ביד חזקה. An illud ולא per *nisi*, vel: *ohn allein*? placuit hoc Luthero, Calvino: sed & Vulgato, imò & Græco: ἐὰν μὴ μετὰ χειρὸς κραταιᾶς, neq; videntur deesse rationes, 1. contextus proximè ponens remedium vers. 20. 2. futura ex alterius interpretationis hypothesi contradictio: proximè enim sequitur: Post illa (mirabilia sc. mea) dimittet vos. 3. eventus hujus specificatio. 4. acceptio ולא pro nisi. 5. contra illud: אני ירעתי seu *præcognitam Tyranni* ἀκαμπῆ *resistentiam opus erat firmamento & ad constantiam argumento*, ut certi & securi felicis exitus, firmi starent contra indurati Pharaonis resistentiam, qvod erat futura Israelitarum per manum validam eductio.

Concl. 4. Cœterum non ita res est expedita: etenim obstat acceptio illius particulæ Grammatica: ולא pro *nisi*, seu pro אם לא familiare Hebræis supponit Calvinus: at non malè idem negat Drusius: atqve adeò simpliciter juxta literam sonat: ne qvidem *manu validâ*. Instant. sequitur in v. 20. אחרי כן ישלח אתכם *post hæc dimittet vos*. Resp. aliud est illud נתן הלוך: aliud שלח: nec qvi *superiori robore & brachio coactus* dimittit seu שלח: dici statim potest נתן רשות להלוך: sic aliud est, *educere Israelem ex Ægypto manu forti*: aliud *licentiam ei facere abeundi*, aliud *nolentem volentem, invitum & coactum potentiori brachio dimittere populum*. Deus manu validâ seu χειρὶ ἀγγέλῳ, eduxit Israelem: Pharao, post ultimam plagam dimisit qvidem, imò extrusit: conf. Exod. 6, 1. & cap. 11, 1. terrore validæ illius manus, populum: sed extra illud instans *invitus, coactus*, sine *plenariâ abeundi licentiâ*, unde coacto exercitu insecutus est eos ad usq; rubrum mare, ubi periit non siccâ morte Tyrannus: porrò חזקה יד seu *manus illa valida*, non dicit formaliter

litèr plagas ipsas: sed tremendam summi Dei potentiam, cujus actus exercitus contra Ægyptios, fuit in decem illis plagis, qvibus gentem illam afflixit ob duritiem Pharaonis · atq; adeò manus valida hîc est majestatica Dei potentia in exercitio Ægypti & maris rubri, ubi *vidit Israel manum validam, qvam ostenderat Dominus in Ægypto*, &c. conf. Exod. 14, 30. 31. & hic ἐποίησε κρατὸς ἐν βραχίονι αὐτοῦ. ne qvis manum validam ad unam primogenitorum plagam restringat: atq; hoc ipsum summum indurationis signum, qvod cum manum validam in tot plagarum exercitio sentiret, usq; adeò ut & dimitteret, & extruderet Israelem, non tamen manum illam validam seriâ pœnitentiâ agnosceret, & qvem extrudebat terrore manus validæ in exercitio ultimæ plagæ, sponte Deo tedderet Israelem Dei primogenitum: sed supremum Spiritum in intentione rebellionis, & Israelis, contra imperantem Deum & avocantem, detentionis, emitteret, hoc ipso prodens finalitèr induratum, & αὐτοκατάκριτον.

LOCUS IV.

VATABLI INTERPRETATIO.

Concl. 5. Sed paulò alitèr explicat Vatablus: reddens: ego novi qvod non permittet vos Rex Mizraim ut *pergatis, nisi* in manu forti. Atq; adeò manum fortem Vatablus ponit in maris rubri miraculo & funere Pharaonis, supposuit sc. permissionem migrandi Israelis per manum fortem: & adeò cum permissio in exodo fuerit interrupta expeditione Pharaonis, in Israelem revocandum, bellicâ, dandam talem permissionem, qvæ non fuerit retractata, qvæ permissio fuit perrectionis, atq; adeò manus valida (confer Deut. 3, 24. cap. 7, 19. c. 11, 2. c. 34, 12. 1. Reg. 8, 42. 2. Chron. 6, 32. Neh. 1, 20. Jerem. 21, 5. c. 32, 21. Ezech. 20, 33. 34. Dan. 9, 15. & patebit scrutinium Mosis qvà emphaticas locutiones ætatis-post Mosaicæ) in miraculo rubri maris. At Pharao mortuus nec permisit, nec pergere Israelitas cohibuit: atq; adeò & sic illud ולא ne qvidem reddi potest: cœterum non desunt, qvi illud ולא ביד חזקה explicant negativè *de manu forti Israelitarum:* vos non exibitis manu forti, seu armatà: sed Deo vos ducente: nec alii, qvi *de manu forti*

ihr

Ægyptiorum: Der König in Egypten wird nicht gutwillig zugeben/ daß ihr außziehet/ und daß er euch solches nicht zugeben wil/ ist wegen seiner starcken Hand/ oder Kriegesmacht. Qvomodo Chald. ולא מן קדם & Aben-Esra: ולא בעבור יד חזקה שיש לו paulò alitèr R. Hagg. expl. per בפעם אחת תמכורת. Cœterũ utraq; hæc glossa absurdissima est, ut patet ex applicatione hujus ad locum Exod. 6, 1. & semper manus valida in Israelitarum liberatione exercita, est solius summi Dei majestatica potentia, conf. Exod. 6, 1. c. 13, 9. c. 32, 11. Num. 20, 20. Deut. 4, 34. c. 5, 15. c. 6, 21. & passim.

LOCUS V.

Denn Ich werde meine Hand außstrecken/ und Egypten schlagen/ mit allerley Wunder die Ich darinnen thun werde/ darnach wird er euch ziehen lassen.

Concl. 1. Manui seu potentiæ Pharaonis opponitur manus seu potentia superior summi Dei, & manui contractæ manus extensa, qvæ extendi dicitur cum est in illustri & conspicuo vel opitulandi vel puniendi, vel miracula edendi exercitio: sic porrò, manus Pharaonis dicit לא שלחשיישראר non emissurus sum Israelem: Manus seu majestas & potentia Dei dicit. E. ego שלחתי seu *emissurus, & extensurus sum manum meam super Pharaonem, & percutiam Ægyptum omnibus mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio ejus, & postea* (licet animo *perseverantèr indurato & refractario,* solo plagarum terribilium timore) *dimittet vos.*

Concl. 2. Qvæstio illustris hîc est de nexu? vers. 20. & 21. Resp. 1. ex Interpretatione Lutheri, Calvini &c. & suppositâ in resolutione versus præcedentis tali conclusione: *Manu validâ vos dimittet Pharao: non extra:* ו illud est *exegeticum & causale:* sc. Super qvem extensurus sum potentem meam manum, percussurus eundem stupendis & plurimis prodigiis, is tandem hâc manu valida coactus vos dimittet. At *super Pharaonem* &c. & extra resolutionem, si enunciatio v. præced. stat in simplici, qvæ negativa est, formâ illud conclusivum & συλλογιστικὸν, & illatio talis: *Qvi non dimittit Israelem nisi per manum validam, super illum manus est exten-*

denda. At Pharao non &c. *E. super Pharaonem extendenda erit manus mea*, seu δύναμις majestatica, & κράτος βραχίωνος.

Concl. 3 At ex hypothesi enunciationis in v. præced. negativæ: talis est illatio: *Pharao ne qvidem per manum validam consentiet in vestrum discessum, nec emollescet cor durũ: sed* כל שכן *hoc non obstante dimittet vos coactus tremendis meis in totam Ægyptum judicijs & plagis terribilibus*, atq; hâc ratione illud ו habet se resp. *intenti Pharaonis & Dei*, relativè seu oppositivè & adversativè: Intentum Pharaonis in præscientiâ Dei est: nullo modo Israeli dare licentiam migrandi: opponitur huic intentum Dei: ego multiplicatis tremendis in Ægypto prodigiis faciam ut dimittat, imò extrudat nolens volens.

LOCUS VI.

SPOLIUM ÆGYPTI. Exod. 3. v. 21. & 22.

Ich wil diesem Volck Gnad geben für den Egyptiern/ daß ihr nicht leer außziehet: Sondern ihr sollt silbern und gülden Gefäß/ auch Kleider/ den Egyptern entwenden.

Concl. 1. Qvæstio nobilis est: *An Israelitæ spoliando Ægyptios furtum commiserint, & an hæc ditandi ratio consentanea sit justitiæ divinæ?* Rejicimus 1. qvi *furtum* hîc agnoscunt: sed *non dijudicandum:* qvia Dei mandatum, uti & illos, qvi *extra mandatum divinum si fuisset, & si vel clam, vel violentiâ publicâ surripuissent Israelitæ Ægyptijs bona*, nihil hîc culpabile agnoscunt. Rejicimus 2. qvi Ægyptios sine postulatione Israelitarum, obtulisse aurum, argentum, vestes pretiosas asserunt: contra expressè tùm in præcepto Exod. cap. 3, 22. & c. 11, 2. Israelitæ utriusq; sexus jubentur: tùm in complemento Exod. 12, 35. dicuntur *petivisse ab Ægyptijs vasa auri & argenti* &c. Rejicimus 3. qvi donationem hîc agnoscunt, resp. ipsorum Ægyptiorum petentibus donantium, ita ut ex intentione Ægyptiorum proprietas translata sit in donatarios Israelitas. Contrar. illud חן vers. 21. 2. שאלה vers. 22. 3. נצלתם ibid. interim donationem resp. summi Dei, cujus unicè est mutatio dominiorum, non negamus.

Concl. 2. His suppositis negamus 1. affirm. 2. Objic. 1. *Justitia*

stitia tuetur jus suum cuiq; damnat furta, fraudes, rapinas. Resp. Et hîc Justitia divina sine fraude, rapinis, furto jus suum tribuit Israelitis. Objic. 2. *Prætextus fuit mutui ad honorandum solemnitatem* sacrificii. Resp. *posito mutuo*, potuit id *ex post facto*, intercedente *assignatione juris*, transire in proprietatem possidentis, & unde id probatur? Objic. 3. *Ægyptij potuerunt in Israelitas agere actione furti.* Resp. egissent, vel ut libera gens cum gente, & sic non magis tenerentur tali actione, qvam hodie libera natio vel status repressalium vel retentionis (supponitur enim hîc jam possessio apud Israelitas) juribus uteretur, in statum vel regnum aliud. 2. egissent Ægyptii, in foro divino: at hic jam pronunciatum pro Israele: ζὼτις ἐ ὁαντοκελεύσεν πῶ θεῶ, atq; adeò cecidissent causâ. Inst. commodatarius rem ad certum usum commodatam surripiens, furatur. Resp. N. si vel summi proprietarii vel judicis autoritate assignetur possidenti. Inst. Datur tamen *spolium.* Resp. Hoc, qvatenus signatur verbo נצלתם non *formalitèr dicit furtum:* nec tale est *spolium:* aliàs fures essent בני מלחמה מחלקי שלר. Inst. contrectarunt *rem alienam, 2. invito Domino, 3. animo lucrandi.* Resp. 1. nihil horum in *primo actu postulati.* Deus enim mandatum dedit: Israelita animo obseqvendi Deo & mercedem accipiendi petiit: Ægyptius petenti, sponte dedit. 2. in possessione Israelitarum *non fuit alienum:* sed proprium tàm materialitèr: qvam formalitèr: porrò ubi est *meum*, ibi non *agnosco invitum Dominum*, & porrò, nemo lucratur id qvod est suum. Adde: implicat Deum mandasse, qvod est verè & propriè culpabile. Igitur jus facti ex mandato: non hoc ex illo judicandum: Sic immolatio Isaaci ex hypothesi, non fuisset parricidium: sed executio mandati divini in innocentē qvidem resp. nostri: at non resp. Dei: cujus omne factum est inculpabile: Alle seine Wercke sind Warheit und Recht. Qvis hîc expostulabit?

LOCUS VII.

ROBORATUR THESIS.

Concl. 1. Pro thesi roborandâ paucula addimus *1. In possessionibus resp. Dei nihil est meum, vel tuum: sed Domini est terra & plenitudo ejus, velut unici & œconomici proprietarii: liberè e. potest transferre*

ferre dominium utile cum proprietate resp. nostri. Israelitæ non rapuerunt alienum: sed acceperunt mercedem, seu debitum, & compensationem exactionum, pensionum, tributorum, servitutum per tot annos imperatarum, idq; actu judicis: sc. injustissimum fuisset 90. annorum servos, omnibus servitutibus iniqvissimè vexatos, exire ריקם *s. vacuos sine compensatione.* 3. Deus gratiam dedit tùm Israelitis *passivè:* tùm Ægyptiis *activè:* Deus item ex jure ἀντεφοχῆς & summæ proprietatis, uti & Judicis, Israelitis assignavit acceptum. Non autem justior est possidendi titulus, qvam ex donatione Dei. N. ergò in hoc facto peccatum, & culpabile nullum. Recteq; suos majores à furti actione liberat AbenEsra: יש מתאננים ואמרים כי אבותיבו גנבים היו ואלה הלא יראו כי מצוה אלוני היתה וגו id est, *Sunt qvi arguunt, qvod Patres nostri fures fuerint: sed annon, hi vident, qvod expressum fuerit hujus rei mandatum divinum: nec opus est hic qværere qvare? qvia Deus uti omnia creavit: ita liberè dat opus cui vult, uni auferendo: alteri tribuendo: nec qvicqvam hîc est culpæ, qvia omne illud est DEI.* Ita Rabbinus ille, cui consona planè habet Calvinus.

LOCUS IIX.
RELIQVIÆ SPOLII ÆGYPTI.

Concl. 1. Qværitur 1. qvid intelligatur per גרת ביתה? Resp. per Hospitam reddidit Vulg. si passivâ intellexit, benè: jubentur sc. mulieres Israelitides postulare opes 1. à vicinis mulieribus Ægyptiis, 2. ab illis qvæ tum in Israelitarum: tùm Ægyptiarum illarum vicinarum domibus peregrinæ commorabantur mulieribus Ægyptiis מאוהה שהוא גרה אתה בבית qvomodo LXX. generalitèr: αἰτήσῃ παρὰ γείτονος καὶ ξυσκήνου, seu cohabitatrice: Chaldæus autem per קריבת ביתה reddidit. Qværitur 2. An solæ mulieres jussæ sumere spolium Ægypti? Resp. etiam Viri ex præcepto Exod. 11, 2. memorat autem hîc tantum mulieres, qvia mutuum poscere ut plurimum est מנהג הנשים. Qværitur 3. An rectè verbum ושמתם per: *& ornabitis?* Resp. Neg. notatur congeries auri, argenti, vestium atq; adeò abundans spolium Ægypti. Qvær. 4. Qvæ etymologia in נצלתם? Resp. 1. Nunc est radicale, &

Dages

Dages non ex radicalis elisione: sed conjugatione: atq; adeò non est Niphal: sed Pihel: non passivum: sed activũ: ut למדתם דברתם כפרתם &c. Qvær. 5. qvæ significatio? Resp. talis, sub qvâ sæpissimè Deo competit, licet ut plur. in Hiphil. qvi & מציל dicitur simili applicatione Gen. 31. atq; adeò Deus hic fuit מציל seu eripiens opes Ægypti per Israelitas מנצלים, ab Ægptiis מנצלים seu evacuatis, nihil hîc contra σεμνὸν. Chald. per תרוקנון i. e. evacuabitis LXX. per συσκευάσατε de qvo Schol. ἄλλος φησὶ συνεπάγετε αὐτοῖς τὴν ἐν τοῖς σκεύεσιν αὐτῶν δύναμιν: at in lib. vet. edit. σκυλεύσατε τοὺς Αἰγυπτίους: res eadem, sive reddatur σκευάσατε sive συσκευάσατε, sive σκυλεύσατε, sive συλεύσατε: qvin teste Theodoreto qvæst. 23. in Exodum: τὸ σκευάσασθαι Symmachus ἡρμήνευσε συλεῦσαι. & proxime conveniunt συλεύω σκυλεύω.

LOCUS IX.

ALLEGORIA SPOLII ÆGYPTI ex Jure Canonico.

Conl. 1. Supersedere possemus his vanitatibus Allegoricis, nisi passim in vetustis Exemplaribus Vulgatæ editionis marginalis glossa allegaret ex Jure Canonico Dist. 37. c. legimus § sed contra: igitur, ut videat lector, qvid ponderis huic allegationi subsit, apponemus unum ridiculum dictum, de dictis melioribus. *Legimus de beato Hieronymo, qvod cum libros legeret Ciceronis ab Angelo est correptus, eò qvod Vir Christianus paganorum figmentis intenderet. Hinc etiã filius ille prodigus in Evangelio reprehenditur, qvi de siliqvis, qvas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat, ex qvibus colligitur, qvod non est ab ecclesiasticis secularium literarum qværenda peritia: sed contra legitur qvod præcepit Dominus filiis Israel, ut exspoliarent Ægyptios auro & argento moralitèr instruens, ut sive aurum sapientiæ, sive argentum eloqventiæ apud Poetas inveniremus, in usum salutiferæ eruditionis vertamus. Magi qvoq; tria munera obtulerunt Domino, in qvibus nonnulli tres partes Philosophiæ volunt intelligi.* Judicet Lector, an sit aurum, an siliqvæ ὧν ἤσθιον οἱ χοίροι in hac tropologia, & tamen hæc est illa canonistarum, spiritualis intelligentia.

LOC.

LOCUS X.

Resolutio cap. IV. ex uno Charactere ב.

Concl. 1. Non negligendus est in Scripturarum resolutione Character argumentorũ distinctivus, minusculus ב (seu aliqv. ב) designat enim terminum Orationis hactenus fluentis, & nunc stantis, atq; adeò mutationem argumenti. Sic caput hoc 4. primum ב habet ad v. 18. ibi ergò *terminus partis primæ*, qvæ tota occupatur in Mosis ad legationem illam continuatâ per c. 3. *instructione*, ulteriori contra *tres exceptiones*, qvarum 1. fuit *Israelitarum*, & simplici Mosis sermoni *non crediturorum*, v. 1. 2. *Mosis inepti Oratoris*, ex vitio naturali balbutiei, seu qvia esset *gravis ore & gravis linguâ*, v. 10. & 11. 3. *Simplicis deprecationis & detrectationis* v. 13. confirmatione per potentissima tùm *signa*, tùm *argumenta*. Porrò à v. 18. incipit *pars altera*, qvæ tota occupatur in Mosis ad legationem accinctione seu comparatione, (tùm ad socerum redeundo, veniam abeundi specie honestatis exorando v. 18. 19. tùm uxorem & familiam suam abducendo v. 20.) ampliori promissionis ac mandati explicatione, & eventus prædictione v. 21. 22. 23. impedimentorum legationis remotione v. 24. 25. 26. atq; hic terminus *partis* secundæ expressus est *character* ב. Inde ergo 3. pars capitis, qvæ ad finem usq; instituit *narrationem summariam præstitæ apud Israelitas vocationis*, atq; ita in ipsis fontibus evidens analysis est totius textus.

Concl. 2. Exceptioni primæ de non credituris Israelitis, opponuntur tria signa *1. Baculi in Serpentem.* (& contra) *2. Manus leprosa & subitò curata. 3. Aqva in sanguinem:* exceptioni secundæ seu inidonei Oratoris, opponitur potentia Dei cui facilè ex balbis etiam facundissimos oratores reddere: exceptioni tertiæ, ubi, per *Misericordias* DOMINI *deprecatur*, Moses illam Legati spartam, opponitur, destinatus in Legatione Collega, Ahron, Os Mosis v. 14. Cœterum de his proximè sigillatim agemus.

)ʃ(

DECADIS IIX.

LOCUS I.

Exod. 4. ad v. 10.

EXCEPTIO MOSIS 1. *&* *RESPONSIO per signa*;
1. מטה לנחש *seu BACULUS IN SERPENTEM*
(& contra) 2. יד מצורעת *seu* Manus leprosa,
3. מים לדם *seu* Aqva in sangvinem.

Concl. 1. Exceptioni Mosis primæ, qvam supra in capitis resolutione meminimus signis Deus respondet, qvorum instrumenta, 1. baculus, 2. manus, 3. aqva. Qværit ergò Deus מזה (qvod juxta Masoram est מה זה de qvo ק׳ alibi) seu *Masseh?* Respondet Moses מטה seu *Matteh* illustri צחות הלשון: porrò baculum hunc pastoritium jubetur Moses abjicere, qvi abjectus serpens grandis & draco horrendus (adeò ut ipsum Mosen in terrorem paritèr ac fugam daret conf. v. 3.) extitit: hunc terribilem Draconem jubetur Moses *caudâ apprehendere,* ubi rediit in *baculum*, pari miraculo. Qværitur 1. an verè hîc fuerit miraculum? Resp. Affir. & qvidem secundum substantiam facti. Instant. etiam Magi Ægyptii Mosis æmuli è baculis serpentes fecerunt. Resp. Modus efficiendi incognitus non statim effectum miraculo simile facit miraculum. Potuit Diabolus baculos Magorum ἐν τῇ μαγείᾳ insensibilitèr surripere, serpentes supponere, oculis, serpentum speciem objicere, vel è putrefactâ celerrimè baculorum materiâ, serpentes producere, sine miraculo, qvod solius Dei: adde: baculus Mosis (ex suppositione: qvia jam Draco) deglutivit baculos Magorũ Exod. 7, .11.12.13. Qværitur 2. qvid signaverit hoc miraculum? Resp. Mosen Draconem Draconis: & Pastorem Israelis: ibi serpens: hîc baculus signavit. Qværitur 3. Qvæ ratio constructionis ויחזק בו Exod. 4, 4. Resp. notat: Mit aller Macht angreiffen: vel, ut Hebræi

loqvuntur חזוק דבוק האחיזה, sic in mandato אחוז בו in complemento: Er griff den erschrecklichen Drachen mit Gewalt/ hielt ihn fest. &c.

Concl. 2. *Signum alterum:* Manus Mosis *momento elephantiasi* affecta: & *momento* curata v. 6. 7. Qværtur hîc: 1. Qvalis hæc fuerit elephantiasis? Resp. particularis, Ægyptiaca, eaq; gravissima & incurabilis proptèr flumina Nili, de qvo Lucret. l. 6.

Est Elephas morbus, qvi propter flumina Nili
Gignitur Ægypto in mediâ, neq; præterea usqvam.

Ex illâ qvi laborant propter universalem corruptionem atræ bilis planè ut exsangves expallescere dicuntur: conf. de hac specie elephantiaseos, caput 13. & 14. Levit. cœterum explicationem hujus signi Hebræi variam dant conf. AbenEsra in h. l. Porrò *signum tertium*, aqva Nili in terram fundenda & sanguine commutanda, v. 9. signabat judicii divini in Ægyptiis ostendendi fervorem: & ita his 3. signis respondit Deus exceptioni Mosis 1. ostendens, crediturum Israelem.

LOCUS II.

ABRABNIEL REFUTATUS.

Concl. 1. Obitèr &, uti idem Rab. loqvitur, אגב גררא notamus hic R. Abrabnielem, qvi probaturus templum tertium, *qvod futurum est, ut ædificetur in futuris diebus redemtionis, qvam expectamus* (verba sunt ejusdem) urget voces *Rischon vachron*, ex vers. 8. hujus capitis, & audactèr dat regulam: ראשרן ואחרון לא יאמר בשום צד על שנים בלבד אבל יאמר עליהם אחד ושני כיר/ וא/ לא יפול כיאם במנין שלש/ ומשם למע/ וכן בב אחד ולא כאשון: id est, *1. Rischon & Achron non dicuntur in numero duali: sed ad minimum ternario. 2. In numero duali usurpatur Echad & Scheni, ut in Bresith.* Resp. 1. Falsissima omnia: Echad, & Scheni in formâ ordinali admittunt seqvelam ordinalem: contra Rischon & Achron dicunt prioritatem & posterioritatem etiam in objecto duali, ut hoc loco. 2. Hoc loco tertium signum creditur, qvia expressè additur: at in Chaggæo non memoratur templum tertium: sed

sed secundum illud est Achron seu postremum. Inst: Achron in Exodo non impedit sequens tertium. Resp. 1. Achron non involvit respectum tertii: sed *postremi* inter שני האותות האלה quæ memorantur v. 9. 2. Reverâ fuit id *posterius* ex duobus signis *promissionum*, atq; adeò non saltem fuit, uti symb. reddidit: τὸ ἔσχατον: sed & τὸ ἔσχατος, uti rectè Aqvila. Umum illud qvod accessit fuit exeqvendorum indiciorum, & proinde diversum, nec tùm, cum imperabatur exhibitum. 3. Hîc expressè unum additur. Inst. *Etiam templum secundum inter Rischon & Achron interponitur*, in illo אחת מעט הוא. Respond. putidum id est mendacium, falsum & Grammaticè, & resp. positus biblicè, & resp. rei Theologicè.

LOCUS III.

Allegatio Vulgati marginalis ex Jure Canonico.

Concl. 1. Iterum Vulg. edit. glossam habet marginalem, qvâ Lectorem remittit ad Jus Canon. *de consecr. dist. 2. c. revera: item tit. de hæreticis c. cum ex injuncto.* Apponemus saltem verba, ut pateat qvorsum tendat allegatio. Rubrica est: probare *transsubstantionem*, seu uti expl. ibid. c. Ego Berengarius, *Corpus & sanguinem* CHRISTI *sensualitèr non solum sacramento: sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri*, &c. Objic. in C. reverâ mirabile, *aliud video* (panem sc.) *qvomodo tu mihi asseres, qvod* CHRISTI *corpus accipiam:* respondetur: *exemplis probamus non hoc esse, qvod natura formavit: sed qvod benedictio consecravit, qvâ ipsâ etiam natura mutatur. Virgâ tenebat Moses: projecit eam & facta est serpens: rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam convertitur. Vides igitur propheticâ gratiâ bis mutatam esse naturam & serpentis & virgæ.* Refutationem crassissimi dogmatis Lector hîc non expectabit: dedimus illam alibi: & an serpens *transsubstantiatus* habuit speciem, s. formam baculi? non fugisset Moses præ pedo pastorali: an opertus saltem sub formâ baculi Draco? an baculus fuit καινουσία serpentis, uti ὁ ἄρτος, Christi corporis, & τὸ ποτήριον, sangvinis. Sed transeant illa, qvæ ὑπερλίαν ἀλληγορούμενα, judicio Bellarmini non argumentativa: in nostris Ecclesiis du-

dum damnata tùm *transsubstantiatio:* tùm *consubstantiatio.* Altera allegatio ex tit. de hær. c. cum ex injuncto magis sobria videtur: Cum Doctorum ordo sit præcipuus in ecclesiâ non debet sibi qvisqvis indifferentèr prædicationis officium usurpare: qvod si qvis respondeat tales invisibiliter (qvod dignius est) mitti à Deo, rationabilitèr potest responderi, qvod interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiqvam nudè tantùm asserere, qvod ipse sit missus à Deo, cum hoc qvilibet hæreticus adseveret: sed oportet, ut astruat illam invisibilem missionem per miraculi operationem, vel scripturæ testimonium speciale. Inde cum Dominus vellet mittere Mosen in Ægyptum ad filios Israel, ut crederent ei, dedit illi signum sc. ut converteret virgam in colubrum &c. Cœterum sententiam hîc dicere, nunc nostri non est instituti.

LOCUS IV.

Exod. 4, 10.

EXCEPTIO MOSIS II.

Mose aber sprach zu dem HERRN: Ach mein HErr! ich bin je und je nicht wol beredt gewest/ sind der Zeit Du mit deinem Knechte geredet hast: denn ich habe eine schwere Sprach/ und eine schwere Zung.

Concl. 1. Argumentum in hac exceptione tale est: *Mittendus legatus ad potentissimum Tyrannum, in negotio ad miraculum usq; arduo, Excellentissimus & facundissimus debet esse Orator. At ego Mosche non sum disertus, facundus & Orator.* E. *Non ero Legatus idoneus ad Pharaonem.* Minorem probat, tùm specificativè, sc. se ineptum habendis orationibus dicens 1. indefinitè ab heri & nudius tertius, i. e. *semper, à pueritiâ,* 2. definitè *ex qvo audiverit loqventem Deum,* sc. solere Deum legatos suos divinâ qvadam ad stuporem usq; exornare facundiâ, at talem dicendi facultatem se nondum experiri, licet instructum jam ad legationem: tùm causalitèr memb. 2. qvia Moses *gravis ore, & gravis linguâ,* seu ex vitio balbutiei naturali gravi

gravi & inexplanatâ est lingvâ: qvæ resolutio est exceptionis seu excusationis Mosis 2.

Concl. 2. Qværitur hîc 1. qvæ ratio particulæ בי? Resp. particula illa gaudens nexu cum אדני appellativo, vel proprio, Hebræis dicitur esse לשון בעית ובקשה seu *humillimæ subjectionis & observationis*, qvomodo Chaldæus reddidit per בבעו cum *petitione*, & aliqv. בבעו מנך cum petitione à te, i.e. obsecro te: sic h.l.v.13. ubi idem positus, Jonathan reddidit בבעו ברחמין מן קדם יהוה cum petitione, i. e. obsecro, *per misericordias coram Domino*, ut ita gradus fuerint excusationis Mosis, qvi in ultimâ exceptione, per *misericordias Domini obsecret, & deprecetur* personam legati, nec dissentiunt Græci suo δεόμαι κύριε. Latini: *Obsecro.*

Concl. 3. Qværitur 2. an אדני appellativum, cum sit affixo 1. pers. seu לשון מדבר supponens singularitèr, ut Domini mei, i. e. *Domine mi*. Resp. 1. אדני hic uti & in v. 13. est *Tetragrammaton attributivum*, soli Deo proprium, qvia Kametzatum. Inst. אדני appellativum Patachatum potest Kametzari per territorialem hic infra ה, atq; adeò ־ ex accentu. Resp. sic supponitur ארנים plurale cum affixo 1. personæ supponere in significatione singularitèr pro Adoni: at id falsissimum dudum agnovit ex Rabbinis Aben-Esra dicens: *Nunqvam unus Dominus dicitur Adonai per - appellativè, & prohibitum est unum hominem Adonai per - dicere: ne confunderentur formæ* אדני *per - & per* ־. Adonai e. plurale affixum, semper notat plures sicut Adoni unum. Adonai autem Kametzatum est *sacrosanctum*, qvia solius Dei tàm proprium sub notione attributivâ: qvàm יהוה sub essentiali primario.

Concl. 4. Qværit. 3. Qvæ ratio distinguendi ∴ ad ׃? Resp. illud בי אדני est extraessentiale orationi, &, ut ità loqvamur, ceremoniale: ingreditur ergò signum orationis & adeò plus distinguit ∴ qvam ׃ uti semper. Qvær. 4. Qvæ ratio accentuationis in Oratione? Respond. Rbia, ante qvam regularis in nexu seqvela est ׀ ׀ ׀ definit *thematis substantiam*, scil. Mosen non esse ἀνδρα ῥημάτων vel ἄλαλον *benè loqventem*. Porrò (:) definit circumstantiâ primam: ׀ secundam (׀) seu Silluk tertiam, atq; adeò negar Mo-

ses se eloqventem *tùm ex ætate, tùm ex impositâ sibi functionis singularitate*, & se potius fatetur *gravem ore & lingvâ*. Notetur autem triplicatum גם in hoc v. Qvær. 5. An rectè probetur ex hoc triplicato גם &c. septendii Mosis in monte instructio? Neg. Qvær. 6. An ex reverentia erga Ahronem primogenitum, Moses detrectaverit munus Legati? N. Utrumq; contra *nugatorem Jarchium*.

LOCUS V.

Vir verborum. Gravis ore, & gravis linguâ. Item Respons. Dei ad Except. 2. & Exceptio Mosis tertia.

Concl. 1. Qvæsitum est qvis hic *sit vir verborum?* Resp. qvem גפר דמלול Chaldæus, ἔλλαλον *Symm.* ἄνδρα ῥημάτων *Aqvila* vocat, eloqventem Vulgat., qvem seqvitur noster Lutherus: Ein beredter Mann. Sed nondum satis factum. Igitur paucis rem decidimus: *Vir verborum* non opponitur prudentiæ *moralis, politicæ, oratoriæ, carentiæ:* jam ante enim Moses erat πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγύπτ & præterea erat δυνατὸς λόγῳ καὶ ἔργῳ: sed *Physicæ deficientiæ, & lingvæ inexpeditæ*, atq; adeò *vir verborum* est, qvi expeditâ facili & explanatâ ac intelligibili voce concept⁹ exprimit; unde *vir verborum* esse potest, qvi nihil minus, qvàm sapiens, eloqvens, λόγῳ καὶ ἔργῳ potens: & datur sapiens, λόγῳ καὶ ἔργῳ potens, licet non *vir verborum*, & datur potens λόγῳ καὶ ἔργῳ & simul vir verborum, qvalis Moses fuisset, ex hypothesi defectus naturalis sublati. Atq; hoc optimum: *loqventia enim sine sapientiâ non est eloqventia:* eloqventissimæ aliàs οἱ λάλοι ὀρνίθες, imò & multiloqvæ mulieres

Αἵτε χολωσάμεναι ἔριδος περὶ θυμοβόροιο
νεικεῦσ' ἀλλήλοισι μέσην ἐσ' ἀγηὰν ἰοῦσαι
πολλ' ἐτεάτε καὶ οὐκί. χόλος δὲ τὰ πάντα κελεύει

Sed & illi qvibus ἐστιν ὀνείδεα μυθήσασθαι

πολλὰ μαλ' οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο.
πολέες δ' ἔνι μῦθοι
παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα:

Uti est IL. Y. Sed & Græcis in suo Rhetore aliqvid simile: Ῥήτωρ est cui

est cui ῥήματα ῥᾴ sive sit ὁ ζυμβαλλών, ὅ τι ἂν ζυμφέρειν ἡγῆται, qvomodo Demosthenes sibi tribuit, τὄνομα τοῦτο, sive *Causidicus, rabula, verbalissimus:* sed sine *Socraticis dictis*, qvorum Rhetorum, vulturumq; pluralitatem ægrotantis Reipubl. signum divinus Plato statuit.

Concl. 2. Vir verborum non opponitur barbaro seu βαρβαροφωνία & κακοσμία in exprimendâ hâc vel illâ dialecto, atqve adeò defectui gentili seu nationali, sed personali: qvi non planè, nec expeditè verba pronuntiat: sed pinguiore sono, & aspero, Barbarus Græcis est, licet in verbis & elocutione ἑλληνίζων, sed μὴ καθαρῶν τὴν τῶν ἑλλήνων ὀρθοέπειαν, *s.* ἐκ ὀρθοεπῶν, unde nobilis Strabonis locus à Cl. Salmasio in Ossileg. Hellenist. p. 305. allegatus: εἴ τις ἑλληνίζων μὴ καθαρθοίη ἀλλ' ὅτω λέγοι τὰ ὀνόματα, ὡς οἱ βάρβαροι, οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὸ ἑλληνισμὸν, οὐκ ἰσχύοντες ἀρθρομεῖν, ὡς οὐδ' ἡμεῖς ἐν τῇ ἐκείνων διαλέκτῳ. Unde Cares Homero βαρβαρόφωνοι: & postea omnes non ἕλληνες τῇ γλώσσᾳ. Barbari Græcis: at Judæis & Aramæis ipsi ἕλληνες barbari dicti. Errant ergò qvi Mosen sibi hic vel κακοσμίαν *Dialecti saltem Ægyptiacæ*, tribuere fingunt, vel totalem etiam oblivionem lingvæ Ægyptiacæ eidem affingunt, ita ut in illo 40. annorum exilio dedicerit lingvam Ægyptiacam. Contra 1. absolutè negat se & fuisse *virum sermonum.* 2. rationem addit: *Gravis sum ore, & gravis linguâ.*

Concl. 3. Sed qvis *gravis* ore & lingvâ? Resp. latissimè patet *gravitatis vocabulum:* nam & gravitas est *numeri*, qvomodo myriades millium Israel Num. 10. ult, & ecclesia Israelis *populus* fuit *gravis*, i. e., multus, numerosus, unde Deus laudari dicitur in populo gravi, Ps. 34. sic *locusta* & *grando gravis* Exod. 9, 18. cap. 10, 14. in plagis Ægypti: & gravitas est molis, & actionis, & dignitatis, unde *Honor* Hebræis *gravitas* dicitur, qvia *adjunctum est omnis honoris onus*, qvomodo Sacerdotiũ, non otium esse, Bernh. dixit: sed negotiorũ negotium. Sed his missis, *gravis ore* est hoc loco, qvem Græci ἰσχνόφωνον & βραδύγλωσσον vocant ore rotundo: non item qvem Hebræi אלם: Græci μογιλάλον vocant: nedum, qvod non nemini à

ni à Chaldæo intentum videri posset: *honorabilis, pretiosus & praestantissimus ore & potenti linguâ:* qvia hic reddidit per יקיר ממרר עמיק לישן: planè enim illud יקיר se habet, uti כבד: & profundus est Chald. qvi non saltem mysteria loqvitur, & res occultas: sed & qvi lingvâ minus intelligibili conf. Prov. 24. ult. Jes. 33, 19. & tollit dubium omne Moses, qvando Exod. cap. 6, 12. pro eo qvod hic est: *Ore gravis, item linguâ* se vocat: *in circumcisum labiis,* seu ערל שפתים: explicatio optuma, & nostris temporibus satis trita: non ergò Moses vir verborum: qvia balbus ex naturali vitio, & in tantum κακόφωνος.

Concl. 4. Ut tamen fuerit ὁ λόγος ἐξεθενημένος, & Mosche βραδύγλωσσος, fuit tamen potens λόγῳ καὶ ἔργῳ: cui qvodammodo simile aliqvid in Apostolo, doctore gentium: Unde contra Corinthiorum elenchum, qvi Paulum epistolis durum: præsenti corpore, infirmum: sermone contemptum arguebant 2. Cor. cap. 10. v. 10. excipiens, εἰ καὶ, inqvit, ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, 2. Cor. 11, 6. Qvæ verba aliter accipit Hieronymus: aliter Augustinus: ille de rei veritate Paulum sermone idiotam, Hyperbatis, Solœcismis freqventer utentem asserendo: hic de humilitate & κατ' ἄνθρωπον illud explicando: non verum confitendo: sed obtrectatoribus qvasi concedendo, hîc loqvi Apostolum, & adeò per sapientiam non excludere eloqventiam.

Concl. 5. Cœterum excusationi seu exceptioni huic Mosis 2. geminû in responso Dei opponitur στρέωμα, unum in v. 11. idqve *rationis* Deus sc. os dedit homini, Deus fecit mutum, surdum, videntem, & cœcum. E. idem Deus Schaddai, κατ' ἐνέργειαν, qvâ potens est ὑποτύξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα, potest sublatis illis inculpabilibus defectibus justo tempore, os aperire, mutos, expeditissimâ linguâ donare, & ex gravibus ore ac linguâ, svavissimos Oratores facere, atqve adeò ex fide in omnipotentem Deum, non debebat Mosen absterrere balbuties & כבדות הלשון. Pondera a. singulis insunt verbis, & ipsi emphaticæ modificationi Orationis, qvæ in potentissimam resolvitur affirmativam, eamq; duplicem: 1. Ich der

HERR

HERR habe dem Menschen den Mund geschaffen. 2. Ich habe den Stummen/ den Tauben/ den Sehenden/ und Blinden gemacht E. *Non moratus linguæ defectum*, Gehe hin; Ich/ der Ich dir den Mund erschaffen/ wil mit deinem Munde seyn/ v. 12.

Concl. 6. Qværitur hic 1. *qvæ ratio proportionis membrorum in* vers. 11. ? Resp. illa non est mensuranda Arithmeticè: sed Theologicè: non externo formali & integrali: sed virtuali, & interno materiali, & essentiali: adde: totum membrum 1. est in virtute membri 2. Errat autem Codex Buxtorf. geminum ^ ponens in uno versu absoluto: tollendum est 1. in שם ut spurium, tùm in versus naturà: tùm accent. seqvelâ, qvæ nexum postulat inter monosyllaba & adeò in שם. Qværitur 2. qvis hîc אלם? Resp. Qvem mutum Latini, & aliqvando μογιλάλον Græcus reddidit: plus ergò est אלם, ein Stummer/ Sprachloser: qvàm *gravis ore, & gravis lingvâ.*

Concl. 7. Hoc loco Græci אלם exprimunt per δύσκωφον & חרש per κωφόν, idq; in nexu: qværitur an rectè? Resp. nexus inter אלם & חרש talis non est in fontibus: nec ita se habent mutus & surdus, ut videns & cœcus: porrò: δύσκωφος propriè est *aurium gravitate laborans*, & ita se habet ad surdum, uti *gravis ore & linguâ ad mutum*: seu surdaster: at ita hic non convenit cum fontibus, ut sit sensus: *qvis fecit surdastrum & surdum?* at κωφὸς Græcis propter conseqventiam ὃ ἀλάλου πρὸς τὸ κωφὸν, etiam mutus est, qvod in caveis scenisq; tàm notum, qvàm κωφὸν πρόσωπον, qvomodo & Sacharias κωφὸν Luc. 1, 22. atq; adeò δυσκωφος hic esset μογιλάλος qvalis ille in Evangeliis, qvi κωφὸς μογιλάλος dicitur Marc. 7, 32. qvem licet Syrus ibidem חרשא חד פקא seu *surdum balbutientem* vocet, rectius tamen Vulgatus per *mutum* reddidit, & noster Lutherus: Sie brachten zu Ihm einen Tauben der stum war. Qvod magis convenit cum δοξολογίᾳ v. ult. Die Tauben machet Er hören/ und die Sprachlosen reden.

Concl. 8 Aut ergò erronea est illa Græcorum translatio, aut aliter κωφὸς sumendum in composito: qvàm simplici, & porrò

δύσκωφος sic non se haberet in viâ ad organum lingvæ: ficut in viâ ad aurium organum, ut saltem balbum notet: sed planè mutũ: אלם enim vi radicis, in qvâ significatio est constringendi, ligandi, cui lingua qvasi constricta & ligata est, facultatis loqvendi carentiâ: undè passim in Evangelicis miraculis memoratur: das Band seiner Zungen ward loß/ und er redet recht. Conf. Luc. 1, 64. Marc. 7, 35.

Concl. 9. In אלם signif. obtumescentiæ, nunqvam manipuli, licet manipulũ finxerit Tremell. Ps. 56, 1. & 58, 2. at si hic manipulus somniandus, non esset ille manipulus in casu vocandi: sed accusandi, & in nexu cum צרק: qvid autem manipulus justitiæ? rectè ergò redditur: numqvid reverâ obmutescentiâ justitiæ (in causâ meâ) eloqvemini? qvæ versio & literæ convenit, & argumento.

Concl. 10. Cogimur qvæ supersunt contrahere: igitur not. 1. mutatio temporis in שם & ישום qvæ dicit ὑπερεχὼ Dei agentis liberrimi, tùm in præterito: tùm in futuro tempore, ita ut in Dei manu sit linguas vel constringere, vel solvere, & in momento temporis ex disertissimis mutos: ex mutis, vel balbis eloqventissimos facere. 2. Explodenda est glossa Jarchii Rabbinica, qvæ ex hypothesi fabulosa v. 11. transfert ad hypothesin, Mosis, Pharaonis, spiculatoris. 3. Imbecillitas naturalis individui, aut ad naturam accidens, qvalis est cœcitas, surditas, μογιλαλία, &c. non qvidem est sine culpabilitatis suppositione: at non tamen est necessariò, vel ex culpa originali: sic enim omnes, Physicè muti, surdi, cœci, nasceremur: vel ex actuali seu personali crimine, qvod nullum datur in muto vel surdo nato, nisi supponas μεπεμψύχωσιν: conf. Joh. 9, 1. 2. 3. ubi cum Discipuli qvæstionem proponerent de cœco nato seu ἐκ γενετῆς τυφλῷ, propter qvod singulare & personale peccatum, vel illius, vel parentum illi connata esse cœcitas, resp. Christus: Causam connatæ cœcitatis non fuisse peccatum: sed ut manifesta fierent opera Dei in eo. Qvæ responsio ita accipienda, ut nec in Deum Stoicorũ, nec delirium Epicureorũ hic fiat resolutio.

Concl. 11. Vidimus unum στρέωμα exceptioni Mosis oppositum, idq; rationis à Dei potentiâ v. 11. seqvitur alterũ promissionis à futura adessentiâ v. 12. *Ego ero tecum s. cum ore tuo, & docturus sum te qvod*

te qvod loqveris. E. לך, Mache dich auff in Egypten/ &c. at ille majori gradu recusationis, simpliciter deprecatur impositam spartam & repetit illud בי אדני Ach HERR! in qvo simul fundamentum *recusationis sc. æstimatio propriæ imbecellitatis, & rei difficultatis non intentio pertinax detrectandi imperij:* porrò illud Bi Adonai Jonathan reddidit: *obsecro te Domine per misericordias tuas,* usq; adeò non festinavit Moses, & præceps ruit, ad spartam ἄρχοντος καὶ λυτρωτοῦ.

Concl. 12. Qværitur autem annon hic culpabile Mosis peccatum? Resp. si propterea culpandus, qvia ex reputatione gravitatis muneris & diffidentiâ virium suarum ac conscientiâ infirmitatis festinavit lente: ergò illi nõ culpandi, qvo, neutrius ratione habitâ, currunt μὴ βίας ἁρπάζοντες: Si culpandus, qvia ne tùm qvidem cucurrit, ubi & expressissimo mandato & promissionum firmamento roboratus fuit. E. bis culpandi, qvi currunt non missi, non jussi, non adessentiæ illius Dei Doctoris securi. Dignus esset multorum, qvi non misi currunt, lectione Elenchº propheticus Jer. 23, 18. illud מי עמד בסוד יהוה, item v. 21. & 22. Si stetissent in arcano meo, & elocuti essent verba mea populo huic, **so hette sie dasselbe von ihrem bösen Wesen/ und von ihrem bösen Leben bekehret.** Unde est qvod qvi debebant esse מחללי קדש sæpè sint מחללי קדש de qvibus Propheta כהניה אנשי פוחזות item חמסו תורה. Optandum ut impleatur illud ejusdem prophetæ: אספתי נוגי ממועד; Ad rem. Non rapere sublimes spartas: sed tardum & invitum qvodammodo agnitâ muneris gravitate, & virium parvitate, cum horrore Mosen Legati & Liberatoris dignitatem susscipere non culpandum: licet potior ad infirmitatem sui: qvàm potentiam mittentis & imperantis Dei respectus, sit infirmitatis in Mose argumentum.

Concl. 13. Qværit. 2. An rectè illud והוריתיך v. 12. Græci per φωτίσω an rectius per ὑποδείξω, an per ζυμβάσω? Rx. omnia illa usurpant hic interpretes: licet autem in translatione primâ potuerit esse hypothesis Grammaticè erronea, qvâ rem ipsam tamẽ optuma est: *doctrina n. illuminatio est, & qvi docet illuminat, tùm occulta patefaciendo qvod est* φωτίσω τὰ κρυπτὰ *1. Cor. 4. tùm mentẽ caliginosam illustrando.* qvalis est Apostolicus ille φωτισμὸς τῆς οἰκονομίας

ὃ μυστηρίου, Eph. 3, 9. Secundum excellentiam enim actus φωτισμοῦ doctrinalitèr competit λύχνῳ προφητικῷ καὶ ἀποστολικῷ: Qværitur 3. Qvis sensus illius deprecationis שלח ביד תשלח. Resp. 1. errant Aben-Esra & Raschi, qvi ad Aharonem referunt. Qvare? qvia in תשובת ה׳ fit Aaronis mentio: at nulla conseqv. 2. Chaldæus: שלחכען ביד מן דכשר למשלחא id est, *Mitte nunc per qvem decet vel qvi rectus seu idoneus est ad mittendum.* Lutherus: HERR! sende/ welchen du senden wilt; ac si sit את אשר תשלח, ut vel sensus sit indefinitus: *Mitte qvemcunq; volueris modo ne mittas me, minus idoneum ad hoc munus:* vel definitus ad Messiam, qvà ratione vel Moses peteret, jam *mitti Messiam, liberatorem Israelis ex Ægypto,* vel *per manum Messiæ aliqvando mittendi, alium mitti* in præsens: qvomodo Moses *missus* dicitur Princeps & liberator Israelis *per manum Angeli*, Act. 7. v. 35. vel *jam nunc mitti illum, per qvem Deus mittat sc. Angelum mediatorem.* Nihil hic qvod non pium: licet excandescentia Dei insecuta vix admittat illam precationem mittendi Christi. Cœterum nec illa interpretatio: *Mitte, qvem porrectâ manu missurus es:* nec illa Calvini: *Mitte per manum, per qvam missurus es,* convenit: omnium tutissima interpretatio est, qvam docet αὐτοψία positus, distinctio accentus & luctantis Mosis affectus.

LOCUS VI.

Exod. 4, 20.

Mose nahm sein Weib/ und seine Söhne/ und führet sie auff einem Esel/ und zog wieder in Egypten Land.

Concl. 1. Tertiæ & ultimæ illi exceptioni respondit *Deus iratus,* tùm ipso iræ (per furorem hic reddidit & Vatabl. & Calvinus, minus rectè tùm marerialitèr tùm formalitèr) indicio, v. 14. tùm firmamento opposito, idq; 1. per Aharonem Collegam singularitèr ordinatum v. 15. 16. 2. Per *baculum commendatum* v. 17. ad repræsentanda, qvæ imperaverat Deus, miracula. Atq; hic desinit Orator *rubi,* Angelus mediator.

Concl. 2. Jam ergò ad capessendam functionem sibi divinitus imperatam Moses accingitur, & dissimulatâ vocatione, exoratâ

oratâ à Socero veniâ per illud לך לשלום v.18.19. tendit in Ægyptũ. Qva autem pompa? Uxorem cum gemina sobole asino imponit: ipsus octogenarius Moses, PRINCEPS, LIBERATOR & REX ISRAELIS uno baculo Taumaturgo incedit: de qvo vid. v. 20.

Concl. 3. Qværitur hic 1. An consilium Mosis cum uxore & liberis in Ægyptum migrantis Deo probatum fuerit? Negat id ex AbenEsrâ Drusius, & Junius, asserentes hîc erratum Mosis, planè ut alibi Natanis, svadentis Davidi fabricam domus DOMINi, eandem dissvadente, noctu Deo. Cœterum his missis, omninò in illo consilio aliqvid fuit qvod improbatum Deo fuit, sc. *immunditiem non circumcisi* Eliesr, atqve adeò fuit impedimentum morale, & Ecclesiasticum. Qvær. 2. An asino incedere vile fuerit, s. דרך גרעון in Ægypto? N. Qvær. 3. An vox *Chmor* hic sit חמרים: an verò supponat pro uno asino? R. Græci reddiderunt per συζύγια numero plurali: rationem dat AbenEsra: qvia contemtile genti Judæorum apud Ptolomæum fuisset, Mosen Ducem Judæorum, asino uni, uxore & sobole impositis, migrasse in Ægyptum: cœterum hic omninò convenit singularis numerus, & rectè AbenEsra: potuit parvulus Elieser in matris gremio recubare, Gerson adultior post matrem eidem συζύγιῳ sedere: incedente cum baculo Mose. Qvær. 4. An solus Moses in Ægyptum venerit, reversâ post circumcisionem filioli cum utraq; sobole, in Midian ad Patrem, eodem asino vectore, Zipporâ? Affirm.

LOCUS VII.

Exod. 4, 21. 22. 23.

Ich wil Pharao Hertz verstocken/ daß er das Volck nicht lassen wird.

So sagt der HERR: Israel ist mein erstgeborner Sohn/ und Ich gebiete dir/ daß du meinen Sohn ziehen lassest/ daß Er mir diene/ wirst du dich des wegern/ so wil Ich deinen erstgebornen Sohn erwürgen.

Concl. 1. Utrumq; textum conjungimus, qvia alter alterum emollit. Pone enim, Pharaonem absolutè reprobatum, & ir-

resistibilitèr induratum, ut non possit, ex hypothesi absolutæ & necessitantis indurationis Israelem dimittere, annon in histrionicam scenam mutabitur tàm seria Dei oratio? & mirum, Mosen toties excipientem non semel instantia *absoluti beneplaciti seu decreti Pharaonis reprobati* & necessariò indurandi, usum fuisse: ridiculum enim tàm potentèr & tantâ verborum majestate, illum poscere, dimissionem Israelis, qvi ex hypothesi absoluti decreti de reprobando & indurando non poterat non, nisi ab illo, qvi jubebat, validis plagis coactus, dimittere: vel si propterea postulatur Pharao, qvia *debuit* Israelem dimittere, jam frustra postulatur à Pharaone *spontanea* missio, nec postulari potuit sine ὑποκρίσει & Ironicâ illusione: sed debuit initium fieri ab executione, & proinde simulata & inspeciem omnia. Apparet Mosen *Calvinianum* non fuisse.

Concl. 2. Duriùs phrasin expressit Calvinus: Ego *obstringam* cor Pharaonis: id est, ego cor hostis gubernabo, atqve ad pertinatiam obdurabo. Addit: *qvoniam delicatis auribus aspera videtur locutio, plurimi eam molliunt actum in permissionem vertendo. Me certè cum Spiritu S. loqvi non piget: & Deus longissimè removetur à culpâ, ubi sua exercere dicitur judicia.* E. *Si excœcatio* (vel obduratio) *judicium est Dei, pœnam inffligendo, in crimen vocari non debet: qvod si sæpè causa nos fugit meminerimus non abs re Dei judicia vocari abyssum profundam, atq; ita miremur, non obstrepamus.* Cœterum uti de *merè permissivâ obdurationè*, hunc & similes textus non intelligimus: sed suppositâ *jam indurationè culpæ, & corde Pharaonis planè indurato à seipso & Diabolo*, actum DEI pœnalitèr indurantis, & adeò ut *judicis*, per justam ob spretum verbum *non emollitionem, gratiæ subtractionem*, &c. punientis, admittimus: ita cum Spiritu S. non loqvuntur, qvi supponunt *Pharaonem absoluto arcano ac irresistibili decreto in voluntate antecedente reprobatum & irresistibilitèr ad pertinaciam obduratum. Ubi ita loqvitur Spiritus S.? Deus obfirmavit cor Pharaonis.* E. Absolutè, ita ut *decretum reprobationis & obdurationis sit ante præscientiam contumaciæ finalis, & ideò præsciverit contumacem finalitèr, qvia talem suo decreto ordinaverit.* Blasphema est hæc consequentia, & ipsius Calv. l. 3. inst. c. 23. sect. 7. judicio: decretum horribile. Verum de sanctissimis his locutionibus, ubi vel sub formali חוק vel קשה

vel

vel כבד Deo tribuitur actus indurandi Pharaonem, infra ad c. 7, 3. ex instituto erit agendum.

Concl. 3. Variant in vocis חזק interpretatione Græci: qvidam enim exprimunt per κληρωῶ: qvidam per θρασυνῶ audax seu *confidens reddam:* alii per ἐνισχύω, qvæ vox proximè convenit verbo חזק Mosaico, & dicit coroborationem *tùm moralem*, qvomodo sapientia dicitur, ἐνισχύειν τὴν Σοφόν, Cohel. 7, 19. tùm naturalem seu naturæ, ut h. l. atq; adeò illud ἐνισχύσω τὴν καρδίαν αὐτοῦ, diceret *actum illum*, qvem Paulus exprimit, per vasorũ iræ ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ tolerationem, & naturæ sustentationem, voluntate ant ecedente εἰς μετάνοιαν: voluntate consequente *ad pœnam & justi Dei judicij gloriam.* Illustris vocabuli ἐνισχύειν usus est Luc. 22. ubi Christo ὤφθη ἄγγελος & grumos sanguinis sudanti dicitur *apparuisse Angelus* DOMINI, ἐνισχύων αὐτὸν, *corroborans, confirmans, sustentans illum.*

Concl. 4. Porrò in denunciatione & executione judicii, *Israel primogenitus* fundamentum est Mosis contra instantias Pharaonis, qvas in foro humano objicere poterat, e. c. ex jure gentium Israelem Ægypti imperio subjectum, ejus retinendi potestatem sibi esse liberam, ordines divinitus institutos non violandos, rege invito non posse à subjectione immemorialis præscriptionis eximi, & educi regno subditos, & ipsos Reges suo jure abdicare.

Concl. 5. His omnibus opponitur *Israelis Privilegium*, & fundamentum: Israel est filius primogenitus IHOVAH. E. *non erit objectum possessionis, usucapionis, & præscriptionis Ægyptiacæ, maximè cum violentè & contra jus gentium sit habitus.* Qvænam autem ratio hujus filiationis & primogenituræ? Resp. non excluditur qvidem illa filiatio, qvæ communis est omnibus fidelibus: at nec illa sufficit, qvia sic omnes verè fideles eximerentur à subjectione maximè Regum infidelium: igitur 2. filiatio hæc & primogenitura dicit singularem Israelis prærogativam, & tùm Ecclesiasticam, tùm terrenam & politicam præ omnibus gentibus, velut futuris secundogenitis excellentiam, per qvam primò erant ἱεράτευμα βασίλειον sub veteri fœdere. 3. Signanter Deus de Israele dicit 1. *Filius meus.*

2. *Pri-*

2. *Primogenitus meus.* 4. Est autem talis Israel qvia *1. dilectissimus*, conf. Jer. 31, 20. Mich. 6, 8. 2. promissionibus *excellentissimus*, Gen. 17, 7. 3. prærogativis & dignitatibus primogenitorum, aliisqve tùm *spiritualibus* tùm *extern s* excellentiis *eminentissimus*, qvas inter primaria qvod ex illis τὸ κατ' ἐξοχὴν nascituras eras ille qvem Deus pater, tùm propter ineffabilem in æternitate generationem: tùm propter personalem unionem, singularissimè appellare poterat, בני בכורי qvia & πρωτότοκος πάσης κτίσεως, Col. 1, 15. & πρωτότοκος Mariæ Matth. 1, 25. Luc. 2, 7. qvin per & propter hunc *Filium primogenitum*, Israel & *Filius & primogenitus*; conf. Os. 11, 19. Rom. cap. 9. v. 4. 5.

Concl. 9. Addimus paucula 1. verba illa v. 23. de occidendo primogenito non respiciunt primogenitum Mosis: sed Pharaonis. Error ergo est, & revera שגיון חסרי רעת, qvi id Mosi dictum æstimant propter Eliesr filium incircumcisum, ex v. seq. at nec hic fuit primogenitus. 2. Raschi rectè *filium primogenitum*, hic explicat לשון גדולה item addit מרש scil. hic ab ipso Deo confirmari *emptionem primogenituræ* seu מכירת בכורה ab Esavo in Jacobum translatæ. 3. Ultima plaga eaq; graviissima (מכה אחרונה הקשה) in executione. prædicatur Pharaoni in primâ propositione: qvare illud? Rectè R. Jarchi מודה ומתרהו בו לשוב seu Deum longanimem id facere ut Pharao convertatur. optumè.

LOCUS IIX.

Zippora nahm einen Stein/ und beschneid ihrem Sohn die Vorhaut/ und rühret ihm seine Füsse an/ und sprach: Du bist mir ein Blut-Bräutigam.

Concl. 1. Jam in via erat Moses: sed tollendum adhuc erat impedimentum spirituale: impurus qvippe & contra rationem fœderis incircumcisus erat Eliesr: (an dilatæ circumcisionis causa fuerit ægitudo parvuli, vel opinio itineris nullo modo retardandi, & futuri inde periculi, nunc non inqvirimus) occurrit ergò Mosi in illa ipsa via, in diversorio certo (Onk. בבית מבתא

in

in domo pernoctationis LXX. ἐν τῇ καταλύματι) IHOVAH (i. irruit, invasit illum) & qvæsivit occidere illum: usq; adeò Deus est טהור עינים מראות רע etiam in sanctis & legatis suis: ostendens se Mosen licet à se vocatum & missum occidere malle: qvam impuritate suum opus contaminari.

Concl. 2. Qværitur hic 1. qvis in Mosen irruerit, 2. qvomodo? Resp. ad 1. Chald. illum vocet מראכא דיהוה, seu Angelum IHOVAH: ita & LXX. ἄγγελον κυρίου: utrumq; rectè, datur enim qvi & יהוה est, & ANGELUS יהוה DOMINUS & ANGELUS DOMINI, idemq; Angelus magni consilii. Ad 2. id ex voce פגש non probatur, qvæ est in simplici notione occurrendi, ut v. 28. dubium autem nullum ex contextu, qvin occurrerit, cum evidenti æstuantis iræ signo. 2. immissâ grandi infirmitate, terrore, &, nisi circumcisionis sacramento tolleretur impuritas præsentissimâ clade.

Concl. 3. Igitur non plura morata *Zippora uxor Mosis, sive periculo, sive consilio Mosis edocta accepto Zor præputium filij excidit, atq; putavit, ac dixit: Sponsus sanguinum es mihi*, v. 25. Qværitur hic 1. Qvomodo petrâ circumciderit filium? Resp. צר Aqvila πέτραν. Chald, טינרא id est, *lapidem acutum seu cultrum acutum.* AbenEsra: *laminam seu aciem gladij* reddiderunt: rectè **ein steinern-scharff Messer/** conf. Psal. 89, 44. & Jos. 5, 2. ubi Josua dicitur circumcidisse Israelitas חרבות צרים, Luther. **Mache dir steinern Messer/** (id est, **scharff als ein Stein gewetzet**) **und beschneide wieder die Kinder Israel zum andern mahl.** Optimè: in circumcisione enim non tam gladiis: qvam gladiolis s. cultris utebantur acutis: qvos μαχαίρας πετρίνας ἐκ πέτρας ἀκροτόμους expressêrunt ὁι LXX. id est, cultros petrinos de petrâ acutâ vel silice ad scindendum aptissimos: fuerit ergò *culter petrinus*, licet, talem non habuerit Petrus, qvando summi sacerdotis ministro ἀφεῖλε τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν, Luc. 22, 50. Qværitur 2. Qvis sensus verborum: **und rühret ihm seine Füsse/** Græci ἥψατο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, cujus *pedes* tetigit? & qvid hic pedum nomine, an τὰ αἰσχήμονα, ut sit ζεμνὸς ὁ λόγος? Resp. 1. non dicitur in fontibus: & *tetigit:*

sed *& tangere fecit*, transitivè. 2. Atq; adeò sensus esset: Zipporah (indignabunda) projecit præputium filioli ante pedes Mosis, seu & fecit ut præputium tangeret pedes Mosis, qvo visibili sanguinis signo liberatur Moses à DOMINO innuente, mortemq; minante. Sed qværitur 3. Qvid sponsus sangvinum, & qvis, an Moses, an Elieser? Respond. ad 2. non filiolus: sed maritus: licet ad illum referat AbenEsra, ut sit Sponsus SANGVINIS propter periculũ mortis in marito: ad utrumq; retulit paraphrasta reddens: בדמא דמהולתא הדין אתיהב חתנא לנא id est, In sanguine circumcisionis hujus datus est Sponsus nobis seu redditus est maritus nobis; & paulò post: אלולי בדמא דמהולתא הדין אתחיב חתנא קטול Nisi effusus fuisset sangvis circumcisionis, sponsus seu maritus, qvem velut sponsum ex morte recipio reus fuisset cædis seu occisus fuisset: ad 1. Sponsus sanguinum est sanguinarius, cujus conjugium multo constat sanguine & cruentum est tàm intempestivâ circumcisione, &c. Conf. gloss. Lutheri Germ. oratio est indignantis Zipporæ. Qværitur 4. Qvis per ממנו intelligatur? Resp. Mosche, non Elieser, qvod rectè contra Rab. Samuelem defendit Aben-Esra. Recedit ergò à Mose ira & plaga Dei circumciso filiolo. Qværitur 5. qvæ ratio part. אז in versu 26. Resp. verba illa חתן דמים למולות non sunt Historici: sed matris Zipporæ, hîc molli explicatione duriorem Viri sanguinis appellationem, qvam in illo paroxismo dederat, mitigantis: errant, qvi per ὅτι exprimunt: item: Sie sprach aber: rectè: Da sprach sie: daß ich dich meinen Ehemann einen Blut-Bräutigam genennet (solt du nicht übel verstehen: denn solches) ist von mir geschehen wegen der unvermuhtlichen und gefährlichen Beschneidung. &c. Qværitur 6. Cur Moses non putaverit filii præputium? Resp. non potuit propter irruentem DOMINUM: qvod autem antea non fecerit, infirmitatis fuit argumentum, blandiciis uxoris moram & dilationem impetrantibus. Qværitur 7. An licuerit id Zipporæ? Resp. extraordinariè. Atqve sic brevitèr expedivimus circumcisionem Elieseris.

LO-

LOCUS IX.

Exod. 5, 2.

Wer iſt der HERR/ deß Stimme ich hören muſte/ und Iſrael ziehen laſſen: Ich weiß nichtes von dem HErrn/ wil auch Iſrael nicht ziehen laſſen.

Concl. 1. Procedit tandem legatio, & prima nomine DEI HEBRÆORUM à Moſe & Ahrone in Concilio Pharaonis propoſitio, in qvâ notetur 1. Autoritas facti: Sic dicit IHOVAH, DEUS ISRAEL. 2. Subſtantia facti: שלח את עמי, Dimitte populum, ut ſerviat mihi v. 2. huic mandato reſpondet Pharao 1. autoritatem hujus IHOVAH non agnoſcendo, ſed cyclopicè exſibilando: Qvis IHOVAH, ui ejus voci audiam &c. non agnoſco aliqvem IHOVAH. 2. Subſtantiam mandati negando eiqve è diametro contradicendo: Non dimittam Iſraelem. **Was ſaget ihr mir viel von einem Gott/ der da heiß IHOVAH, der Gott Iſrael/ ich kenne und achte einen ſolchen Gott nicht; Ich wil auch Iſrael nicht ziehen laſſen/** v. 2.

Concl. 2. Excipiunt Oratores Moſes & Ahron, explicatione autoritatis illius: eſſe ſcilicet illum DEUM HEBRÆORUM. 2. Oppoſitione mandati de ſacrificando in diſerto. 3. Oppoſitione periculi, ſeu futuri non obedientibus ſupplicii, v. 3 Reſpondet Pharao increpando, & Oratores illos à ſuo comitatu ad lateres & ergaſtula ablegando v. 4. Atqve adeò videri poterat miſera protaſis Legationis & ex hypotheſi Calviniana de reprobatione, ludicra, fruſtranea: at alitèr doctus erat Moſes de eventu jam antea: Porrò conſeqventia primæ hujus apud Pharaonem propoſitionis 1. tyrannis Ægyptiaca in Iſraelitas aggravata ad v. 12. 2. In ipſos moderatores Hebræorum Hebræos exercita ſervitia, ad verſu 18. 3. vehementiſſima expoſtulantium qverimonia, ſcilicet Iſraelitarum apud MOSEN, Moſis apud DEUM, ad finem usqve capitis.

LOCUS X.

Exod. 5, 7. 8. 18.

Pharao befahl desselben Tages den Vögten des Volckes/ und ihren Amptleuten: Ihr solt dem Volck nicht mehr Stroh samblen und geben/ daß sie Ziegel brennen/ wie bißher. Laßt sie selbst hingehen/ und Stroh samblen/ und die Zahl der Ziegel sollt ihr ihnen gleichwol aufflegen/ und nichts mindern.

Concl. 1. Qværitur 1. Qvis usus straminis in lateribus vel laterariis, cui bono illud: καλαμάσθωσαν ἑαυτοῖς ἄχυρα? Resp. 1. in Ægypto, qvia non abundè erat alia ad ædificandum apta materia, lateribus utebantur pro saxis, atqve adeò cogebantur in laterariis & ad fornaces calcarias diu noctuq; versari, ut præscriptum explerent numerum: sed hactenus dabantur paleæ: nunc ipsi jubentur καλαμᾶν τὰ ἄχυρα. 2. Ex luto effosso, convecto, subacto lateres formabant, qvi ut melius cohærerent, nec dissolverentur, paleas miscebant: lateres enim illi non erant coctiles seu igne vel in fornacibus excoqvebantur: sed sole indurabantur per biennium, & ultra: ubi opus erat paleis, uti hodie argillâ paleis maceratâ utimur: coctilibus ergò lateribus non convenirent paleæ: at benè illis sole siccatis. 3. Neq; verò coctilium usum planè nullum fuisse in Ægypto credibile, per celebratissimorum monumentorum vestigia: & præterea lateres turris Babel coctiles memorantur Gen. 11, 3. 4. Sed & in his qvidam paleæ usus, officinis lateritiis esse potuit, tùm in arcendo à nondum siccatis nimio solis ardore, tùm in excoqvendo lateres, deficientibus lignis, uti etiamnum plurimis in locis ad furnos accendendos culmo &c. utuntur. Ita ergò jubentur Israelitæ ipsi paleas colligere, & tamen suas ephemerias sicut אתמול שלשום, *seu* καθάπερ καὶ πρότερον, uti optimè illud sym. expressit, usqve ad ζυνταξιν τῆς πλινθουργίας dare.

Concl.

Concl. 2. Qværitur 2. An Exactores, qvi memorantur, vers. 10. fuerint Ægyptii illi ἐργοδιώκται, præfecti autem operum, Hebræi? Affirm. Exactores scilicet vel Nogsim, cum non possent commodè agere cum universo populo, ex illo ipso certum elegerunt numerum Schotrim seu præfectorum, qvi nomine populi rationem redderent: atqve horum longè miserabiliorem conditionem fuisse apparet: si enim non præstaret ephemerias suas populus, hi ipsi luebant: unde hoc loco præfecti seu Schotrim flagellati dicuntur ab illis Nogsim, idq; sine dubio, ignominiosè, nudadato corpore, servili verberatione. Græcè: πεπληγμένοι, *item* μεμαστίγωνται: atqve adeò miseri fuerunt schotrim activè & passivè, vereq; באשים & Σαπροὶ seu qvorum fœtebat odor, tùm suis: tùm Ægyptiis.

Concl. 3. Cum non sit in cap. 5. qvod retardare Lectorem possit, subjungimus qvædam παραλειπόμενα, eaq; 1. Græca. Qværitur ergò 1. Qvis rectius expresserit illud תמול שלשום, qvod passim occurrit in hoc capite, an Aqvila & Theodot. qvi expresserunt per ἐχθὲς καὶ τῆς τρίτης, an symm. per πρότερον? Affirm. post, cui proinde & benè convenit Vulgatus. Qværitur 2. qvæ translatio in v. 7. rectior: an πορευθέντες καὶ καλαμάσθωσαν: *an* πορευέσθωσαν καὶ καλαμάσθωσαν, *an* πορευθέντες καλαμασθωσαν *vel* συναγαγέτωσαν? Resp. 1. & 3. porrò illud קששו rectius exprimitur verbo καλαμᾶσθαι, qvam συναγαγεῖν. Qværitur 3. an rectè v. 8. illud מתכנת הלבנים Græci per τὴν σύνταξιν τῆς πληνθουργίας? Resp. optumè. Qvær. 4. An ibidem rectè נרפים σχολάζοντες? Affirm. Qværitur 5. An rectè v. 9. Illud יעשו בה exprimatur per μεριμνάτωσαν ταῦτα? Resp. Materialitèr non malè: formalitèr potuerunt vel radicem עשת, vel illam qvæ seqvitur שעה respicere: vel hîc qvasi paronomasiam concipere: יעשו ait Pharao, & non ישעו, qvod eadem voce expresserunt Græci: Μὴ μεριμνάτωσαν ἐν λόγοις κενοῖς, sensu optimo & elegantissimo.

Concl. 6. Qværitur 5. An rectè illi Schotrim Græcis dicantur Γραμματεῖς, *item* γραμματοεισαγωγεῖς, Deut. 1, 15. cap. 16, 18.

cap. 29, 10.? Illi Schotrim hic contradistingvuntur illis Nogsim, ut principalioribus: & ab ipso Rege impositis, qvin Nogsim erant Ægyptii: Schotrim Hebræi, subordinati ab illis Nogsim, & ab his autoritativè cæsi v. 14. Alibi in Republ. Israelis Schotrim contradistingvuntur Schoptim: & illi horum sunt Adjuncti vel executores subdelegati conf. Deut. 16, 18. Jos. 8, 35. Num. 11, 16. Nogsim autem non sunt supra Schotrim: sed vel illi ipsi: vel sub his. 2. Schotrim hic erant qvi rationibus lateritiis לסכום לבניא præetant, Ephemerides פתגם יום singulorum ascribendo, summam subducendo, eandemq; principalibus Ægyptiis, exinde reddendo, & ita simul erant Scribæ Ziegelschreiber. Sanè Job. c. 38. v. 33. illud משטר per *præfecturam* expressit: alii non incommodè per Scripturam seu descriptionem reddiderunt, sed & Rabbinis Instrumentum scriptum est שטר: & qvid notius, qvam nostris Germanis: *Scribas officiales* dici, qvos nominamus: Amptschreiber / Kornschreiber. Optumè ergò Græci: sed & שטר tàm latè sumitur, ut Magigistri, Doctoris, Præceptoris sensum includat: nihil his notius, maxime apud Hieronymum.

Concl. 5. Qvær. 5. An recte illud v. 13. οἱ ἐργοδιῶκται (paulò post ἐπιστάται, conf. Disp. 2.) κατέσπευδον αὐτοὺς? Resp. optumè & in subjecto & prædicato. Qværitur 6. An recte territorium 1. v. 14. Græcus expresserit per: ἐμαστιγώθησαν οἱ Γραμματεῖς τοῦ γένους τῶν υἱῶν Ισραήλ. Resp. Materialiter: non formaliter. Qværitur 7. an Oratio, qvæ seqvitur post לאמר v. 14. Sit τῶν γραμματῶν μαστιγωθέντων, an ipsorum ἐπιστατῶν? Affirm. posterius: malè ergò Græci. Notetur autem accentuatio qvâ illud לאמור privilegiata. Qværitur 8. An conveniat emphasi צעק illud κατεβόησαν in v. 15. Resp. Optumè: notat enim κραυγὴν ἰσχυρὰν: qvomodo & Christus in cruce dicitur: Αναβόησε φωνῇ μεγάλῃ, Matth. 27, 46. Qværit. 9. An illud וחטאת עמך v. 16. rectè Græci ἁμαρτία λαῷ σου, vel, uti sym. εἰν τὸν λαον σου? Affirm. Sed hic rursus qvæstio an ἁμαρτία peccati pœna, ut sit sensus: populus tuus peccati pœnam sustinet, vel, uti Pagninus, punitur populus tuus, & Vulg. Injustè agitur

tur contra populum tuum: dubiâ alii Græci: ἀδικήσειν τὸν λαόν ζ8? Resp. N. Qværitur 10. An recte illud v. 21. ἐδδελυξατε τὴν ὀσμὴν ἡμῶν ἐναντίον Φαραώ, &c. Resp. optumè: qvi enim instar putidæ ac fœtidæ rei sunt abominabiles, illorum odor fœtere dicitur per Hebraismum.

Concl. 6. Addimus 2 Chaldaica, ex qvibus 1. notetur: illud אחר Rbiatum cap. 5, 1. rectè Chald. per suum בתר כן, scilicet pro objecto habet ἔξοδον Israelis verbis & signis jam perspvasam ex ordine præscripto cap. 3, 18. 2. Optumè Chald. illud, מי יהוה &c. v. 2 expressit per שמא דיהוה לא אתגלי לו די אקבל במימריה. 3. Optumè illud יפגענו v. 3. per וערענא, & rectè Rabin. per מקרה מורא הוא. 4. Optumè v. 4. illud תפריעו expressit per הבטלון: Conveniunt Hebræi, qvi hîc concipiunt לשון שבוש הברלה והרחקה, & allegant locum באין חזון יפרע עם Qværitur 1. An ex Privilegiis Mosis & Ahronis probetur immunitas totius Levi in Ægypto? Negat. Qværitur 2. An sibi constet paraphrasis Raschi ad vers. 14. השטרים ישראל היו וחסים על חבריהם מלרחקם וכשהיו משלימים הלבנים לנגשים שהם מצריים והיה חסר מן הסכום היו מלקים אותם על שלארחקו את עושי המלאכה? &c. Affirm. Qværitur 3. Qvid de Hierosolymitana translatione ad capit. 4. v. 25. גזרת ית עורלתיה דברה ואקריבת יתה קדם רגלוי דמחברא ואמרת חתנא בעא למגזר ו חמוי לא שבק יהיה וכרין אכפר ארם גזרתיה חדא על חובי דחתנא הדץ: item ad vers. seqv. וכד ארפי מחברא מניה בכין שבחת צפורה ואמר מה חביכ הוא דם גזרתא די ישיזיב לחתנא מן ידוי דמל אן מותא וכו. Respond, patebit id

bit id ex loco superiore. Non malè idem qvod vers. 16. cap. 4. dicitur: Pharao erit tibi instar oris; tu autem illi instar ELOHIM expressit: הוא יהוי לך למתורגמן ואת תהוי ליה כתבע מן קדם יהוה: Nec minus Onkelos: הוא יהי לך למתורגמן ואת תהי ליה לרב: **Der Ahron wird dein Dolmetscher seyn/ du aber wirst sein Lehrer seyn.** Moses ergò in Legatione ad Pharaonem principalis fuerit Orator: Ahron interpres, & Συνεργος.

בישועת יהוה

DECADIS IX.

EXODI

LOCUS I.

Exod. 6, 2.

Nomine meo IHOVAH non innotui illis (Abrahamo, Isaaco, Jacobo.)

Luth. Mein Nahme HERR ist ihnen nicht offenbahret worden.

Vulg. Nomen meum ADONAI non indicavi eis.

Targ. Hieros. Et dixit IHOVAH, manifestatus sum in VERBO IHOVAH, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, in DEO sc. cœlorum: at nomen VERBI IHOVAH non indicavi illis.

Targ. Oncel. Nomen meum non indicavi illis.

Græci: Τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς

Concl. 1. Errarunt, qvi putarunt ipsum γεγαμμα esse formæ Hiphil activæ, & ex illâ hypothesi expressêrunt activè: *Nomen meum* יהוה *non indicavi illis:* contra qvos rectè urgetur in fontibus non esse הודעתי sed נודעתי, atqi adeò interpretandum: *Apparui* (Abrahamo &c.) *in EL SCHADDAI: sed in majestate* יהוה *non innotui illis,* Nugantur ergò, qvi ex falsâ illâ hypothesi concludunt: *Tetragrammatum* יהוה *Mosi primò revelatum: omnibus antea Patriarchis inauditum fuisse & incognitũ.* An autem ex suppositione scriptionis הודעתי activè expressêrint Targumistæ, LXX. item, Vulg. & alii in medio relinqvimus.

Concl. 2. Rectiùs facere putamus, qvi in interpretando, vel propriissimum Tetragrammaton formaliter retinent, vel ejus emphasin clariùs docent: qvàm, qvi simplicitèr per Κύριον s. DO-

MINUM exprimendo, vim oppositionis qvæ est in innotescere *Bel Schaddai*, & innotescere *in nomine* appropriato IHOVAH, retinent: qvid enim: *innotui Abrahamo ut* DEUS FORTIS, OMNIPOTENS: *at non ut* DOMINUS? Vidit id forsitan Hienymus, si tamen ab illo est, Interpres Vulgatus, qvi reddidit per ADONAI. Unde autem pro יהוה Adonai? Docebit hoc Nicol. de Lira: *Est*, inqvit, *in textu, non Adonai: sed nomen DOMINI TETRAGRAMMATUM: veruntamen quod apud Hebræos nomen istud tantæ sanctitatis reputatur, quod non debeat nominari, nisi à summo Sacerdote, & solùm in benedictionibus fiendis in templo, ideò loco ejus pronunciatur Adonai.* Olim igitur legebatur, sicut scribebatur. Qvomodo autem scribebatur? Hîc verò JAHVEH, JAVO & qvid non suspicantur Drusius & Capellus. Nos punctationi præsenti insistimus, & *legimus, ut scribimus*, donec ex *Urim Tummim Aaron aliquis* doceat contrarium. Sed ad rem. *Superstitionem, & reputationem nimiæ sanctitatis* fundamentum surrogati in lectione *Adonai* ponit Lira. Non negamus, id subfuisse: neqve tamen dissimulamus, tàm crassos plurimos fuisse, *& hujus sanctitatis ignaros*, ut in fontibus nomen אדני ipsis consonantibus putaverint extitisse. Consulat, qvi dubitat, deliras in Liram glossas, & nescio cujus, replicas.

Concl. 3. Fundamentum autoritativum & majestaticum totius orationis est illud אני יהוה in v. 2. Ergò promissio liberationis ex domo servorum & introductionis in terram Canaan Patriarchis facta, virtus item divina & omnipotentia illis in promissionibus revelata, eademq; sanctè ab illis credita, nunc erit adimplenda, & demonstranda. Etsi enim revelatus (& creditus) sum *Abrahamo, Isaaco, Jacobo, ut DEUS FORTIS, OMNIPOTENS* (in illustribus & juratis promissionibus fœderalibus) *in nomine* (tamen) meo IHOVAH, (promissionum qvas ut El & Schaddai credendas proposui complementum, & in hoc stupendum ac consumatum *omnipotentiæ & adessentiæ* specialissimæ exsertorium, proferendo) *non innotui illis.* Patet hinc qvid sit *innotescere Dei?* sic e. c. *Deus promittens per os omnium sanctorum* τ ἀπ' αἰῶνος Prophetarum, imò jurans σωτηρίαν, ἔπισκεψιν,

ἐπίσκεψιν, λύτρωσιν, & κέρας σωτηρίας *innotescit* באל שדי: idem adimplens illas promissiones e. c. *jam cornu salutis erigens*, jam in resuscitatione *magni Ovium Pastoris* ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ exserens, atqve adeò in DEO INCARNATO supposito אל שדי innotescit perfectissimè ac excellentissimè in nomine יהוה, ubi tùm verè intonare potuit Sacharias illud: ברוך יהוה Luc. 1, 68.

Concl. 4. Suppositâ tali innotescentiâ perfectissimè exhibitivâ, cum adessentia majestaticâ specialissimè operativâ, perinde est, sive reddas: *nomine meo IHOVAH non manifestatus sum illis*, sive ut Chald. & Vulg. *Nomen meum non indicavi eis*, sive, uti Lutherus, Mein Name HERR ist jhnen nicht offenbaret worden. Unum enim ex altero fluit, & sensus ipse tùm *respectu innotescentiæ in El, Schaddai:* ex v. 4. tùm *respectu innotescentiæ in IHOVAH* ex v. 6. 7. 8. sese pandit.

Concl. 5. Sed qvid Targum Jerusalem? R. 1. supposito, qvod Messiam, s. VERBUM INCARNANDUM respiciat, probat contra Judæos τοῦ λόγου *personalitatem distinctam*, & S. Patriarchis explicitè creditam: 2. *Ejusdem divinitatem summam.* 3. Graduum Notitiæ hujus VERBI post ἐνσάρκωσιν, *excellentiam.* Neqve dubium, qvin ad Christum & Θεοῦ ἐν σαρκὶ φανέρωσιν, ac per illum λύτρωσιν hîc textus ultimò respiciat.

Concl. 6. *El Schaddai* Græcis est Θεὸς (ἰσχυρὸς) ἱκανὸς imò qvi est ipsa ἰσχύς, *fortis, sufficiens, potens:* Aqvila etiam per ἄλκιμον posterius expressit, cui inest significatio *sufficientis virtutis ad omnia perpetranda*, vel πρὸς τὸ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. Optumè. Illa enim vis ex radice inest τῷ Schaddai.

LOCUS II.

Vulgatus examinatus in c. 6.

COncl. 1. Nisi Synodus Tridentina, Vulgatum, vel ut *authenticum Transsumptum* supra fontes extulisset, versio ejus magis venerabilis esset: nunc eum tàm impudentèr illum *authenticum* proclamaverit, tantò liberaliori criticâ ejus errabilitas & crassa ali-

ſa aliqvando deliria oſtenduntur. Levia ſunt, qvæ nos nunc monebimus, & non ſolius Vulgati errata, ſi tamen ita vocanda hæc μικρότερα σφάλματα *Authentici.*

Concl. 2. In v. 5. dum unam particulam וגם omiſit, magnam emphaſin *orationi*, & injuriam *accentui* fecit. *Accentui:* neqve enim ante Rbia, ſuâ emphaſi caret primum Munach pſikatum. *Orationi:* qvia 1. ſuſtulit *illuſtrem* v. 5. cum 4. *nexum*, & ejusdem *particulæ*, וגם in v. 5. cum eâdem in v. 4. *relationem*, atqve adeò exactam *pacti ſ. fœderis*, & *complementi ſ. exauditionis* conjunctionem: & adeò 2. *inſignem gradationem* (qvæ eſt in actibus 1. *pacti.* 2. *Clamoris exauditi.* 3. *Fœderis exequendi*) ſed & 3. *illius innoteſcentiæ per* EL SCHADDAI & per IHOVAH *explicationem:* cujus illa particula, propterea etiam pſikata (ſupponimus jam omne Pſik Munachatum proſaicum diſtingvere) illuſtre medium paritèr ac ſignum eſt: unde & religioſior Chaldæus ſanctè iteravit ſuum ואף.

Concl. 3. In v. 6. illud majeſtaticum & ἐμφαλικώτατον: EGO IHOVAH ad ſeqventia retulit, qvod ad antecedentia referendum docet proportio Sarka ad Segolta. Notetur 1. illud: EGO IHOVAH *autoritativum eſſe*, *Certitudinis* πρέπωμα, atqve ita hîc *innoteſcit* DEUS Abrahami, *in nomine* יהוה unde pendet nexus inciſi 1. cum 2. v. 5. Not. 2. Illud: EGO IHOVAH *triplicatum*, ſemel in *principio* v. 2. Orationi antepoſitum: ſemel *in medio* v. 6. ſemel *in fine* Orationi poſtpoſitum v. 8. atqve adeò hæc promiſſio facta in Patre, MEDIATORE, & Obſignatore SPIRITU.

Concl. 4. Neq; placet, & qvod in eodem verſu objectum *emphaticum* in accuſandi caſu bis Vulgatus omiſerit: & qvod paritèr totum verbum והצלתי tranſilierit, & qvod emphaſin illius מתחת neglexerit, & qvod affixum 3. perſ. plur. maſc. non expreſſerit, & qvod copulæ ו in והוצאתי emphaſin Syllogiſticam, ſimplicitèr conjunctivè reddiderit, atqve adeò qvomodo *eductio ex laterarijs Ægypti* ſe habeat ad illud: EGO IHOVAH: item qvomodo *ſubjectio & ſubjugatio humerorum eductioni: ſervitus* opponatur *liberationi*, non attenderit. Satis in uno verſu ſphalmatum, tàm grandium in ſenſu: qvàm levium primo intuitu.

Concl.

Concl. 5. Neqve probamus, qvod vers. 20. reddidit: *Accepit Amram Jochebed patruelem suam:* sed hîc Vulgatum excusat *Bellarm. l. 1. de matrim. sacr. c. 27. Nomen patruelis*, inqvit, *hic accipitur pro patruâ: non pro sorore patrucle: nam vox* דודה *ad verbum significat patruam: sicut* דוד *significat patruum. Hieronymus autem ne diceret patruam quod Latinè est inusitatum, maluit dicere patruelem. Sed præter vocem Hebræam est locus manifestus in Numeris: propriè enim Jochebed erat amita ipsius Amram, ut patet ex c. 26. Num. ubi habemus Amram fuisse filium Caath filij Levi: & accepisse uxorem Jochebet filiam Levi, quæ nata est ei in Ægypto, ubi apertissimè vides, Jochabed fuisse sororem Caath patris Amram, & proinde amitam ipsius Amram Viri sui.* Hæc Bellarminus rectè, licet improbemus illam *non obligationem graduum Levitici*, &, qvam disputat, *dispensabilitatem per Ecclesiam*.

Concl. 6. Qvem ערל שפתים vocat Hebræus, eum יקיר ממלל *s. gravem sermone*, Chaldæus: ἀκροβυστον χείλεσι *præputiatum labijs*, Aqvila Græcus: ἀπερίτμητον τοῖς χείλεσιν i. e. *incircumcisum labijs* Theod. & Vulgatus: alii Græci ἄλογον i. e. *ineloquentem:* alii ἰσχνόφωνον *s. gracilem vocem habentem:* alii ἄλαλον *labijs clausum:* alii μογιλάλον, qvi est Jonathæ קשי ממרא *qui difficultèr loqvitur:* qvin uti *incircumcisi* impuri erant sub lege, ita non defuerunt, qvi impuritatem hîc expressêrunt. Certè Symmachus reddidit: οὐκ εἰμὶ καθαρὸς τῷ φθέγματι *non sum purus voce.* Cœterum illa impuritatis notio, non est formalis in ערל שפתים.

Concl. 7. Accuratè in resolutione cap. 6. notentur qvatuor Characteres *distinctivi argumentorum*, geminum sc. פ v. 10. & 13. & ס geminum in v. 14. & 29. ex qvibus primus signat σωματοποίησιν *instructionis factæ personæ Mosis:* Secundus, ad exceptionem Mosis *incircumcisi labijs*, instructionem *Adjuncti Aaronis:* Tertius, *stemma* utriusq; capitis, *Mosis & Aaronis:* Qvartus, *nexum sequent. capitis.*

LOCUS III.

Exod. 7, 1.

1. *Moses Deus Pharaonis: & Aaron, Propheta Mosis.*

CConcl. 1. Qvæsitum qvid hic sit *Elohim Pharaonis?* 1. Chald. per

רב לפרורה i.e. *Principem Pharaonis.* Raschi per שופט ורודה i. e. *Judicem & Dominatorem, ad dominandum illi plagis & castigationibus.* Jonath. *timorem Pharaonis, ac si Deus esset.* at Græci simpliciter: δέδωκα (κατέστησα) σε θεὸν Φαραώ. 2. Notetur 1. nomen Pharaonis hîc stare in casu dandi. AbenEsra: *feci tibi excellentiam magnam, quâ æstimaberis in oculis Pharaonis instar Angeli Dei* &c. 2. Aliud esse unum Mosen dici ELOHIM: aliud *positum s. constitutum Elohim, apud Pharaonem.* 3. Est autem in hoc positu, *notio eminentissimæ autoritatis & excellentiæ* collatæ Mosi: unde & sicut *Elohim* per Prophetas responsa dabat: ita Moses positus in Elohim Pharaoni, per Ahronem Prophetam sibi subordinatum Pharaoni imperabat: uterqve positus, tùm: MOSES *positus in Deum Pharaoni:* tùm *Ahron, Propheta Mosis* explicatur in v. 2. *Tu expones omnia illa, quæ præcepturus sum tibi: at Ahron frater tuus eloquetur ea ad Pharaonem: ut dimittat filios Israel ex terrâ suâ.*

Concl. 2. Patet hinc, qvo sensu Ahron hîc dicatur *Propheta:* in ampliatione sc. vocabuli, & cum modificatione: *Propheta* Mosis: qvatenus sc. hic positus erat Elohim Pharoni & Ahroni. Fuisse aliàs utrumq; & Mosen & Ahronem Prophetas, Spiritu propheticò, dubium est nullum de Mose: nec esse potest de Aarone, unde AbenEsra ad v. 7. *Non reperimus in tota Scripturâ Prophetas, qui dicantur prophetasse in senectute suâ: præter Mosen & Ahronem (quorum ille fuit 80. annorum: hic 83.) quia excellentia horum duorum major fuit: quam omnium reliquorum: his solis locutus est Deus in columnâ nubis: his solis data est Lex: & per manus illorum justi possidebunt seculum futurum.* At id de Ahrone ex hoc loco non probatur: Ubi *Propheta Mosis* est, ut rectè Chald. expressit מתורגמן s. *Interpres Mosis:* estq; hic nexus. Excipit Moses: *Ego sum difficilis linguæ, quomodo intelliget me, vel obediet mihi Pharo?* Resp. Deus: *Ego tibi jam constitui Interpretem Ahronem: ille erit Propheta tuus.* Benè Lira: *Propheta, inquit, aliquando accipitur propriè, & ad hoc requiritur, quod habeat revelationem à Deo, sic 1. Reg. 9. qui hodie Propheta dicitur, olim appellabatur videns: Aliquando accipitur largè pro eo, qui verba Dei denunciat ac exponit, licet ea à Deo non habeat immediatè, & talis magis propriè dicitur Interpres vel prolocutor: & hoc modo dicitur hic Ahron Propheta:*

unde

unde etiam dicitur Propheta Moſche: non Dei. Sciendum tamen, quod licet Aaron propriè non dicatur Propheta hoc in loco, aliunde tamen poteſt probari, quod habuit revelationem à Deo immediatè Exod. 4, 27. 1. Reg 2.

Concl. 3. Cum ſtatim inſtructioni Moſis & Aaronis ſubjiciatur fulmen illud: *Ego indurabo cor Pharaonis*, verbulo ſaltem indicabimus fontes vindicandi textus à blaſphemis adverſariorum gloſſis. Notetur ergo 1. ſignificatio verbi קשה qvod hîc in Hiphil notat *pœnalem compactionem.* 2. In hâc pœnali compactione jam ſupponitur compactio, & induratio vincibilis criminalis ſ. *cor Pharaonis ex affectata reluctantiâ*, excuſsâ gratiâ univerſali, cujus effectus poſſibilis erat illa non reluctantia, & ſpeciali, compactum: probatur ex *c. 3, 19. c. 7, 14. & 22. c. 8. 15. 19 32.* 3. ו finale docet Finem Dei compingentis & pœnalitèr indurantis cor Pharaonis, non fuiſſe *peccatum Pharaonis: ſed manifeſtationem juſtitiæ ac majeſtatis* conf. c. 7. 3. memb. 2. Benè iterum Lira: *Sciendum, quod Deus, non eſt cauſa obdurationis cordis, in quantum eſt peccatum: hoc enim modo eſt à libero arbitrio. Deus autem eſt cauſa indurationis, in quantum eſt pœna: quia in pœnam peccati ſubtrahit gratiam, cujus eſt cor mollificare, & ideò ſubtractâ illâ ſequitur obduratio cordis humani in ſuo malo.* Subjiciamus nunc qvid Rabbini Judæorum de hâc *indurationе* ſentiant: Abenesra ad v. 3. c. 7 *Quæri*, inqvit, *poteſt, quomodo poſſit Pharao peccati vel transgreſſionis accuſari, ſi Deus induravit cor ejus: ſed*, inqvit, *reſponſio eſt, quod hòmini à Deo data ſit naturalis ſapientia, & implantata intelligentia, ut per virtutem excelſi Dei poſſit bonum ſibi augere, malumq; minuere. Senſus verò illius, indurabo cor ejus, explicandus eſt ex multiplicatis ſignis, quæ fecit (Moſes) in Ægypto.* Neq; Calviniſmum ſapit R. Jarchi, ita προφθάζων: *poſtquam Pharao voluit impiè agere & me irritare, haut dignus fuit ut Spiritus meus deſcenderet in eum, & daret ei cor tractabile & perfectum: ſed obdurabitur cor ejus. Mos enim Dei eſt, ita de nationibus ſupplicia & ultionem ſumere.* כן מדתו שהבורא סביא פורפנוק על האומות. Sed hæc Raſchii vera ſunt. Conf. Deut. 2, 30.

2. *Magi Ægypti.* **Da fodert Pharao die Weiſen vnd Zauberer.**

CConcl. 1. Qvos חכמים המכשפים vocat Moſes Exod. 7, 11. illos

σοφιστὰς

Σοφιστὰς καὶ φαρμακὸς vocat Græcus. Videndum an rectè. Placet primò *Sophistas* dici: verè enim fuerunt non σοφοὶ: sed σοφισταὶ i. e. χρηματιζόμενοι σοφοὶ ἀλλ' οὐκ ὄντες; licet & Hebræis & Græcis aliqvando sapiens dicatur, qvi est σοφιστὴς: ut in illo ὁ δεξαμένου σὺν σοφὸς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

Concl. 2. Iidem Sophistæ Ægypti in edit. Græc. Rom. vocantur φάρμακοι & Aqv. κρυφιασταὶ, qvi sunt, qvos חרטמים vocat authenticus textus: *Interpretes somniorum, & qui occulta conjiciunt, vel præstigijs etiam* occultum qvid & miraculo *simile facere videri*; & occultando artem in admiratione apud homines esse volunt. Rectiùs autem per Magum redditur i. e. qvi veneficiis aut magicis incantationibus operatur: qvàm per *Genetliacum:* licet Hebræi explicent per יורעי סור התולדה. Neq; alitèr φαρμακεὺς intellectus est Magno Budæo, & Synesio. Concedere autem possumus, uti rem: ita nomen חרתם Ægyptiacum esse, qvod probat Aben-Esra.

3. *Baculi Magorum serpentes.*

Vnd die Egyptischen Zauberer theten auch also mit jhrem Beschweren. Ein jeglicher warff seinen Stab von sich / da wurden Schlangen darauß.

COncl. 1. Qværitur qvid sit illud Exod. 7, 11. & 22. mit jhrem Beschweren? R. 1. in fontibus semel להטים: semel לטים. Licet Onkelos utrumqve expresserit per לחשין s. *susurrationes*. 2. Significat a. להט flammam, & porrò *flammam* s. *fulgorem gladij, lanceæ* &c. ut non improbabile sit colligere, *Magos illos certis incantationum instrumentis, non solum nominibus & execrationibus usos esse*. 3. לטים rectius est â לאט vel לוט & *secretas ac arcanas notat incantationes*, vel *incantantium orationes*, qvibus mira s. פעולה זרה operantur.

Concl. 2. Non desunt, qvi hîc ἀκρίβειαν versionis in Luthero desiderant, qvod reddiderit: Da wurden Schlangen darauß: cum reddendum sit: Die Stäbe wurden zu Schlangen / ne sc. *transmutatio creaturarum* Diaboli potentiæ subjiciatur. Cœterum 1. *transmutatio talis* æqvè ex hâc: ac illâ versione concipi posset; si enim *verè baculi*

baculi illi facti sunt in serpentes. 2. Interim neutrubi excluditur *modus præstigiatorius:* qvi ergò paulò antea baculi, nunc verè sunt serpentes, ut *à parte objecti* tàm sint serpentes, illi Magorum: qvàm Mosis & Aaronis. 3. Si de modo qværatur, resp. Mosis & Aaronis fuit miraculosus. Resp. Magorum, *mirus:* sed *præstigiatorius:* expresè enim Spiritus S. illos vocat 1. מכשפים, seu *præstigiatores.* 2. illis tribuit להטים & לטים, seu *incantationes Magicas:* unde & 3. *baculus Mosis* μεταμορφωσάμενος *deglutivit Magorum baculos.* An autem subtractis repentè baculis, serpentes suppoſuerint: an in corruptam celerrimè baculorum materiam, serpentum indito semine, Dæmonum arte, serpentes produxerint, (cum aliàs insectorum & serpentum qvoq; ex putri materiâ generatio naturæ sit possibilis) securò ignoramus: sensuum autem frustrationem vel medii turbationem interveniſſe non putamus. Cæterum qvi hîc præstigias cupit, Tostatum consulat: neq; indigebit pharmaco.

LOCUS IV.
PLAGÆ ÆGYPTI,
ex cap. 8. Exodi.

Concl. 1. Ponitur 1. צפרדעים seu *Ranæ* adusq; v. 12. qvâ voce RANARUM *comitia* notari, nullum Hebræis dubium. 2. כנם à v. 12. ad v. 16. 3. הערוב à v. 16. ad finem cap. De posterioribus duabus plagis maxima qvæstio est.

Concl. 2. Vulgatus vocem כנם reddidit per *cynifes,* qvæ *Muscæ sint subtiles, & minutæ, corpus tamen, cui insident, acerbissimo torrent stimulo.* At Græci Pediculorum speciem hîc interpretantur: Josephus etiam φθειρῶν miminit. Neq; dubium Hebræorum Magistris, qvin כנה pediculum significet, unde plurale כנם literâ Jod deficiente, pro pleno כנים; licet & reperiatur כִּנִּם seu הַכִּנִּם notans totam illorum pediculorum, ingvinalium qvoq; colluviem c. 8. v. 13. qvæ prodiit, ex percusso Ægypti pulvere tantâ multitudine super homines & bestias, ut nullo amplius medicamine

ſubveniri potuerit: & prætereà, tantâ fœditatè, qvantâ multitudine.

Concl. 3. Non minus horrenda peſtis fuit, qvæ tertio loco ponitur nomine ערוב qvam vocem Vulg. *per omne genus Muſcarum, ſeu muſcam omnimodam,* ita ut non excludatur κυώμυια ſeu *muſca canina,* reddidit, planè, ut Græci: ita *ut ex elemento aeris diverſi generis muſcæ, quarum aliæ habuerint aculeos venenoſos, aliæ aliter, prodierint:* verum uti in hâc plagâ muſcarum comitia non excludimus: ita non illas ſolum: ſed & *multitudinem mixtam diverſi generis animalium,* aſpectu terribilium, morſu noxiorum intelligimus, non *excluſis ſerpentibus, ſcorpionibus,* imò nec luporum, pardorum, leonum furoribus: neq; aliter vox Hebræa, qvam *mixturam beſtiarum ex variis & multis ſpeciebus collectam,* notare dudum vidit & Munſterus & Lira in h.l. Convenit Joſephus hanc vocem exprimens per θηρία παντοία καὶ πολύτροπα; neq; diſſentit Chaldæus, dum egregiè exprimit per ערבוב id eſt, *colluvies inſectorum animalium, ſ. colluviē miſtorum omnis generis animantium,* in qvâ nec excludimus κόραξα *ſeu* ערובא, uti Chald. alter reddidit: ſed ſolus corvus non ſufficit.

LOCUS V.

Exod. 8. v. 21.

Wenn wir der Egypter Greuel vor ihren Augen opfferten/ würden ſie uns nicht ſteinigen?

Concl. 1. Argumentum Moſis tale eſt: *Quod conjunctum neceſſariò foret, cum totius Ægypti offendiculo, & præſenti Iſraelitarum periculo, id non eſt committendum. Atq; oves & boves ſacrificare* in terra Ægypti *eſt tale quid.* E. probat minorem: qvia objectum ſacrificiorum Iſraelis, eſt *abominatio Ægypti, ſeu religiosè colitur ab Ægyptiis,* qvi proinde Deos ſuos mactari, & illis ſacra fieri, non ſine offendiculo, & religioſo zelo aſpicere poſſent: ſed inde occaſionem arrepturi eſſent, lapidandi Iſraelitas. Concludit ergò Moſche: לא נכון *non tutum, rectumq; ſatis eſſe illud reſponſum.*

Concl.

Concl. 2. Illud: *abominatio Ægyptiorum*, respectu Verbi זבח seu *mactandi, sacrificandi*, habet se objectivè: neq; enim ipse *actus offerendi* abominabilis erat Ægyptiis: neq; id qvod offerebatur, ab Israelitis erat *objectum abominationis*, id est, *despectum, vile, ignobile*, Ægyptiis sc. צאן ובקר: venerantur enim Apin in specie *Tauri*: Jovem in specie *Arietis*: nec, qvod viles offerrent species, lapides erant metuendi Israelitis: erat ergò תועבת מצרים id est, *Idolum Ægyptiorum, quod abominationis nomine passim scriptura exprimit*: & adeò rectè expressit Chaldæus: בעירא דמצראי דחלין id est, *Jumenta Ægyptiorum* (sunt Dii illorum, qvæ) *ipsi venerantur: an ex illis nos sacrificabimus jumentum Ægyptiorum, quod illi religiosè colunt, spectantibus illis? annon* יסרון לחרגמנא lapides loqventur, seu conclamabunt ad *lapidandum nos?* Optumè.

LOCUS VI.

Exod. 9, 16.

Vnd zwar darumb habe Ich dich erwecket/ daß meine Krafft an dir erscheine/ und mein Name verkündiget werde in alle Land. Du trittest mein Volck noch unter dich.

Concl. 1. De emphasi verbi העמדתיך qværitur, an tantùm dicat actum Dei μακροθύμως sustentatoris, in statu suppositi vas iræ conservantis, & cum intentione μετανοίας tolerantis: an, illo materialitèr supposito, dicat actum Dei cum intentione majestaticæ διαιτοχειρίας objectum in statu modificato de novo ponentis ac ordinantis? Pro utroq; subordinando facit 1. *vis vocis* ואולם qvæ emphaticè suspensiva est illius, qvod antecedit, fluentis supplicii: maximè si attendatur, 2. *vis Rbia* oppositiva & planè pathetica in primâ illâ voce, & 3. *totius textus cohærentia*: ait Deus, *hâc vice omnia mea supplicia in te tuosq; effundam*, v. 14. *ego te populumq; tuum peste percutiam: ut exscindaris de terrâ illâ*, v. 14. & 15. Excipere hîc mens humana poterat; hîc demum, non antea illo justitiæ perfevero exercitio Deum agere potuisse in Pharaonem, extra impedi-

pedimentum gratiæ. Occupat Deus 1. ego jam antea te rebellem ex justo judicio, terribili tollere potuissem supplicio, 2. at qvod te vas iræ toleravi, id est ex πολλῆς μακροθυμίας beneficio. 3. Cæterum post irritatam tolerantiam & superbissimam repugnantiam (auferendo omnem majorem resipiscentiæ gratiam) te *excito*, imò jam antea (ut suppositum & præscitum vas iræ) *excitavi* (judicialitèr indurando) ut sis justitiæ ac potentiæ meæ glorioſæ spectaculum: 4. vix ullibi gravis aucta radicis עמר, præcisa constitutione, servationem in statu notat conf. 1. Chr. 6, 16. Lev. 14, 11. cap. 16, 7. c. 27, 8. 11, 2. Chron. 9, 8. Esr. 2, 68. c. 9, 9. Sed & 5. expresse Apostolus reddidit per: ἐξήγειρά σε Rom. 9, 17. & adeò utrobiq; rectè noster Lutherus: Darumb habe Ich dich erwecket: Qvin & 6. argumentatio Apostoli: *Deus Pharaonem justè excitavit ad hoc, ut in illo ostenderet majestatem suam. E. Deus quem vult indurat*, qvi nexus est c. 9. Ep. ad Rom. v. 17. 18. Excitare ergò Pharaonem, est pœnalitèr indurare: sed & 7. consideretur emphasis vocis מסתולל in v. seqventi.

Concl. 2. Planè magnanimus noster Lutherus cum Chaldæo convenit, qvi ita memb. 1. expressit עד כאן את כבישת ליה לעמי videndum an etiam cum fontibus? in סלל *extollendi* est significatio Prov. 4, 8. Esa. 57, 4. inde *exaggerandi*, juxta illud Ps. 68, 5. סלו לרכב בערבות id est, *exaggerate, seu aggerem facite, invehenti in amœnitatibus*: additur statim modus *exaggerandi altissimi sc.* שמו ביה *in* JAH *nomine ejus.* JAH ergò medium est *exaggerandi* IHOVAH: sic *Maria*, exaggeravit *incedentem in amœnitatibus*, qvando intonuit illud: *Magnificat anima mea Dominum, & spiritus meus exultat in Deo servatore meo.* Nexus est in usu JAH, qvi non est nisi in Eucharisticis.

Concl. 3. *Duplex* in uno hoc vocabulo מסתולל *emphasis est*, una *conjugationis*, altera *significationis.* Hæc, *exaggerationem* seu elevationem in aggere seu congesto tumulo, notat conf. Jer. 18, 15. Esa. 62, 10. illa *reciprocationem*: estq; hîc emphasis talis: sancti *non extollunt se ipsos*: sed *extolluntur*: non *elevant cornua*: uti

impii

impii Ps.75, 5. sed *cornu illorum elevatur in cornu salutis*, 1.Sam.2,1.10. Psal. 92, 11. Emphasis ergò respectu *significationis est:* Tu, Pharao, populum meum habes instar trivii, seu *aggeris triti*, in qvo tàm superbè incedis, uti in *aggere trito:* & ita optumè convenit Lutherus noster: Du trittest mein Volck noch unter dich

Concl. 4. Respectu conjugationis: Tu, Pharao, *teipsum extollis: ipse cornu tuum erigis; contra cornu salutis, ipse te exaggeras: igitur deponeris:* Es werden dir die ohnmächtigen Hörner tapffer abgestossen werden. *Quin an adhuc tu exaggeras teipsum in populum meum? Morale:* Qvi seipsum exaltat humiliabitur: qvi se humiliat, & *solum cornu sulutis* exaltat, ejus cornu suo tempore exaltabitur: qvin exaltatio sui ipsius est cum ὑποστολῇ, seu *defectione à verò Deo:* & qvi ita est filius ὑποστολῆς in illum convenit illud prophetæ: הנה אפלה לא ישרה נפשו בו conf. jam Chab.2, 4. Heb.10,38.

LOCUS VII.

Exod. 11, 7.

בשלחו כלה גרש יגרש אתכם מזה:

Concl. 1. Paucula hoc loco monebimus, qvæ textum sacrum illustrare possint. In plagâ Ægypti VI. Exod. 9, 30. fontes habent: ואתה ועבדיך ידעתי כי טרם תיראין מפני יהוה אלהים. Dubium in sensu facere videtur vox טרם de qvâ digladiantur duo Eximii Rabbini, R. S. Jarchi vocem per עדיין לא *hactenus nondum*, & hîc, & semper exprimendam particulam dicit, non autem simplicitèr per טרם *antequam*, & dat regulam generalem: כל טרם שבמקרא עדיין לא הוא ואינו קדם: id est, *omne* טרם *quod reperitur in scriptura, idem est quod nondum: non autem antequam.* Contrà R. Aben-Esra: 1. N. טרם est negativum אין טרם כמו לא 2. post טרם semper venit הענין seu argumentum ἀποδοτικόν. Unde 3. hoc loco vel πρότασιν putat subintelligendam, vel ex præcedenti versu iterandam, scil. אפרוש כפי, ut sit sensus: *Antequam expandam manus meas & impetravero cessationem plagæ, reverebimi*

bini (qvidam) *à facie IHOVAH ELOHIM metuetis castigationem & plagam:* (sed desinente plaga ad rebellionem priorem redibitis) nec huic loco similem esse dicit in Scripturis: vel 4. probandam interpretationem R. Hag. Sadiæ, qvi ἀπόδοσιν illius טרם ponit in v. seqv. hoc sensu: *Ego egressus urbe expansis ad IHOVAH manibus impetrabo quidem, ut tonitrua & horrida grandinis illa procella desinat: cœterum jam antea novi, qvod antequam vos reverebimini IHOVAH, linum, & hordeum incurabilem acceperint plagam.*

Concl. 2. Rejicimus insulsas has duorum Rabbinorum ἑρμηνείας: *illam* qvidem, qvod *1. ellipsin integræ* προτάσεως *fingat: 2.* טרם *Munachatum ab immediato vocabulo Sakephkatonato* (sphalma enim crassum satis est in *Buxtorfianis Bibliis* ponens in voce תיראון Merca, qvod spurium docet *sequela Itib & Munach in oratione antecedente, analoga planè in tali Mono- & disyllabo ante Sakephkat.* & improportio distinctionis per *Tiphcha* in voce מפני seqventi ex hypothesi illius *Merca* in תיראון) *divellat,* & contra πάσης γραφῆς Θεοπνεύστου autoritatem (in *Munach* conjunctivo ante(:) *territorium statuat:* qvod 3. in Pharaone & servis ejus illam יראת מפני יהוה אלהים, & adeò *veram & religiosam contritionem, timoremq; eundem specie cum Christianis proprio,* supponat: qvod nec *confessio illa Pharaonis* v. 27. 28. nec eventus *in peccando perrectionis, & gravioris indurationis* v. 33. postulat: qvod 4. in illo fictitio ἀποδοτικῶ *integram orationem oppositivam seu adversativam* iterum subintelligat, & nescio qvam *Aposiopesin.* Nec minus rejicimus *alteram,* qvod 1. *emphaticam accentuationem Atnach post Tiphcha in voce secundâ: & immediati* ׃ *post* ׀ *plane frustra habeat.* qvod 2. *pariter religiosum timorem in Pharaone & servis ejus supponat:* qvod 3. *ex hypothesi dandæ* ἀποδόσεως *explicitæ,* PHARAO & servi ejus positum in ἀποδόσει, & adeò *loco lini & hordei percussi,* surrogationem reqvirant. qvod 3. ἀποδοτικὸν planè *absurdum & monstrosum statuat,* tale sc. Wenn ich meine Hände werde außbreiten/ gegen dem HErrn/ wird der Donner und Hagel auffhören; Ob ich gleich weiß/ daß/ ehe denn du und deine Knechte sich fürchten werden/ für Gott dem HErrn/ der Flachs/ weil er Knoten gewonnen/ und die Gerste/ weil sie schon geschosset/ wird geschlagen seyn; Aber

der

der Weitze und Rocken/ als spät Getreide/ wird nicht geschlagen seyn. Absurda resolutio.

Concl. 3. Utriusq; hujus στρεβλότητος Rabbinicæ origo, particulæ טרם acceptio, qvæ *in formali* infert *negativam perpetuam: Nondum*, vel *hactenus nondum*, & sic stat absolutè, sine ἀποδόσεως seqventis relatione: accidentalitèr saltem, *suppositivam complexam & hypotheticam*, & sic sonat: *Antequam* seu קדם sic: טרם צמח nondum germinavit: at ברא יי׳ אל׳ עשב השדה טרם יצמח creavit IHOVAH ELOHIM herbam agri cum nondum germinasset seu anteqvam germinavit. Gen. 2, 5. sic טרם ישכבר *nondum cubuerunt*: at si addatur: אנשי סדם נסבו על הבית, manet qvidem vis negativæ· *nondum* cubantibus illis, Viri Sodomitæ circumdederunt domum: sed qvæ ex accidenti seu materialitèr æqvipollet huic: *antequam illi cubuerunt: hi domum cinxerunt*, Gen. 19, 4. Deliravit hîc ergò vehementèr cum suo Hagaone Rab. Aben-Esra: rem autem acu tetigit Rab. S. Jarchi, qvem proinde secutus noster Lutherus accuratè expressit: Ich weiß aber/ daß du und deine Knechte euch annoch nicht fürchtet für Gott dem HErrn. Illa enim *essentialis* & perpetua est vocabuli acceptio: altera non nisi *accidentalis*, materialis, resolutiva, in certâ sc. suppositione orationis hypotheticæ. Interpretatio emphatica est: *Quod ad* IHOVAH ELOHIM, cujus est terra, *attinet*, ille qvidem, me, supplices expendente manus, *tonitru & grandinem* sistet, & me clamantem exaudiet. Etsi, *quod ad te, & servos tuos attinet: certò scio, quod tu & servi tui nondum timeatis à IHOVAH ELOHIM.* Qvæ interpretatio emphasin accentuationis seqvitur.

Concl. 4. Explodendus autem hoc loco Vatablus, qvi planè hîc uti alibi errantem Rabbinum Aben-Esra est secutus: *Scio quod & tu & servi tui, antequam orem, timeatis à facie Jehovæ Dei.* Contra laudandus Vulgatus, nimis temerè hic correctus: *Novi autem quod & tu & servi tui, necdum timeatis Dominum Deum* (tuum) præivit jam ante Chaldæus, qvi accuratè per suum עד כען לא expressit, uti Græcus per suum οὐδέποτε, qvam significationem esse in טרם primam & perpetuam jam supra probavimus.

Concl.

Concl. 5. In plagâ hac sexta memoratur *lini hordeiq́;* strages: non item *tritici* & *speltæ:* horum ratio ponitur, qvia hæc אפילות id est, *cal ginosa, adhuc sub glebâ abscondita, serotina:* illorum, qvia 1. השערה אביב. 2. הפשתה גִבְעֹל. Qværitur hîc ergò 1. qvid אביב? Resp. *Quod in spicam excrescebat,* & adeò qvod *viride erat,* uti Vulgat. & Vatabl. vel: *Quod maturescebat,* uti Munsterus. Vox ipsa, *culmum, spicam,* seu *quod excrescit in spicam not at,* unde nomen *primo mensi anni sacri.* Qværitur 2. qvid גבעל? R. cum *linũ culmum, cannam seu calamum assumit,* jam est הפשתה גבעל. Qværitur 3. qvid כֻּסֶּמֶת? Resp. Heb. *Speltam* intelligunt frumenti genus ttitico conforme, nisi qvod grana in ipsa aristâ & extra, Thecis includantur.

Concl. 6. In octavâ *locustarum* sc. plagâ, eadem vox טרם dubium movet: הטרם תדע כי אבדה מצרים; Neq́; enim repugnat ulla harum interpretationum *1. An nondum agnosces, Ægyptum perditam esse?* qvam probant *Chald. Græci, Vulgat. Raschi, Munsterus. 2. An antequam agnoscas* (illam sc. *violentam detentionem Israelis esse fundi nostri calamitatem,* confer v. præced.) *interibit Ægyptus?* Sol Egypten zuvor untergehen/ ehe denn du zu rechter Erkäntnus dieser Plagen kommen wilt? *3. An antequam agnoscas, quod perierit Ægyptus* (non vis dimittere homines hos, ut serviant IHOVAH Deo suo?) *4. An antea experieris,* (clarissimè ad sensum usq́; percipies) *Ægyptum interiisse,* qvomodo Aben-Esra & post hunc *Vatabl. Lutherus:* Wiltu zuvor erfahren/ daß Egypten untergangen sey? Nos 2. rejicimus. 4. ex 3. fluentem & æqvipollentem subordinamus: 1. probamus.

Concl. 7. Ad ultimam nunc plagam accedimus, & verba textus in titulo expressa: Qværitur hîc 1. *An rectè Vulgat. totum illud memb. 2. expresserit per: Exire compellet?* Resp. 1. omisit ἐμφατικώτατον כלה. 2. gradationem in 1. שלח 2. כלה 3. גרש. Qværitur 2. *An illud* כלה *rectiùs Vatablus referat ad antecedentia, an LXX. ad sequentia?* Resp. כלה habet ex accentuatione ׃ post: in tali posiru *respectum analogum & geminum* ad antecedens & conseqvens. Uterq́; ergò rectè: ille: *Cum dimiserit, omninò, expellendo expellet*

vos

vos hinc: ὅταν δὲ ἐξαποστείλῃ ὑμᾶς ὧδε πάσῃ ἐκβολῇ ἐκβαλεῖ ὑμᾶς Sensus ſcil. 1. Pharao per hanc plagam adigetur ut *dimittat vos.* 2. non verò *dimittet vos cum conditione,* uti, vel *itineris non prolongandi,* uti in plagâ 4. cap. 8, 28. vel *parvulorum reſervandorum,* uti in plaga 8. cap. 10, 11. vel *pecoris ſaltèm relinquendi,* uti in plaga 9. cap. 10, 24. Sed *abſolutè,* vos dimittet: & ubi abſolutè vos cum *parvulis,* cum *pecore,* daß nicht eine Klawe dahinden bleibe / dimiſerit, *in univerſum* qvoq; *expellendo, expellet,* id eſt, *abſolutè, conſumatè cum vehementiâ & impetu* vos expellet, ejiciet. conf. Deut. 12, 29. 30. 32.

LOCUS VIII.

מושב ישראל במצרים

ſeu

Habitatio Iſraelis in Ægypto 430. annorum.

Exod. 12, 40. 41.

Concl. 1. Non deſunt, qvi ad illos numeros, qvorum ſint קצורת נסתרות במקרא hos 430. annos, bis v. 40. & 41. expreſſos referunt, uti illum 40. annorum numerum 2. Sam. 15, 7. Cum enim à *Caath ingreſſo* cum Jacobo in Ægyptum, etiam ſi detur hypotheſis, *Caath* genuiſſe *Amram:* hunc *Moſen* circa vitæ extremum, non niſi 270. & additis 80. *Moſis,* 350. emergant, & etiam ſic 80. adhuc deficiant, omninò *præciſo Ægypti ſtatui,* non conveniunt 430. anni: multoq; minus convenient, ſi abſtrahantur anni Amrami, in ætate Caathi, & anni Moſis in ætate Amrami.

Concl. 2. Eqvidem ſuppoſitis 1. ab *egreſſu Abrahami ex Ur Chaldæorum ad usq; ſemen Abrahami* fluxiſſe 30. annos. 2. à *ſemine* item *Abrahami peregrino in terra non ſua,* ad usq; *Exodum* exactos 400. an: ex Gen. 15, 13. (ubi illi 400. anni non admittunt nexum cum *præcedente inciſo parenthetico:* ſed cum membro 1. ſc. *cum ſemine peregrino in terra non ſua* planè uti ſimilis poſitus Exod. 12, 15.) facilè panditur intervallum inter *Abrahamum peregrinum,* & ſeminis ejus ex Ægypto *Exodum,* idemq; inter *promiſſionem* benedicti ſeminis, & *promulgationem Legis* 430. annorum: qvos uti hîc Moſes: ita Apoſtolus Galat 3. exprimit: ſed qvomodo מושב ישראל במצרים?

Concl. 3. Græci igitur audacter adimplent: ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἣν κατῴκησαν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, τετρακόσια τριάκοντα ἔτη Cæterum noterur 1. vocem מושב inferre complexum totius illius temporis, qvo Israel jam inde à *capite Abrahamo* fuit גר ותושב, idq; בארץ לא להם, *seu* בארץ מגוריהם, uti alibi Spiritus S. loqvitur: id ergò exprimitur 430. annorum numero: 2. illud מושב ad Ægyptum alligatum fuit *principalissimè*, tùm resp. ipsius regni, jam tùm *superioritatis* & *eminentiæ*, tùm resp. Israelis in Ægypto *commorationis in capitibus Abrah. Isaaco, aliquotiens institutæ*, tùm resp. *inhabitationis continuæ*, in illo מושב famosissimo, tùm resp. *eductionis* ex Ægypto, servorum domo, *gloriosæ*: 3. ne autem præcisè ad solam Ægyptum totum מושב restringeret, omittitur in vers. seqventi: & saltem ponitur: מקץ תרל שנים &c.

LOCUS IX.

NOX OBSERVATIONUM.

Exodi cap. 12, 29. 42.

Concl. 1. Solemnis illa & sacrosancta EXODI nox in illustri versu 42. singulari honoratur nomine ליל שמרים, neq; ullibi vel vox illa שִׁמֻּרִים vel nox alia hoc titulo venit. Qværitur ergò qvid sit לֵיל שִׁמֻּרִים? Chaldæus simplicitèr per לֵיל נְטִיר seu *noctem observabilem* expressit: Eine dem HErrn heilige Nacht/ cum qvo convenit versio magni nostri Lutheri: Die Kinder Israel sollen sie dem HErrn halten/ sie und ihre Nachkommen. Illustrat verò hunc sensum illud emphaticum in utroq; membro ליהוה, maximè, si Chaldæi admittatur explicatio per: *Comm IHOVAH.*

Concl. 2. Cæterum alitèr illud ליל שמרים intelligit Targum Hierosolym. & qvidem ita, ut vox ליהוה dicat non *terminum*: sed *principium*, ac si reddas: Eine von dem HERRN selbst hochgeheiligte Nacht: ita enim παραφράζει: ליל נטיר ומזומן לפורקן הוא מן קדם יהוה באפקותהון דבני ישרי/ פריקין מן ארעא דמצרים:

id est:

id est, *Nox reservata & destinata de coram IHOVAH ad redemptionem, educendo filios Israel redemtos ex terra Ægypti.* Addit idem Targum: *Quatuor illustres noctes memorari in libro Historiarum: Prima,* inqvit, *nox est creationis, quando manifestatum est* VERBUM DOMINI *ad creandum seculum hactenus rude & informe, tenebris expansis super facies abyssi: quando* VERBUM DOMINI, *& ipsum splenduit, & rudem illam molem illuminavit: Nox secunda, fuit mirabilis Abrahamo factæ revelationis, quando* VERBUM DOMINI *sese revelavit Abrahamo inter fœderales mactatorum animalium sectiones, per quas furnus fumans & lampas ignea transivit, cum super Abrahamum sopor, ac terror tenebrosus & magnus irruisset,* Gen. 15, 12. 17. *Nox tertia fuit Liberationis ex Ægypto, quando manifestavit se* VERBUM DOMINI *Ægyptiis media nocte & potenti sua dextra Ægyptiorum quidem primogenitos occidit: Israelitarum primogenitos eripuit, ut adimpleret, quod scriptura dixit: Primogenitus meus Israel. Nox quarta est seculi consumationis, quando consumabit seculum terminum suum, ut disrumpatur & transeat: quando funes improbitatis abscindentur, & jugum ferreum frangetur: egredietur Moses ex deserto: & Messias ex media Roma: uterq; loquetur ex summitate nubis: sed* VERBUM DOMINI *loquetur inter utrumq;: & ambulabunt simul Messias & Moses. Hæc nox transilitionis suprema coram* DOMINO *reservatur & destinata est, ut suo tempore ostendatur omnibus Filiis Israel.* Hactenus Targum Irusalem, qvod qvatenus VERBUM DOMINI idemq; τὸ φῶς ἀληθινὸν in creatione sub notione CREATORIS ponit, eidemq; & solemnem illam manifestationem, in qvâ Abraham vidit diem CHRISTI, & Israelis ex Ægypto redemtionem adscribit, & fidei Christianæ pulchrè convenit: & non carentia altiori indagine proponit.

Concl. 3. Ad explicandum לילי שמרים ipsius textus illustris positus multum juvat expeditus. Igitur supponimus 1. pronomen הוא incomplexum, totum est subjectum ad præced. v. יום respectivum. 2. Prædicatum est *nox observationum ipsi* יהוה, qvod velut ἐμφατικώτερον, uti aliàs objectum, territoriali definitur, & per ejus Ducem distinguitur. 3. Dicitur autem לילי

שמרים ליהוה in membro 1. ita, ut ipse יהוה sit שמר: non ille cui noctem illam שומר ישראל, seu non *objectivè*: sed *subjectivè* respectu יהוה in resolutione. 4. In membro 2. voces ליהוה שמרים malè conjunguntur: ut plus distinguat (ו) qvam (:). 5. emphasis duplicati pronominis integri, & specificantis affixi in הוא הלילה הזה hæc ipsa nox: hæc ipsa sacra DOMINO: 6. Nec adeò satisfaciunt, qvi membrum secundum ita resolvunt: *Hæc ipsa nox, est summè observanda Domino:* nec qvi totum versum in unam propositionem redigunt, ita ut juxta Vulgatum, hæc esset totius versus resolutio: *Filii Israel observare debent noctem illam observandam Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.*

Concl. 4. Nox illa in membro 1. dicitur שמרים ita, ut subjectum שמר sit יהוה: in membro 2. ita, ut subjectum שמר sit Israel: estq; illatio versus talis: *Quæcunq; nox ab ipso יהוה singularissimè fuit segregata, & ab eo peculiaritèr huic liberationis miraculo reservata, illa etiam Israeli debet esse שמרים & ab Israele singularitèr erit per omnes generatione observanda.* Antecedens verificatur in memb.1. consequens in secundo, ut sit interpretatio: *Nox illa* (qvâ *egressi sunt omnes exercitus Domini de terra Ægypti) summe observabilis* fuit ipsi DOMINO ad educendum illos ex terrâ Ægypto: *hæc* (ergò) *hæc nox, hæc ipsa* (nox) DOMINO (sacra esto) *observabilis summè* (esto) *omnibus filiis Israel in generationes suas.*

Concl. 5. Aliter autem שמרים dicitur resp. Dei in memb.1. alitèr resp. Israelis in membro 2. A parte Dei ita dicitur 1. resp. *prædestinationis*, seu qvatenus (uti totum illud 430. annorum tempus; ita hanc noctem prædestinavit ad illud προωρολογηθείας, & liberandi Israelis miraculum, & promissum adimplendum. 2. resp. *propheticæ figurationis* Gen. 15. ubi in nocte, hæc nox Exodi fuit adumbrata, & ipsa EXODUS prædicta. 3. resp. ipsius *gratiosæ visitationis*, seu qvatenus IHOVAH *in ipsa hac nocte, dum percussit primogenitos Ægyptios, conservavit Israelem*, nec τὸν ὀλοθρεύοντα admisit in domos illorum. Ab Israelis autem parte observanda maximè seu שמרים hæc nox dicitur: 1. resp. *legalis*, qvâ ritus *agni Paschalis, azymorum, amarorum* embammatum, & *convocandi solemnis* cœtus,

obliga

obligationis. 2. Solemnis hujus beneficii, tùm ut sub notione jurati: tùm ut sub notione *illustris complementi,* anniversariæ *recordationis, festi consecrationis.* 3. resp. *Eucharisticæ speculationis,* qvatenus Israelitæ in hac nocte speculatorum instar seu אנשי מטרתיו 1. Sam. 14, 13. vigilare, & majestatem DOMINI celebrare debebant, conf. Esa. 25, 8. c. 30. 28. c. 40, 7. c. 52, 7. 8.

LOCUS X. Exod. 12, 29.

Zur Mitternacht schlug der HERR alle Erstgeburt in Egyptenlande. &c.

Concl. 1. Ad novissimam percussi omnis primogeniti in Ægypto plagam, de qva jam supra qvædam monumus, redimus. Qværitur 1. qvis ille פסח ומכורת? constabit id ex expressis textibus Exod. 12, 12. 13. 14. אני יהוה v. item 23. *pertransibit* יהוה *ad percutiendum Ægyptios:* sic v. 27. יהוה פסח: porrò in complemento seu executione v. 29. expresse: IHOVAH *percussit omne primogenitum in terrâ Ægypti:* Fuerit ergò Servator ille primogenitorum Israelis, & ὀλοθρευτὴς primogeniti Ægyptiaci יהוה summus DEUS, qvem cum VERBUM nominet TARGUMISTA qvomodo & Sapientiæ liber ex Hebræorum traditione: ὁ παντοδυνάμων σου λόγος ἀπ' οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλείων ἀπέβη πολεμιστὴς εἰς μέσον τ ὀλεθρίας ἤλασε γῆς, constabit inde, illum PRIMOGENITORUM vindicem, fuisse τ λόγον, *seu* τ πρωτοτοκον πάσης κτίσεως, CHRISTUM.

Concl. 2. Cœterum qvær. an interceserit Ministerium Angelicũ, idq; an uni⁹, an plurium, an boni, an mali? sanè si tollatur hypothesis illa de הצי הלילה unus, uti in cæde castrorum Assyr., ita in *cæde primogen. per totam Ægyptũ* suffecerit Angelus, idemq; qvâ executionẽ illam in primogenitis cæsis (extra hunc n. actum, uti in reliqvis plagis: ita & in novissima hac nocte non excludim⁹ operas, artesq; Dæmonum, seu uti Græci expresserunt Psal. 78, 49. ἀποστολὰς ἀγγέλων πονηρῶν, qvòd clarè Sapientiæ liber ostendit, dum Ægyptiis in illâ terribili nocte ὀνείρους θυελλήσαντας, & φαντασίας ἐκταρασ-

σασας adscribit c. 18, 17.) bonus non malus. Nec valent objecta: respondemus n. ad Psal. 78, 49. posito, מלאכי רעים idem hîc esse, qvod מלאכים רעים, non probat textus hîc *definitè* plagam primogenitorum immissam per Angelos malos: hoc saltem *aliquas plagas inflictas esse per malos Angelos*, vel *in quibusdam plagis infligendis, operam extitisse Dæmonum*, seu *malorum Angelorum*: accedit illam immissionem Angel. malorum poni ante primogenitorum cædis plagam: & proinde, si definitè unam plagam respicit, ad *pestis* & *fulgurantis* horrendis ignibus *grandinis* plagam 5. 6. & 7. referri. Ad nomen si qvidam qvi vocatur ANGELUS, non statim est bonus, nec ex non posito ANGELI nomine bonus negatur. Dicunt iidem bono Angelo non convenire nomen המשחית contradictione manifestâ. Si enim ideò malus, qvia משחית *E*, & ille malus, qvi eodem exprimitur vocabulo 1. Chron. 21, 15. 16. qvod si hic qvoq; malus. E. qvidam malus, vocatur משחית, item מלאך יהוה. Aut ergò משחית aliqv. est Angelus bonus: aut, qvi dicitur, ANGELUS IHOVAH aliqvando est malus. Ad 3. textus ille non probat in Angelo intentionem *nocendi*: sed Deo hostibus suis in hostem mutato, Deo forti zelotæ, ultori, & Domino excandescentiæ שנקה לא ינקה etiam *vastanti, pugnanti, punienti, evertenti & exscindenti* ministeria, & sangvinarii etiam judicii executiones, versabiliqve ac flammanti lamina terribiles bellationes, præstandi expromtum officium, & signum in executione imperii Divini necessarium: extra qvod Angelus ille in Israelitarum domibus cædem fecisset, & ipse IHOVAH non transiliviſſet. Sanè *Sodomæ* & totius Pentapoleos eversores ANGELI boni fuerunt: *Bonus* item ille Paradisi terribilis custos Gen. 3. & 19. *Bonus* & ille, qvi una nocte percussit in castris Assyriorum 185000. 2. Reg. 19, 35. ut & illum מלאך המשחית 2. Sam. ult. v. 15. 16. & illa in Apocryphis Judith ac Maccabæorum exempla, & illos Persiæ ac Græciæ principes, contra qvos bonus Angelus, cui auxiliatus fuit Michael unus è principibus primis, Dan. 10, 13. 20. & 21. præliator repræsentatur, silentio nunc premamus.

Concl. 5. Uti in miraculo submersi Pharaonis, Angelos bonos

nos furorem Tyranni intuitos, ejectis flammis, deturbatis rotis, solutis frenis, præcipitatis Ægyptiis, sedulos fuisse Deo terribili judici apparitores: ita in plagâ hac Ægyptii primogeniti percussi, dubio caret. Cœterum, qvandoqvidem ad unam vocem משחית controversia redit, ejusq́; positum in v.13. & 23. inqviratur prius, an exinde statim fabricandus sit Angelus, planè ac si esset positus talis, qvalis vel 2.Sam.24,16. vel 1. Chr. 21, 15. neq́; translatio optima vocis משחית qvæ ab Apostolo 1.Cor.10,10. per τὴν ὀλοθρευτὴν exprimitur, historiam *Ægypti:* sed illam *deserti Num.14,36.* respicit. Sanè illud נגף למשמית v.13. non habere regimen seu *rationem conjuncti & distincti* accentuatio docet, & proinde ל hic non signat casum generandi: sed ex Idiotismo, accusandi: recteq́; redditur à Græcis per τοῦ ἐκτριβῆναι, à Vatablo: *plaga ad perditionem,* à Vulgato *plaga disperdens:* conf. qua positũ Dan.10,8. & illud: *Non concedet* המשטית seu *plagam perdentem, ut veniat in domus, ad interficiendum,* non statim probat Angelum τὴν ὀλοθρευτὴν: nec in executione v. 29. mentio fit *Angeli exterminatoris.* Hactenus ergò המשחית מלאך יהוה non probatur ex textu, & adeò frustrà inqviritur, *an cœlestis fuerit militiæ, an ex infernali caligine?* Si autem de ANGELO constaret, tùm eqvidem sola vox המשחית, atrum non probaret: neq́; enim criminalis: sed *judiciaria & pœnalis* hîc notatur השחתה; qvin & Deus ipse, ita (cujus omnes viæ sunt משפט, & de qvo qværenti illud שחת לו Moses resp. לא cum sit בניו סומם Deut.32,5.) משחית Gen.19.14. dicitur, ibidemq́; tales boni Angeli, qvalem & illum æstimamus 2.Sam.24,16. 1.Chr.21,15. qvin hâc ratione המשחית non magis hîc excluderet pluralitatem: qvam 1. Sam.13,17. ubi המשחית *notat tres turmas prædonum Philistinorum.* Prius ergò Angelus ex textu probetur, anteqvam *an ater an albus* fuerit, an unus an plures, disputetur. Nos saltem, qvæ de pluribus, vel de uno Angelo in locis pluribus, uti & qvæ pro malo Angelo objiciuntur, supra examinare voluimus, & infirmitatem rationum ostendere.

Concl.6. Qvær.2. de immissæ huj⁹ plagæ tempore? R. id definitur per הלילה seu noctem illam שמרים v.12. & 24. adeò ut & ante illã jam nox fuerit, & post illam jam exactam *nox adhuc, etsi præcipitans*

cœlo

cœlo duraverit, uti docet v. 30. & 42. qvin specialissimè describitur per חצי הלילה seu *medium noctis*, qvomodo & Chaldæi pet פרגות לליא, & Græci per μεσάσης τ νυκτὸς expresserunt optumè. Cœterum hîc qvæstio est, an illud *noctis medium* præcisè supppnat pro puncto illo mediæ noctis, qvod *Meridiano* opponitur, circa 12. *nocturnam*, ubi est μεσονύκλιον, an totam illam includat *3. horarum vigiliam?* R. Affirm. prius, ita tamè ut non excludatur duratio levis, & vel unius horæ, nec adeò, ex hypothesi Angeli המשחית opus sit, *vel* משחיתים multiplicare, vel uni Angelo plura UBI simul assignare, vel Geometriam Ægypti designare. IHOVAH ipse per Ægyptũ in illa nocte pertransivit v. 12, & 23. IHOVAH *ipse omne primogenitũ in terra Ægypti percussit*, ibid. interfecit seu occidit c. 12, 29. c. 13, 15. Ihovah ipse ostia sanguine agni rubricata *transiliit* c. 12. v. 13. & 23. ad id successu temporis seu morâ haut indiguit. Obj. qvidem pro successivâ 5. vel 6. horarum cæde primogenitorum, edictum de non egrediendo עד בקר: cœterum nec ex hoc illud seqvitur: nec per Mosen & Aaronem egredientem nocte illâ v. 31. ipsumq; Israelem ejectum ex Ægypto eadem nocte v. 33. 29. 42. edictum illud violatur. Qvin *egrediente nocte illa Mose & Aaron, jam exortus erat clamor magnus in Aegypto*, qvia jam tùm *nulla erat domus, in quâ non esset mortuus*, v. 30. Qværitur 3. de objectis plagæ? Resp. 1. *Primogenitum omne ab homine ad bestiam* v. 12. & cap. 13, 15. *Primitiæ fortitudinum in tabernaculis Ham*, Psal. 78, 51. qvâ illustri PRIMOGENITORVM periphrasi gaudet Spir. S. etiam Ps. 106, 36. 2. in ipsis hominibus Ægyptiis *à Primogenito Pharaonis sedente super thronum ejus, usq; ad primogenitũ captivi, in domo carceris*, c. 12, 29. & c. 11, 5. ut adeò πᾶς μίαν ῥοπὴν, *præstantiss. eorum proles interierit, eadem servus quæ Dominus perpessus* Sap. 19, 12. 13. sc. ab honoratiss. ad vilissimum usq; mortui omnes primogeniti, nec adeò filiifamilias saltem, &, adhuc sub potestate patriâ: sed horum etiam patres, qvi suis patribus olim primogeniti fuerant: inde ergò mista senum & juvenum densabantur funera, & in eâdẽ domo moriebatur filius, pater, avus, qvi suis singuli patribus erant primogeniti. Unus excipiebatur,

Rex, si tamen ille primogenitus fuit, qvod in medio relinqvimus.

DECAS X.

LOCUS I.

Exod. XIII. 2.

PRIMOGENITUM MASCULUM DOMINO SACRUM.

Heilige mir alle Erſtgeburt/ die allerley Mutter bricht/ bey den Kindern Iſrael/ beyde unter den Menſchen/ und unter dem Viehe/ denn Sie ſind mein.

Concl. 1. Uti fundamentum *Agni & Feſti Paſchalis:* ita *Primogenitorum conſecrandorum ſpecialitèr,* legis, eſt in Exodo: Illud *Angelus percuſſor tranſiliens convivales & ſanguine* τὸ Πάσχα *rubricatas Iſraelis domus:* hoc *primogenitum omne Ægypti per* מראך המשחית *circa Meridianum Noctis feſtæ,* ſeu לילה שמרים *trucidatum:* & *Primogenitum Iſraelis ſervatum,* qvod proinde *ſignatum memorabile,* prius eſt ſigno memorante, & à Moſe per revelationem acceptum, *illo ipſo die* Exodi eſt revelatum Exod. c. 13. v. 4. Lex ipſa *de ſpecialitèr ſegregando inter filios Iſrael omni Primogenito* aperiente πάσαν τὴν μήτραν, tùm in *homine:* tùm *in jumento* formalitèr *in memb. 1.* fundamentalitèr & finalitèr eſt in *memb. 2.* unde patet membrorum analogia extenſivè inæqvalis ſc. memb. 1. **Heilige mir alle Iſraelitiſche Erſtgeburt an Menſchen vnd Vieh:** memb. 2. **Alle ſolche Erſtgeburt iſt mein/** conf. Exod. 34, 19. ſc. *non naturæ ſaltem & communi gratiæ jure:* qvo *Domini eſt terra & plenitudo ejus:* ſed *& ſingulari* in illis qvidem *beneficii:* in Ægyptiis, *judicii jure.* Ertant autem qvi territorium memb. 1. *Atnachatum & objecti expreſſivum* formalitèr nectunt cum memb. 2. ſeu לי הוא neqve enim unqvam minus diſtinguit ^ qvam (:) licet non negemus totum illud objectum, & *materiale* ſc. בכור פטר כל רחם repræſentari in pronomine הוא velut *ſubjecto integræ propoſitionis,* etſi *biſyllabæ.*

Concl. 2. *Synonima Primogenitorum* sunt, qvod 1. ob משפט בכורה seu *jus Primogenituræ* Deut. 21, 17. Gen. 25. 32. בְּכוֹרִים (contradistincto à בְּכוֹרִים qvippe qvæ vox non est, uti illa, *suppositi animalis.*) 2. פטר רחם *s.* Διανοῖγον τὴν μήτραν, cui convenit Chald. פתח ולדא: neq; verò semper cum *uteri* vocabulo, velut *principio quo:* sed & immediatè cum *speciei* seu *suppositi animalis* vocabulo, ut *principio quod* conjungitur, & adeò absolutè primogenitum *Pheter* seu, *aperiens cum divulsione*, seu *laxatione* sæpè dicitur ut Exod. 13, 13. cap. 34. 29. sed & semel פטרת רחם hoc sensu reperitur, seu פטרת רחם qvod non minus nomen est *Primogeniti.* 3. כח אביו seu *robur patris.* 4. ראשית און *vel* אונים LXX. ἰσχὺς καὶ ἀρχὴ τέκνων & πατρὸς. 4. יתר שארת. 5. יתר עז qvæ duo posteriora nomina Lutherus præclarè: Der Oberst im Opffer/und der Oberst im Reich/ Gen. 49, 8. De qvibus illustribus *Primogenitorum titulis* plura diximus *Decad. IX. in Genesin* in classe Rubenis. Nunc saltem addimus 1. בכור & πρωτότοκος, hîc restringuntur non nisi ad הזכרים & πᾶν ἄρσεν Διανοῖγον τὴν μήτραν, conf. Exod. 13, 12. Luc. 2, 23. 2. Neq; verò dicuntur in ordine *ad sequelam posteriorum* (qvæ non est nisi accidentalis) *sed in respectu non existentium priorum*, ut ita sæpè idem sit πρωτότοκος qvi יחיד seu μονογενὴς, uti Isaac Heb. 11, 1. Christus πρωτότοκος *Mariæ* Matth. ult. & *Dei Patris* Col. 1, 15. Ebr. c. 1, 6. 3. פטר רחם est *Primogenitus Patris*, non nisi respectu illius cujus Διανοίγει τὴν μήτραν: adeoq; *in polygamia* dabantur resp. *unius patris plures primogeniti*, e. c. Jacobo *ex Rahel, Leâ, Salpâ, Bilhah*, ubi tamen æqvè Joseph fuit פטר רחם *Rahelis* sc. qvàm *Ruben, Leæ.* 4. Διανοίγειν τὴν μήτραν, & *Deus* & *Primog.* dicitur; sed ille sub formali פתח non פטר: & oppositione עצר Gen. 29, 30. 31. & cap. 30, 22. & sub forma adjectivâ פטר: non פתח. P. priora nomina respiciunt primogenituræ *naturam:* posteriora, *Juris excellentiam.*

Concl. 4. *Excellentia illa* consideratur, vel *ante præceptum positivum Exodi*, vel *inter hanc* תורה & תמורה seu à Lege illâ Exodi ad

permis-

permutationem seu *surrogationem totius tribus Levi.* Jus ipsum seu משפט *primogeniti*, triplex memorat Targum Gen. 49. v. 3. Idqve nominat 1. מלכותא seu *regium* vel *politicum.* 2. כהונתא seu *sacerdotale & Ecclesiasticum.* 3. בכורתא seu *terrenum* in פי שנים seu *duplici hæreditatis portione positum*, qvæ *triplicatio juris* roboratur in Scripturis.

Concl. 5. מלכותא seu *dignitatas politica* constabat in successione filii במעלת האב בשררתו ובכבודו seu *in dignitate, honore, & præ cæteris fratribus principalitate ac in illos autoritate*, ad usq; *demissionem* והשתחוות seu *reverentissimam totius corporis inclinationem:* cum qvâ dignitate continebatur, ut magis congruum, *in exteros dominium*, seu *servitus populorũ, & incurvationationum*, Gen. 27, 31. cap. 49, 9. & vel *Majestas Regia:* conferatur de Adoniâ etsi non *Davidis primogenito:* sed *ordine nascendi quarto*, (prior enim erat *Absalom*) ex *jure* tamen *naturæ*, uti putabat, senioribus fratribus exrinctis, jam *primo* 2. Sam. 3, 4. 1. Reg. 1, 5. & cap. 2, 22. De *Joram* 2. Par. 21, 3. Filio sanctissimi Regis Jhosaphat, qvi supremâ dispositione sex filiis *regali munificencia, auri, argentiq; gazâ, castellis item* (daß sie sich als Königliche Printzen halten könten) *prospexit:* at *soli Jhoram regnum* dedit, qvia *hic erat primogenitus* conf. text. Neq; dubium, qvin ex hoc fonte etiamnum *in hæreditariis regnis* eminentia *sit primogeniti*, qvippe *patrem repræsentantis*, & ad eò *in infinitum*, nepotes si adsint, *excludentis fratres, patruos, non successuros, nisi extinctis primogenitis* ad seros nepotes, ex qvibus tùm *masculus præfertur fœminæ*, supposità *gradus æqualitate, & unoquoq; naturaliter ex sola propriæ personæ ratione concurrente:* aliàs *in hæreditatibus ab intestate* juris beneficio civilitèr inducitur *repræsentatio*, per qvam, qvi *sexus* prævalet in *lineâ*, prævalet & *in lite*, ut ita *fœmina ex marĩ* posset perimere *marem ex fœminâ*, qvamvis & hæc alicubi, tùm *in* tùm *sine repræsentatione*, excludatur per L. e. c. *Italicam seu Gallicam*, ubi successor tùm qværitur in *agnatione seu lineâ meliore.*

Concl. 6. Nec minus ante Legem Exodi obtinuit כהונתא seu Sacerdotalis dignitas Primogenitorum propria: ubi proinde Primogeniti Sacerdotes. Consistebat autem illa in 1. זבח ומנחה

2. קריאת שם יהוה. 3. התהלכות הקדושה. 4. נשיאת ידים לברכה. Conf. de 1. Gen. 8, 20. cap. 4, 3. c. 22, 2. De 2. Gen. 4. v. ult. c. 12, 7. c. 13, 4. c. 12, 9. c. 13, 18. c, 21, 33. De 3. Gen. c. 5, 24. c. 6, 9. De 4. Gen. 14, 18. 19. Et in his exempla maximè *Abrahami, Isaaci, Jacobi, Malchizedec*, &c. Conf. Gen. 35, 2. 3 4. 7. Unde etiam ante Legem Mosaicam memorantur (sed non nisi post diluvium Gen. 7, 20.) altaria (in qvibus aliqvando sufficiebat זבח תורה) *animalia munda sacrificiorum objecta* Gen. 7, 2. *vestis primogeniti* propria, Gen. 27, 15. cap. 45, 22. confer etiam Gen. 35, 2. *templa, decimæ* sacro cultui destinatæ ex Gen. 28, v. ult. & exemplo *Melchisedeci*, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, *Heb. 7, 2.*

Concl. 7. Hanc sacerdotalem functionem Lex Exodi cap. 13, 2. 3. 4. confirmabat, tùm specialissimâ & solemnissimâ *consecratione*, ex singulari beneficio obligante: tùm *præsentationis & redemtionis* per *V. siclos sanctitatis* obligatione. *Primogeniti* ergò jam obligati erant specialitèr *ad sacerdotales actus*: unde & expressè כהנים appellãtur, & *sacra administrasse* dicuntur בכרי בני ישראל conf. Exod. 19, 22. & c. 24, 1. & in h. l. Targum: salvo interea jure מלכותא (neq; enim hæc *obligatio repræsentativa* peremit eminentiam primogeniti) & בכורתא ut non obstante hâc consecrationis Lege, Primogeniti habuerint hæreditatem in Israel.

Concl. 8. Statum illum specialis *consecrationis*, biennio post excipiebat *status singularis sive permutationis* seu *surrogationis* omnium Levitarum seu *totius tribus Levi*, qvi non *habebant hæreditatem in Israel*, in *statum omnis primogeniti humani* τῆς μήτρας aperientis: ut ita, qvod & immemorialis temporis præscriptione, & qvadam positivæ legis interpretatione, Primogenitorum erat per תורת הכורה restringeretur ad *solam tribum Levi*, Numer. 3, 12. 13. Qvæ illius μεταθέσεως ἱερατείας causa? *hæreditatem in Israel*, ponit Drusius. Cæterum tàm potuisset hæc tolli à primogenitis omnium tribuum: qvàm à solis Levitis. Utriq; enim parti tum idem erat משפט נחלה. Hæc ergò *ratio non sufficit*. Ad עון s. חטאת עגל *vel* τῆς μοσχοποιήσιν eujus sceleris integri fuerint soli *Levitæ* referunt Hebræi.

Concl.

Concl. 9. Computatur ergò tribus Levi : reperiuntur 22000. חוץ לבכרים seu *exceptis 300. Levitarum primogenitis*, qvi jam ante ex משפט בכורה erant obligati, & adeò à תורת תמורה excepti : censentur Primogeniti : reperiuntur 220273 : superant Primogeniti Levitas 273. qvi cum essent impermutabiles Levitis, per λύτρον ordinarium 5. siclorum in singula capita evadunt : unde summa 1365. siclorum seu totidem fl. Lubecens. seu 682½. Imperialium, qvi collecti Aaroni solemnitèr sunt traditi. Et ita *pro obligato & specialitèr destinato omni primogenito Israelis, ex beneficio Angeli percussoris transilientis signum sanguinis, Deus assumsit Levitas, eosq; Ahroni & filij ejus dono dedit*, ut qvod aliàs primogenitorum fuerit, *exercerent ministerium, & observarent observationẽ totius cœtus*? confer jam Num. 2, 3. 20. 39. 40. 43. c. 3, 7. Ab illo ergò *permutationis articulo*, obligabat saltem *primogenitorum in templo præsentatio*, & λύτρα V. siclorum *persolutio*, qvod etiam ablatâ dignitate sacerdotali obligabat, & Levitis cedebat qvo pretio soluto, *dimittebantur*.

Concl. 10. Non perimebatur hac ratione vel 1. vel 3. dignitas, de qvâ nunc dicemus. Fuit illa jus duplicis in hercisciundâ hæreditate portionis, qvod פי שנים seu jus תורן חולקין vocatur Chaldæo conf. *Lex expressa* Deut. 21, 15. 16. 17. unde simul constat 1. jus illud fuisse absolutè *primogeniti* resp. *patris* : non item, vel *in æquali polygamiâ*, vel in *secundis nuptiis*, respectu *matris*, *ex peculiari*, vel erga *sobolem* vel matrem *adfectu* Genitoris : unde ex hâc L. non poterat disputare Joseph contra Ruben. 2. *Immissionem in exercitium hujus juris factã esse, in solemni hæredum institutione*; in qvâ Pater Testator & Primogenitum singularitèr *nominaverit* & eidem præ cœteris hæredibus, unam portionem peculiaritèr legaverit.

Concl. 11. Erant tamen : sed pondere graviores translationis causæ, qvarum fundamentum erat in *transferente* : in *amittente* : in *accipiente* : & ita, qvidam qvi non erat פטר רחם s. Ἀνοίγων τὴν μήτραν poterat audire Primogenitus : ubi notetur 1. ut ipso primogeniti individuo, per γένεσιν : ita & per μετάθεσιν *jus illud*

non semper erat in actu exercito. sed adimplebatur tamen in posteris, imò in ipsa Messiâ: 2. Jus Primogenituræ ab uno sæpè capite transferebatur in multa 1. Chr. 5, 1. 2.

Concl. 12. Et degradatio naturalis primogeniti per solennem contingebat formulam, e. c. אתה תותר, Du solt mit nichten der Erstgeborne/ und also der Oberste seyn: & *immissio primogeniti* fiebat per specialem nominationem, cujus jus reservabatur patri, sive adhuc incolumi: sive jam jam morituro, primogenitum in præsentiâ fratrum solemnitèr declaranti Deut. 21, 16. 17. nonnunqvam autem deferebatur, in casu sc. mortis ante declarationẽ illam Patris, ad *domum judicii*. Porrò accedebat de more *impositio manus dextræ* Gen. 48, 17. 18. & cum hâc χειροθεσία *benedictio sanctissima*, invocato sanctissimi יהוה אלהים nomine, unde & *benedictio coram* IHOVAH dicitur Gen. 27, 7. c. 48, 15. 16. 17. Ordo deniq; positus Biblici non est *argumentativus ad primogenitum naturalem*, seu illum qvi fuit Δι' ἀνοίγων τὴν μήτραν: datur enim ordo capitum aliqv. personalis, aliqv. historicus Gen. 5, 32. c. 10, 1. c. 11, 10. cap. 9, 24. cap. 10, 21. Cæterum, uti fundamentum Legis: ita Lex ipsa de primogenitis, non homines saltem: sed & bruta obligavit, adeòq; omne primogenitum masculum, tàm in homine, qvàm jumento obligatum erat Deo: qvâ de re sit

LOCUS II.

PRIMOGENITUM BRUTI.

Concl. 1. Brutum tale, vel erat aptum sacrificii objectum: vel erat, ad הקרב על גבי המזבח זבח ineptum: illud pertinuit ad *salaria sacerdotum*, ita tamen *ut sanguis* talis bruti solemniter mactati *super altare spargeretur, & adeps in gratum odorem Domino igni absumeretur*, conf. Exod. 13, 15. Num. 18, 15. 17. qvibus separatis totum primogenitum brutum erat Sacerdotum: sicut ex sacrificiis habebant pectus & armum dextrum. Hoc vel erat ove permutandum: vel abscissis cervicibus enecandum, neqvaqvam autem ad profanos usus admovendum: ut idem contingeret primogenito immundo non redemto: qvod Ægyptiaco.

Concl.

Concl. 2. Uti in Lege festi, & agni: ita in L. consecrandi primogeniti infinitum memoriale זכור imperatur Exod. 13, 3. 8. cujus objectum resp. principii erat manus valida, seu potentia Dei in actu exercito glorioso & gratioso v. 3. & 13. neq; dubium qvin utrobiq; explicatum fuerit JESU CHRISTI & Agni, & Primogeniti mysterium: qvia Moses Pascha celebravit fide Ebr. 11, 28.

LOCUS III.

Quæsita circa L. de Primog.

Concl. 1. Q. 1. *An Lex primogeniti obligaverit ab Exodo?* Aff. Exod. 13, 11. Inst. ex v. 11. ad 16. Resp. non est Lex primogeniti imperativè: sed saltem interpretativè. Lex ipsa ad v. 14. stat in Anteced. ut supposita: non in consequente, ut demum ponenda. conf. והיה & Gereschaim voce 1. v. 11. & 14.

Concl. 2. Qværitur 2. *Quæ emphasis vocis* והעברת Resp. à communi numero & usu separandi, & ad usum Domino sacrum transferendi: qvomodo *decima pecus transibat sub virgam* Lev. 27, 22. Ezech. 20, 26. & 31. Qværitur 3. *quis sit positus in* פטר שגר בהמה Resp. non subordinationis: sed distributionis. שגר non æqvipollet רחם in memb. 1. sed fœrum notat emissum: at non nisi in classe brutorum. Ut ita memb. 1. loqvatur de *primogenito rationali*: memb. 2. de *primog. bruto. Emphaticus a. est positus* qvasi *parenteticus Tbir Tiphchatus & ad utrumq; membrum* respectivus in הזכרים qvæ vox, *accentuatione docente*, referenda ad פטר utriusq; membri: non autem ad שגר vel בהמה: neq; enim *primogenitum inter fœtus masculos* obligabat, si non fuisset Διανοῖγον τὸν μήτραν: neq; obligabat ipsum Διανοῖγον τὸν μήτραν nisi esset masculum seu ἄρσεν: und & iterum in v. 15. הזכרים emphaticè distinguitur, confer cap. 34, 19.

Concl. 3. Qv. 4. *An ex brutis speciebus solùm promogenitũ Asini fuerit redimendũ? Non*, inqvit Ab. Esr., *fuerunt Israeli bestiæ immundæ, exceptâ Asini specie, non ergò redemtio primogeniti obligavit in ullâ, præter illum specie.* Contra Raschi concedit qvidem שאר בהמה טמאה seu *alias jumentorum species immundas: at solam Asini speciem fuisse vel redimen-*

redimendam, vel cervicibus abscissis jugulandam, idq; ex aliquo מרש tùm respectu *Ægyptiorum:* tùm *Israelitarum* deducit. Nos contra notamus 1. comparationem objectorum, resp. plagæ & obligationis præscriptæ; ex Exod. 13, 15. Num. 3, 13. Exod. 11, 5. & c. 12, 29. 2. urgemus positum objectorum complexivum: *à primogenito hominum ad primogenitum jumentorum* Exod. 13, 15. Num. 3, 13. 3. nec minus universalem imperativum: *consecra omne primogenitum masculum, quicquid est* Διανοῖγον τῆς μήτρας *ex hominibus & ex jumentis* Exod. 13, 2. item v. 12. transire facies (sc. de tuâ potestate, ut deinceps Domini sit) Exod. 34, 18. Num. 3, 13. *Omne masculum aperiens vulvam, fœtum jumentorum.*

Concl. 4. Concludimus e. 1. *Omne primogenitum humanum obligatum fuit ad redemtionem: pretium fuit 5. siclorum argenteorum sacrorum, quorum singuli 20. fuerunt obolorum,* ex L. Levit. ult. 6, 15. *2. Omne primogenitum jumentorum ex L. primogenitorum, Jhovæ fuit sanctificatum, Jhovæ genitum: & adeò vel ad sacrificia mactandum, si esset aptum: vel cum apto, Agno sc. permutandum, si esset ineptum: vel sine solemnitate jugulandum, si non esset permutatum. 3. Ovis quoq; seu parva pecus includitur in classe generica Behemoth tùm in his legibus: tùm alibi.* Neq; enim jumenti vocabulum hic vel mansueta pecora excludit, vel sola comestibilia includit e. c. boves, oves, capras: sed & subsidiaria non comestibilia admittit, feris exclusis. 4. Uti ergò ex nuncupatione voti obtinebat obligatio ליהוה secundum ערך נפשות seu *æstimationem Mosaicam:* in hominibus qvidem, maris ad 5. annos, 5. *sicl. inde ad 20. 20. siclorum: inde ad sexagenarium, 50. siclorum: & ultra 60. annos, 15. siclorum: fœminæ ad 5. an. 3. ad 20. 10. sicl. ad 60. an 30. sicl. ultra 60. an. 10 siclorum:* nec minus, in bestiis, domibus, agris: ita in primogenito hominum, & bestiarum immediata obtinebat obligatio jam inde ab ortu: & proinde non poterat demum nuncupari voto.

Concl. 5. Expresè textus: בכור בבהמה לא יקדיש איש אתו · *Nemo sanctificet primogenitum ex bestiis:* ratio additur: מכבר ליהוה *primò genitum est* (non tibi: sed) *Domino.* ליהוה הוא (jam inde sc. ex qvo gignitur) *Domino est illud.* Lev. cap. ult. v. 26. cœterum

terum, cur in hâc Lege non fiat mentio primogeniti humani, qvod paritèr, simul erat Δανοῖγον τὴν μήτραν, Domini erat, qværitur? Resp. 1. factum illud ex decreto תמורה seu permutandorum primogenitorum, qvo ἐν εὐδοκίᾳ divinâ jam supposito, primogenitum humanum poterat voveri, & æstimari. Uti tamen *omnis res devota erat sancta sanctarum seu sanctissima*, &, si bestia munda, *morte afficienda ad sacrificium: si immunda*, vel, præviâ licitatione *liberè vendenda*, vel *à vovente, secundum æstimationem sacerdotalem, cum quintæ partis augmento, erat redimenda*: ita *in bestiis mundis primogenitum erat offerendum*: in cœteris *permutandum*, Errat ergò Tostatus regulam ponens: *Quodcunq; animal, vel ex naturâ speciei, vel ex ratione individuali est inimmolabile, id est impermutabile.* Nam 1. & ipse Asino privilegium dat, qvi certè est non nisi Hellespontiaco victima grata Deo. 2. Textus est expressus Num. 18, 15. primogenitum *jumenti immundi redimi* jubeto, qvod non de immundo ex accidentali vitio: sed secundum speciem intelligendum.

LOCUS IV.

Exod. XIII. 16.

Das sol dir ein Zeichen in deiner Hand/ und ein Denckmahl vor deinen Augen seyn.

Concl. 1. Uti Pesach & Azymorum Legi, qvæ non privativè saltem resp. fermenti: sed & positivè resp. Azymi obligabat per integrum septendium: ita & Primogenitorum Legi subjicit vehementissimum perpetui memoriālis imperativum: ibi: *Erit tibi in signum super manum tuam: & in monumentum inter oculos tuos*, conf. qvà λέξιν Esa. 49, 16. hîc eâdem planè forma, nisi qvod pro זכרון seu memoriali, ponatur vox טוטפות, de qvâ qværitur: Errant 1., qvi à *prophetandi* vocabulo נטף seu in Hiph. הטיף, vel טפף uti Aben-Esra meminit, deducunt, vel qvi ab Ægypto, vocem arcessendo, eam dicunt esse Ægyptiacam, ut sit idem qvod מראות, *specularia* seu *conspicilia*, qvæ seniores adhibent *oculis suis ad clariùs videndum.*

Concl. 2. Qvid Judæi per טוטפות hîc intellexerint, jam inde ex qvo negligentes τὰ βαρύτερα & νόμε, excellentissimi fuerunt legalis ὑποκρίσεως Rabbini, reverâ, ὁδηγοὶ τυφλοὶ, conf. Buxtorf. Lexic. Chal. & Talm. p. 1743. dubium est nullum. Pro literâ hîc vehementèr conclamant contra דרך משרת AbenEsra, Raschi. *Absit*, ait ille, *hîc non sequendam esse literam: obligat hîc litera: illam non egrediemur:* לא נוציאנו מידי פשוטו: *Ille enim rectæ rationi consentaneus est sensus* (אינו מכחיש שקורת הדעת) *non minus, uti in circumcisione præputii carnis, non discedendum est à literâ.* Hoc ergò supposito, voce illâ, imperatas sibi intellexerunt frontales, & manuarias membranas, fronti de una aure ad alteram brachio item s. manui applicatas laminas seu schedulas, in qva certæ Legales sententiæ e. c. *Sanctifica mihi omne primogenitum &c.* Exod. 13, 2. vel illud זכור Exod. 13, 3. vel illud: *Audi Israel, Jhovah Deus noster, Dominus unus est*, fuerint inscribendæ, ut ita haberent *signum super manum, & memoriale inter oculos.* Unde Græcis φυλακτήρια dicuntur. Atq; uti datâ unâ superstitione seqvuntur infinitæ, ita coriaceas membranulas & frontales illas schedulas vehementèr ampliarunt, ut planè proderent se esse illos, de qvib. Christus Matt. cap. 23, 5. πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι: item disputabant, *membranulam illam debere esse de animali mundo, debere scribi dextrâ manu, lineas debere esse rectissimas: item scribi debere, ab illâ parte, quâ carni pecudis membranula conjuncta fuit.* Hanc, si in cubili fuerit, *intra tertium recludendam esse scrinium.* Annon pulchrum memoriale, membrana recluſa in scrinio? Piget alias superstitiones adscribere, non minus Magicas, qvam qvod hodie superstitiosi pro amuletis laminas, inscripto initio Evangelii Johannis ex collo suspendunt, qvæ etiam φυλακτήρια vocat Synod. Antiochena. Jam tùm Christi tempore inveterata erat hæc superstitio, neq; ullibi insignior, qvam apud illos insignes hypocritas, qvi sedebant super cathedram Mosis, & πρὸς τὸ θεαθῆναι, uti redarguit illos vehementèr Christus, dilatabant phylacteria sua & producebant fimbrias palliorum suorum, cap. 23, 5. φυλακτήρια vocat Evangeli-

gelium: neq; aliud intellexit Syrus & Chaldæus per תפלין, qvæ sunt monumenta precũ, membranæ, laminæi; inscriptis textib° sacris, *quales etiamnũ loco coriaceo inclusas, partim fronti, partim brachio alligant.* Nos, טוטפות *per* φυλακτήρια, monumenta, μνημόσυνα memorialia rectè reddi: uti Lutherus in v. 9. reddidit putamus: ein Denckmahl. sed non in sensu Pharisaico, qvo modo sumitur in Evangelio! 2. Non reperitur, nisi tèr & cum relatione ad oculos, tùm cordis: tùm corporis Deut. 6, 8. c. 11, 18. qvatenus debebant Israelitæ in illis meditari die & nocte.

LOCUS V.

Exod. XIII.

ים סוף Das Schilff-Meer.

Concl. 1. Ad qvartam jam Exodi Pharascham accedimus, cui commodè ab alterâ & symbolica voce nomen בשלח seu *in dimittendo:* tota enim in illo occupatur, ut ostendat singularia & admirabilia gesta in emissione Israelis ex Ægypto, qvæ fuerunt c. c. *1. admirabile sapientissimi Dei in circumducendo per ambages Israele, consilium,* c. 13. 18. *2. religiosum Mosis in exportandis Josephi ossibus factum* v. 19. *3. gloriosum ambulantis in igne & nube Dei ante castra Israelis signum* v. 20. 21. 22. *4. transjectio Israelitarum per mare rubrum* &c. c. 14. *5. Israelis Soterium & triumphale canticum,* c. 15. *6.* βρῶμα τὸ καὶ πόμα τὸ πνευματικὸν seu *Mannæ de cœlo, Aquæ* ex petrâ *Sacramentum,* illud c. 16: hoc c. 17. *7. Primum Israelitarum cum Amalekitâ bellum* c. 17. à v. 9. ad finem.

Concl. 2. Simul ergò exivit Israel ex Ægypto, de Ramses in Suchot, inde in Etham, anteivit illos, glorioſum sanctis castris symbolum IHOVAH in columnâ nubis: cœterum, cum ordinaria, eaq; breviore, qvæ est Ægypto versus terram Canaan per Palæstinam, terræ Canaan ex parte meridionalem, Ægypto autem septentrionalem, eos ducere potuisset, ne Israelitæ in primo hoc congressu, in ipso qvasi Ægypti, à qvâ non nisi intercedente deserto Sur, aberat bellicosissima, & tùm, Josepho teste, Ægytiis maximè infensa natio deterrerentur bellorũ mole, & rebus

ſuis diffidentes remearent in Ægyptum, duxit illos viâ deſerti verſus mare סוף de qvo nunc qværitur:

Concl. 3. Qvod ים סוף dicunt Hebræi, id mare rubrum vocant Latini. E. concludit Hieronymus סוף ſignificat rubrum. Ineptè: ſunt qvi סוף & סוף hîc confundunt, de qvibus Rabbi Aben-Eſra: *Sunt qui dicunt hoc mare Suph dictum, quod ſit* סוף העולם *ſeu finis terræ, idemq; Oceanus: ſed hic magnus eſt error. Cum ſit ſaltem Sinus Orientalis reſp. Ægypti, & hoc ipſo longè majus ſit Mare Mediterraneum.* Rectè. Licet סוף conveniat cum סוף in aliqva *defici-entiæ* notatione. Soph ſc. *finis* eſt, vel *extremitas*: ſic *litus* eſt *Soph maris:* Suph, alga eſt Hebræis, cujus in illius maris litore alicubi magna viſitur copia: unde accuratè cum Hebræa Maris illius vel Sinus nomenclaturâ convenit Germanica vox: das Schilff-Meer/ ut nugas, qvæ de rubentibus aqvis & arenis vulgò etſi non obſcuris feruntur autoribus, illis, qvi gaudent ὀνειροπωλεῖν relinqvamus, qvas tamen inveteratas, Curtius teſtis eſt, qvi, *Mare,* inqvit, *illud ne colore quidem abhorret à cœteris: ab Erytro Rege conditum eſt nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt:* & Idem lib. 10. *Rubrum mare non à colore undarum: ſed ab Erytro Rege appellatur.* Ἐρυθρὸν ſc. rubrum notat, à qvo ibidem ſubmerſo, mari nomen extiterit: ſed & hoc parum ſolidum, & poſſet eâdem ratione colligi *Eſavum* fuiſſe ſubmerſum in illo mari: qvia *Erytros* Græcorum, eſt *Edom Hebræorum:* at hoc ipſiſſimum *Eſavi* nomen.

Concl. 4. Mare Suph per appoſitionem dici contendit AbenEſra: cœterum & id ob breve punctum, qvod in hoc poſitu ſeu nexu cum Suph eſt perpetuum: non extra (ſcil. ים סוף idq; 22.) non eſt probabile: & poſito, parum intereſt: manet tamen mare סוף dici mare Algoſum שגרלו בו קנים qvod maximè ibi eſſent arundines, uti habet Rabbinus in h. l. De cœtero, Ægyptum arundinis abundatiſſimam vel ſolus Nilus facit: neq; in Ægypto ſolùm: ſed & ad orientales Indias, e. c. in Taprobana, Zeilan celebratis Eoi inſulis tàm capaces & grandes arundines, ut ex illis onerosa parentur navigia, dudum experti affirmarunt. Sanè algæ & arundinis copia non in hoc tantum Arabico Sinu eſt admiranda,

randa, neq;, in litore solùm, sed in ipso maris fundo est explorata. Mare Mediterraneum algosum alicubi, testis est in utero balænæ Jonas clamitans: *Alga involuta est capiti meo.* Caput certè balænæ non fuit *caput Jonæ:* nec id *algosum*, sentire potuisset Jonas in utero: hausit ergò, dum per maria aspera vexit non concoqvendum hospitem, algas in fundo balæna: qvæ absorptæ adhæserunt capiti Jona: neq; ad litora & capita fluentorum id factum esse contextus edocet, Jon. c. 2, 5. Sed & Mar del Zur, qvod hodie Mappa & Globi vocant, aliàs Mare pacificum, sanè non Sinus, uti æstimavit Ptolomeus; sed inter omnia orbis terrarum, maximum & vastissimum mare, qvod Vascus Nunnius ex ora Peruvina anno 1513. primus vidit: Magellanus primus aperuit, algosissimum, adeò ut de longinqvo alicubi silvæ potiùs: qvàm maris speciem præbeat, & per viridantia prata magis: qvàm Oceanum vehi videatur, testis est nostri seculi Geographia: unde qvod in Psalmo 68. dicitur *de increpandâ bestiâ arundineti*, an explicandum? Cœterum mare hoc Suph qvòd Moses memorat non nisi sinus est, long. 250. mil. Germanicorum, in qvo id memorabile, qvod nullus fluvius (ne ipse qvidem Nilus) se in id ex tractu Ægyptio exoneret. Scatet Insulis & cœcis vadis. Ostium Sinus, Insula hodie vocatur *Babelmandel:* Sinus ipse *Mar di Meccha, Mar de russo.*

LOCUS VI.

Exod. XIII. 18.

Filii Israel ascendentes ex Ægypto חמשים

Concl. 1. Qvid hic apparatus sibi velit? qvæstio est. Supponimus vocem illam sub hâc formâ præter hunc locum reperiri bis de Israelitis Josuæ 1, 14. c. 4, 12. semel de *Madianitis* Judic. 7, 11. non alibi: nisi in *forma Pihel* semel Gen. 41, 34. *in consilio Iosephi frumentario:* Cœterum hic evidens ratio qvinarii, si explicetur de חומשא עללתא seu *quintâ frumenti* conf. Gen. 47. ut non opus sit hic armare Ægyptum. In 5. ergò locis idem obtinebit sensus.

Concl. 2. Rejicimus, qvi vocem illam *de necessariorum ad*

victum abundantiâ, explicant; tùm *ex oppositione textus*, Exod. 12-36. tùm *ex inconvenientiâ ejus respectu positus* & *resp. radicis*. Non item. qvi *ad ipsam ordinationem castrensem*, sive *armaturæ*, sive *incedentiæ* referunt, qvo sensu Lutherus rectè expressit: Die Kinder Israel gingen gerüstet aus Egyptenland: & habet illa versio autoritates tùm Chaldæi, qvi redidit per מזרזין seu *accinctos, armatos:* tùm Rabbinorum, qvi jam ante expresserunt per חלוצים *seu* חגורי חלצים למלחמה, *accinctos lumbis ad bellum* (qvomodo & in ipso Josuâ explicatur hoc חמושים) item per מווריזין seu *paratos, expeditos ad evaginandum:* non scilicet, ut *servi fugitivi* vel proletarii: sed ut *exercitus Domini* exibat *ad bella Domini* Israel.

Concl. 3. Cœterum sive *ad armaturam*, sive *ad ordinem castrensem* referatur vocabulum, supponenda tamen est relatio ad *qvinarium:* idq; rectè agnovit ὁ Ἑπταπλάσιος noster Lutherus, qvando in glosâ vim vocis accuratè exprimit: Gesünfftet: licet de applicatione rigorosè disputare nolit: Was das sey/ lassen wir andere sagen/ obs sey/ daß sie bey fünff Hauffen gezogen/ oder bey fünfen neben einander gangen sind/ oder was solch fünff sey. Denn von der fünfften Rieben/ so das Harnisch erreichet am Leibe/ wie die Juden hie klügeln/ verstehen wir nicht.

Concl. 4. Et nos qvoq; rejicimus, qvi hoc חמשׁ *in quinta aliquâ costa armata*, concipiunt, qvorsum *Kimchi & Aben-Esra* inclinant: uti & illos qvi sive ad πλάτος vel ad μῆκος πανοπλίας illud referunt: neq; minus qvæ de *quinquatis* sive *quinquagentatis pabulatoribus* commeatus causa in Ægypto relictis, vel *in plaga tenebrarum extinctis*, fabulantur Judæi, neq; ausimus Israelitis ascendentibus ex Ægypto illum Polybii καρδιοφύλακα (*pectorale* post Varronem expressit Lipsius notis ad Polyb. lib. 3. pag. 197.) vel ἀλυσιδώτους θώρακας, seu *Loricam consertam hamis auroq; trilicem*, magis vendicare, qvàm *galeam cum crista*, seu *apice plumeo*, qvem pulchrum adspectu, hostiq; formidolosum, certè bellatoribus omnium ferè nationum communem, idem nominat Polybius.

Concl. 5. Igitur in illo qvod *quini ordine incesserint milites*, emphasin vocabuli ponit Tremell. Cœterum id in dubium vocatum,

tum, vendicari vix poterit. Sanè *quadratam legionem* Ennius vocavit, qvæ *ex quadris constet Cuneis*, & *manipulis quadratis*: non qvod *quatuor ordine uno incederent*: (in qvaq; n. lineâ erant *deni milites in latum: duodeni in longum.*) Nos ex sanctissimâ 4. castrorũ & vexillorum ordinatione vim vocis explicamus: ubi præter illa 4. castra, erant *Castra Levitarum*: ut ita Israelitæ *ex præscripto Dei* incesserint *ordine castrensi* חמשים, unde vox illa generaliùs ad qvemvis *apparatum seu ordinem turmarum castrensem*, qvi ante Legem Num. c. 2. obtinuit, à Mose est relata: Qvamvis uti ante illam ordinationem *vexilla cum signis & castra habuerunt, ita 4. castra, præter castra Mosis, & illorum, qui erant Seniores seu capita tribuum: habere potuerunt. Mare sanè rubrum non pertransiverunt singuli quini*: sed integra in latus *dilatata castra*: Conf. Exod. 12, 37. illud רגלי הגברים & v. 41.

Concl. 6. Ita ergò ordinante IHOVAH (seu ore VERBO Ihova) *prima profectio Israelitarũ per exercitus suos, ex Ægypto, ante oculos omnium Ægyptiorum, mense 1. d. 15. postridie Paschatis, illo ipso die quo Ægyptii, cum planctu & clamore magno, cujus similis nec fuit, nec erit, sepeliverunt omnes primogenitos, quos percusserat* IHOVAH *in eis, cum in Deos etiam illorum exercuisset indicia, fuit de Ramses in Suchot, ubi prima posuerunt castra*: inde in *Etham, quod est in extremitate deserti*. Num. 33. Exod. 13, 20.

LOCUS VII.

Exod. XIII. 21. 22. cap. XIV. 19. & 20.

Angelus IHOVAH Ductor Israelis in columnâ nubis & ignis.

Concl. 1. Ad illustre & admirabile *nubis & maris* sacramentum nunc accedimus, qvod cum signo ὁριστικῷ τῆς νεφέλης, τῆς θαλάσσης exprimit Apostolus, dum Baptismum V.T. εἰς τὸν Μωσὴν factum dicit ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, ad supra allegatum respiciens textum & maximè vers. ult. cap. 14. ejusq; positum in ויאמינו ביהוה ובמשה. Qværitur 1. *Quæ ratio positus* ν *in voce statim primâ?* Resp. 1. seqvela orationis postulabat distinctivum: in v. 19. & 20. narratur *factum Mosis & Israelis*: hic à v. 21. *admirabile*

factum

factum IHOVAH *ductoris*, 2. cœterum is poterat esse *Tlischagdola*: si abfuisset *Tlischaktanna*, & fuisset qvoq; in tali positu:

וַיהוָה הוֹלֵךְ יוֹמָם

At 3. ex illustri accentuationis regulâ: *Quoties in sequela territorii occurrit Geresch cum antecedentia Tlischaktanna, toties si antecedat vox distinguenda, excluditur per Paser, Tlischagdola*, ob intercedentiam ֫ in voce secundâ, jam necessariò talis seqvela

וַיהוָה הוֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם

Neg. n. ubi stare potest ֫ stare potest ֫. Unde 4. tale ֫ vicarium ֫ plus distinguit qvam utrumq; Geresch: ex non minus illustri accentuationis regulâ: *Omne Geresch sive simpiex, sive compositum, si stet ante Tlischagdola, major est in distinctivâ potestate voce Tlischatâ: si sequatur, minor:* Igitur 5. ratio *distinctivi emphatici* est positus subjecti respectivus, tùm ad totum *antecedentium versuum complexum*: tùm ad *prædicatum extensum per totum versus residuum*, qvicqvid enim post ֫ supereſt, *prædicatum est*, expressivum *1. actus antecedendi Israelitas. 2. Modi*, per columnam sc. *nubis & ignis. 3. Finis, in ductûrâ, & illuminativo. 4. Effectus* externus *ambulare die & nocte: ratio autem hujus distinctivi, est Seqvela* ֫. His suppositis jucundissima est *Theoria correspondentis accentuationis & positus:* sc. sicut se in territorio Regis Sakephkaton, habet hic positus;

יוֹמָם בְּעַמּוּד עָנָן לִנְחֹתָם הַדֶּרֶךְ

ita in territorio Atnachato se habet hic positus

לַיְלָה בְּעַמּוּד אֵשׁ לְהָאִיר לָהֶם

undè utrobiq; eadem specie accentuatio.

LOCUS IIX.

ANGELUS ELOHIM.

Concl. 1. Et sistit ipse accentus impetum legentis ad excellentis *Subjecti, & Ductoris* castrorum Israelis sanctissimam & singularissimam meditationem, unde *magnitudo mysterij ac beneficij* fluit, & *eminentissima discretio populi Israelis*, conf. argumentum Mosis Exod. 33, 16 17. qvæ in Ductore ipso IHOVAH, non *Angelo* aliqvo

creato

creato collocabatur. Cœterum videndum, qvid hic sentiant Judæorum Magistri: IHOVAH ipse *antecessor Israelis in columna nubis & ignis dicitur*, Exod. 13, 21. at idem: ANGELUS seu *Legatus Elohim* nominatur cap. 14, 19. Qværitur qvis ille? Igitur R. S. Jarchi per יהוה intelligit *Deum ipsum, sine repræsentante Angelo creato:* unde explicat יהוה בכבודו מוליך את הענן DOMINUS *ipse gloriosè*, seu *in gloriâ suâ ambulare fecit, vel gubernavit nubem: ita ut nubes illa fuerit instar Angeli & Legati cœlestis, & Ductor Israelis.* Qvæ explicatio tolerabilis: neq; enim inde probatur Rabbinum sensisse *ipsam nubem fuisse spiritum Angelicũ*, seu *Angelum creatum*, vel eundem illum, qvi cap. seq. v. 19. *Angelus Elohim* dicitur, nedum figmentum illud *speciei Angelicæ repræsentantis* IHOVAH *in oratione & operatione.*

Concl. 2. Priori tamen modo intellexisse videtur R. Aben-Esra, qvando ad c. 14, 19. hæc verba habet: *Qui dicit, quod Angelus Elohim, qui hîc memoratur, fuerit nubes illa, ostendat nobis in totis Scripturis unum locum, ubi columna nubis dicatur Angelus Elohim: quin si hic Angelus Elohim est nubes illa, in textu erit Tautologia: quare enim in membro 1. diceretur: Angelus Elohim movit se à facie Israelis, ad posteriora ejus: & in membro 2. Et movit se columna nubis à facie Israelitarum, & substitit à posterioribus ejus? nec est, quod aliquis objiciat* כה פש seu *mutatis vocibus idem bis poni, ex more Scripturæ:* nam משפט לשון הקדש לכפול רק הנבואות והתחכורת, i.e, *Idiotismus Linguæ S idem scil. exprimendi duplicatis formalibus, non obtinet in historicis, ubi simpliciter narratur res gesta: sed tantùm in concionibus Propheticis & Elenchticis.* Et certè, sententiam illam, qvæ idem intelligit per *Angelum hunc Elohim, & columnam nubis*, tùm geminâ ratione, tùm *regula superiori* doctissimè Rabbinus oppugnavit.

Concl. 3. Igitur qvæ hujus expositio sit, bona fide exprimamus: Deus, inqvit, est שכן ער וושב קרם סלרה ex Psal. 55, 20. *sed Scriptura ἀνθρωπίνως loquitur, seu humano more, propterea, quia majestas*, seu robur IHOVAH *ibat cum Israele, sicut dicitur: Incedere faciens illos ad dextram Mosis exerto brachio gloriæ suæ*, Esa. 63. Cœterum non opus erat hic לשון בני ארם inculcare, ut sc. per IHOVAH intelligatur *Majestas Jhovah*, seu *exsertorium majestatis*

cum speciale gloriosæ potentiæ: neq; enim nos IHOVAH qvà essentiam, motivum, *stativum seu quietum* fingimus, vel in nube includimus: neq; nisi in hac œconomia præsentiam specialitèr modificatam, *Dei gloriosi in columna nubis & ignis*, ipsi ponimus. Sed pergit Rabbinus: *Qui* IHOVAH, inqvit, *memoratur Exod. 13. est ille ipse, qui memoratur Angelus Elohim cap. 14. Princeps ille magnus, qui incedebat in illa, quo movente se post castra Israelis, movebatur etiam illuc nubes.* Explicatio bona, modò accedat applicatio orthodoxa. Verè enim Christus τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ אלהים est *Angelus, & Agnus,* προεγνωσμένος: verè idem est *Princeps ille magnus,* seu חשר הגדול Dan. 12, 1. qvi *in nube Israelitas antecessit:* qvi כבר אנש, seu *ut filius hominis ad antiquum dierum cum nubibus cœli* veniens & ab eo שלטן עלם accipiens, Danieli revelatus fuit cap. 7, 12. qvi in ἀναβάσει ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν, *nube triumfali,* qvæ ὑπέλαβεν, seu *suscepit* triumfatorem, eundemq: ab oculis abstulit Apostolorum Act. c. 1, 9. vectus fuit, qvi & in singularissima aliqva nube φωτεινῇ Luc. 21. 27. vel λευκῇ Apoc. 14, 14. & *in nubibus* Marc. 13, 26. & *cum nubibus cœli,* Marc. 14, 62. & ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, Matth. 24, 30. c. 26, 64. cum majestate & gloria Judex viventium & mortuorum redibit. *Ecce venit in nubibus cœli, & videbit eum omnis oculus,* intonat in Apoc. Joh. c. 1, 7. qvando & nos ἐν νεφέλαις *rapiemur in occursum Domino, & semper cum illo erimus,* 1. Thes. 4, 6.

Concl. 5. Qvi hic מלאך אלהים dicitur, & tùm ante c. 13, 20. tùm post cap. 14, 24. יהוה idem מלאך absolutè Exod. c. 23, 20. & מלאך יהוה Num. 6, 21. non aliàs in hujus miraculi historia hoc nomine exprimitur, ut frustra Raschi hic notet: *aliàs semper dici* מלאך יהוה: *hîc autem singularitèr:* מלאך אלהים *ad indicandum Israelitas tùm velut reos judicio traditos, coram tribunali stetisse, in quo consultum fuerit, an essent liberandi: an unà cum Ægyptiis delendi:* unde hanc glossam Rabbinus habeat, facilè odoratur, qvi novit pertinacem illam hypothesin de mensurâ judicii in nomine Elohim. De cœtero, mysterio sublimi non carere hic positum Elohim, non operosum esset probare. Cum Ductor castrorum Israelis, creatus tandem offerretur à Deo Angelus (*Mittam Angelum ante te: sed ipse ego*

non

non ascendam in medio tui,) luget populus, supplicat Moses, non castra moturus, nisi ipse יהוה אלהים, uti ductor rediret: nec destitit ab ardentissimis obtestationibus Moses, us q: dum Deus id promitteret. Promissio ergò tandem fit: PANIM IHOVAH antecessuros: qvâ præsentia *Panim in signo nubis & ignis*, tùm contentus Moses, conf. Exod. 33, 2. 3. 4. 15. 16. 17. Qvid autem *Panim?* nisi *Pater, Filius & Spiritus S.* idem qvi *Elohim.* Ergò מלאך אלהים est persona ex *Panim,* & qvidem nonnisi media, qvæ proinde uti hîc vocatur *Angelus Elohim:* ita Esa. 63. vocatur ANGELUS PANIM SALVATOR Neq; verò vel in Elohim hîc SS. Trinit. notari, impedit מלאך אלהים, vel hunc esse personam mediatorem, impedit ipsum Elohim. Verè enim illa מלאכות in typo sub notione principii competit *Panim,* seu 3. personis: at sub notione *principii & termini,* Mediatori: verè qvoq; idem potuit esse *persona Elohim, & Angelus Elohim,* etiam ante ἐν σαρκωσει, ut ita *Angelus Elohim in nube*, idem fuerit, qvi in plenitudine temporis manifestandus fuit DEUS IN CARNE

Concl. 6. Tostatus: IHOVAH, inqvit c. 13., *Ductor Israelis fuit aliquis ex creatis Angelis:* probatur *quia idem cap. 14. dicitur Angelus Dei.* Sed hoc est nugari: si enim propterea IHOVAH est Angelus creatus: qvia paulò post dicitur *Angelus* E. qvia *idem qui Angelus Dei dicitur* Exod. 14, 19. dicitur paulò post v. 29. IHOVAH. *Angelus Dei est* IHOVAH.

Concl. 7. Et refutat Tostatus seipsum dum regulam ponit: *Quæ Deus agere dicitur, nunquam per seipsum: sed per Angelum creatum, facere est credendum, exceptis, quæ excedunt potentiam creaturæ.* At hæc ductura Israelis castrorum *excedit potentiam creatam, quæ se non extendit ad omnia illa,* qvæ prædicantur de hoc מלאך אלהים! Nos ergò, uti huic ex columnâ nubis & ignis in Ægyptios fulguranti intermedio inter castra Ægyptiorum & Israelitarum Angelo Elohim, Bellatores Angelicos, ferventissimis & flammantibus adfuisse ministeriis, qvos expressimus, nulli dubitamus: ita Angelum illum Ihovah seu Elohim, Christum ipsum fuisse credimus, non, qvæ ultima Judæorum est resolutio, ex creaturis Ange-

lum: licet hic tolerabilius esset Rabbini interpretamentum Angeli de nube: qvàm de illâ Tostati repræsentatione, qva Angelus creatus repræsentaverit IHOVAH & repræsentatus fuerit à nubis columna: hoc enim monstrosiorem secumfert conseqventiam. Tantum de מלאך אלהים. Obiicit qvidem Aben-Esra ad v.24. IHOVAH *hic est Angelus creatus, Dei Legatus, qui honoratur nomine legantis* השליח יקרא בשם השלח: *sed & id in legatione Angelicâ* monstrum est, & petit principium. Objicit idem *Angelum Gideonis* Jud. 6, 11. qvi certè & מלאך יהוה & מלאך האלהים & יהוה & ארני יהוה dicatur v. 14. 16. 20. 21. 22. sed & id est κύκλῳ probare, & principium petere. Examinavimus in illustrem hunc locum expositionem duorum Rabbinorum.

LOCUS IX.

Exod. XIII. 21. 22.

COLUMNA NUBIS & IGNIS.

Concl. 1. Vox עמוד *directum in altitudinem* notat, ita ut sit *latitudo stricta*, vel *in orbem acta: altitudo multa:* qvalis est *altitudo columnaris* e.c. in illis *columnis architectonicis* mediis templi Dagon, inter qvas constitutus Simson: alteram *dextrâ:* alteram *sinistrâ* complexus, cum utramq: inclinatam præcelso & grandi, ipsoqve spectatorum, *quorum ultra 3000. in tecto erat numerus,* pondere, gravato subduxisset ædificio, *disjecit templum,* & cum illo, totum illud *Illustrissimorum Philistinorum* theatrum, *in ipsa morte magis, quàm usquam in vitâ,* pallida Philistinorum mors Jud. 16, 25. 26. qvales item erant columnæ illæ tabernaculi, & templi primi, Exod. 26, 32. 37. c. 27, 17. 2. Reg. 7, 2. 3. 6. 25. qvas inter celebratur illa columna, ad qvam erat מעמד המלך, seu Da der König Juda seinen Königlichen Kirchenstand hatte/ 2. Chron. 12, 14. 26. ubi notetur illud כמשפט item mentio השררות seu viæ Regiæ, in qva incedebatur ad sedem regiam, qvam tùm turmis militaribus clausam perrumpere capitale erat. Sic porrò, ubi e. c. ex furnis lateritiis, vel integrarum urbium incendiis, superante flammâ, fumus in densâ & pyramidali qvasi

qvasi seu erectâ in longum altitudine sursum adscendit, est עמוד עשן Jud. 20, 40. eine Rauchseule: qvale miserabile spectaculum, nostrum passim dedit seculum: & in scripturis exprimitur *Gibea*, Jud. 20. Es ging die gantze Stadt auff gen Himmel. Sodoma, Gen. 19. v. 18. Es ging ein Rauch auff vom Lande/ wie ein Rauch vom Ofen.

Concl. 2. Patet ex dictis *1. Quare non simpliciter nubes: sed columna nubis*, vel הענן *dicatur: 2. figuram nubis illius non fuisse instar aliarum pro ratione vaporum extensarum in latitudinem nubium:* sed *singularem & columnarem*, antecellente sc. multùm latitudinem altitudine, versus cœlum procedente, & basi suâ tabernaculum operiente: nubes sc. *jacens est: columna* nubis *erecta*, qvæ tamen instar corporis qv. solidi progredi est visa. An tantùm hæc *columna nubis* ductura fuerit signum: an etiam *umbraculum, in ingenti terræ illius æstu, augente ardores naturâ deserti in terra montuosa, petrosa, & scopulis aspera, ipsoq; tertio climate*, qværitur? Resp. 1. fuit utrumq;: sed hoc *non nisi super tabernaculum* c. 40. Exodi. 2. Præcessit E. *non ivit super eos.* 3. Non mota fuisset à parte anteriore ad posteriorem, qvando Pharao persequebatur Hebræos ad mare rubrum: 4. Nec aliàs vidisset columnam: sed solam superficiem planam. Non ergo nubes totum exercitum operuit: sed saltem tabernaculum, & adeò hîc fuit operculum מחום יומם; atq; ita, uti *columnâ* nubis *dualem: ita nubem columnarem ductricem, vel tabernaculo insidentem*, & præter hanc *nubem* expansa Israelitarum castra versus 4. mundi plagas obtegentem non admittimus.

LOCUS X.

Quæsita illustria circa columnam nubis & ignis.

Concl. 1. Qværitur 1. *An distinguantur tria illa* 1. עמוד, 2. ענן 3. אש? Resp. 1. nunqvam vel nubes, vel ignis fuit sine עמוד: nec columna sine nube vel igne, ut ita admirabilis planè hic fuerit Trias, *ignis, columnæ, nubis* in baptismo ὁ νεφέλης, qvæ an baptismi nostri *rem cœlestem* SS. Trinitatem, in *illâ ineffabili operatione sacramentali* figuraverit, alibi excutiendum. 2. at formaliter עמוד non dicit nubem, vel ignem, nec ignis nubem, nec nubes ignem: sed עמוד

dicit figuram exaltatam, in qva repræsentantur nubes & ignis, ut ita in ipsa unione *Columnæ, Nubis, Ignis*, fuerit distinctio *columnæ, nubis, ignis*. Sanè Exod. 14, una fuit columna, qvæ nubem ostentavit Ægyptiis: ignem fulgidum Hebræis: &, qvando Deus tonitrua & fulgura in Ægyptiorum immisit castra, dicitur prospexisse ex *columna nubis & ignis*, Exod. 14, 9. 12. 14. 19. Distinctum ordinariè *tempus*: distinctus *finis*: nubes ad *ducendum*: hæc immediatè ad *lucendum*: illa יומם hæc לילה &c.

Concl. 2. Qværitur 2. *An unquam columna ignis duxerit Israelitarum castra, uti columna nubis?* Affirm.

יהוה הולך לפניהם { יומם בעמוד ענן לנחותם הדרך / לילה בעמוד אש להאיר להם } ללכת { יומם / ולילה }

Item ex illo: non recessit, columna ignis illius, tempore nocturno *ante faciem* populi illius. unde iterum concluditur: *1. Israelitas non tantùm ambulavisse* יומם: sed & aliqvando לילה. *2. columnam ipsis non tantùm fuisse ad lucendum: sed & mediante luce ad ducendum* probatur ex subordinatione finium Exod. 13, 21. & resolutione propositionum, qvæ antecedentiam IHOVAH ante castra Israelitarum, æqvè ponit *in columnâ ignis* לילה: ac *in columna nubis* יומם.

Concl. 3. Notetur hîc positus vocis לנחותם Exod. 13, 21. qvam Chald. expressit per לדבורותהון seu *ad ducendum eos*: cœterum, etsi non negamus, significationem *ducendi* æqvè esse in Hiphil: qvàm in Kal: & tàm hic semper prædicari de יהוה בדר seu solo Israelis DEO, Ductore sanctorum unico, & gratiosissimo qvàm in Hiphil primariò, ad mirabilem & continuam ducturam, & gubernationem sanctorum ex sapientissimo gratiosissimi Patris cœlestis consilio, applicari: ratione tamen non caret, qvod non ponatur לִנְחוֹתָם *sed* לַנְחוֹתָם: cujus *unius puncti* rationem, hic non nullam esse putamus: & punctum qvidem, docet ה characteristicum conjugationis exclusum: qvod Nehem. 9, 19. ubi est מלא seu plenum להנחותם cui simile exemplum est Deut. 1, 33. לַרְאֹתְכֶם בְּדֶרֶךְ *pro* לְהַרְאֹתְכֶם; ut non frustra

nota-

notaverit Masora: non reperiri in hoc usu, nisi forma Hiphil, & semel qvidem חסר vel sine ה characteristico: semel, cum.

Concl. 4. Ductura vel consideratur *in principio*: vel *in signo*: Principium fuit tùm κυριῶς IHOVAH ELOHIM, PANIM: tùm διαφανῶς מלאך אלהים *s.* מלאך פנים & qvi in illa *mirabili Schina nubis* adumbravit אלהא מתגלו בבסר. Signum fuit *columna illa nubis*, qvæ proinde symbolum fuit Israeli, tùm castrensis motionis, tùm metationis, & cui ductio Israelis signativè & directivè immediatè adscribitur, ut ita לנחותם idem sit, qvod לנחורת עמור ענן אתם sc. ipse יהוה vel *Angelus magni consilii immediatè fuit*, מנחה ענן *s.* מוליך הענן, *faciens, ut nubes illa* ante castra incederet: *columna* autem *nubis*, seu עמור ענן fuit immediatè נוחה ישראל seu *ducens Israelem*: & adeò Deus dum est נחה עמור ענן, est juxta signum illud nubis מנחה ישראל. Punctum ergò-respectum dicit reflexum ad immediatè præcedens עמור ענן: qvæ erat Israelitis signum, ut ex præstituto Jhovah proficiscerentur (ubi scil. *elevante se nube supra tentorium, dabatur buccina signum,*) & castra metarentur, (residente super tabernculum nube) conf. illustris locus Num. cap. 9. à vers. 15. ad finem & cap. 10. à v. 11.

Concl. 5. Obji. Tostat. *Hebræi nunquam moverunt castra per noctẽ. E. necunquam columnam ignis habuere Ducem: sed saltem tabernaculo insidentem.* Resp. N. conc. nisi ponatur in antecedente 1. nec unqvam *ambulavisse* nocte. 2. sed semper ad Solis occasum castra metatos esse: at unde id probabitur? aliud est castra movere: aliud ambulare noctu: qvod si vel ante orientem, & post occidentem solem, ambulaverunt Israelitæ, per sola saltem crepuscula (qvod ad minimum ob amplitudinem castrorum myriadibus Israelis concedendum) jam reverâ vel integra, vel qvædam castra ambulaverunt לילה: in contradistinctione enim tali vox יומם solùm notat diem naturalem, *qui ortu & occatu solis terminatur.* 3. Eadem ratio, si e. c. *castra Iuda moverunt bihorio saltem ante solem orientem:* ubi pariter adhuc *columnam ignis* habuere ducem. Recte Raschi: עמור הענן

משלים לעמוד האש ועמוד האש משלים לעמוד הכענן שער שלא ישקע זהערה זה: 4. Expreſsè textus: IHOVAH *antecedebat eos noctu in columna Ignis*, Exod. cap. 3, 21. 5. Et negare non poteſt Toſtatus, *quin ambulaverint per noctem ante miraculum maris rubri.* Ergò & columna ignis ibi anteceſſit caſtra Iſraelis. Inſt. Toſtati: ibi interceſſit: non anteceſſit ex Exod. cap. 14. v. 20. Reſpond. Interceſſio illa, non fuit niſi ſupremæ illi noctis, in qva ſubmerſo Pharaone, εἰς τὸν Μωσὴν ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ θαλάσσῃ Iſraelitæ: 2. At inter ſtationes *Succoth & Etham, Etham item & Chirotopylas* inter *Migdolum & Mare*, interceſſerunt aliæ noctes, in qvibus magno impetu ambulaverunt caſtra, usqve adeò ut illum itineris fervorem, fugam interpretati ſint Ægypti. Exod. 14, 5. Ibi ergò anteceſſit ignis columna Ductrix, imò & duxit, ſeu viam oſtendit, dum interceſſit, & Iſraelitas luce: Ægyptios atrâ calagine perfudit. 3. Et in illâ ipsâ nocte ſtupendâ, non diutius interceſſit, niſi ad usq́; ſubmerſum Pharaonem: at tùm nondum omnia Iſraelitarũ caſtra tranſierant, qvæ proinde, ſi ante ſolis ortum tranſiverunt, etiam hic columnam ignis Ducem habuerunt: & memoratur Deus cum perire deberet non ſicca morte Tyrannus, adhuc *proſpexiſſe ex colnmna nubis & ignis*, Exod. 14, 24. Inſt. Toſtatus: Non niſi proficiſcente nube proficiſcebantur, Num. 9, 17. at hæc non niſi die. Reſp. 1. ſaltem ſequeretur poſt tabernaculum non ex ſtationibus moviſſe noctu: non autem, ex parte non ambulaviſſe noctu. 2. Nubes ibi ſpeciem ignis non excludit: ſed ſupponit, unde & nubes djcitur: qvæ à veſperâ usq́; ad mane inſidebat tabernaculo: Num. 9, 21. at hæc erat Species ignis, ibid. v. 16.

Concl. 6. Nec minus 3. qvæſtio illuſtris eſt: *An duæ fuerint columnæ, nubis: una ignis altera?* Reſp. Una columna, qvæ interdiu nubes fuit: nocte nubes qvidem: ſed qvaſi ſpecies ignis flammantis. *Sic erat jugiter, nubes tegebat tabernaculum: ſed ſpecie Ignis noctu* Num. 9, 16. die ſc. nubes fuit clara, noctu ignea illuminans ampliſſima Iſraelitarum caſtra, ne lucernarum indigerent lumine: ſic eadem columna nubis verſus Ægyptios, fuit columna ignis, verſus Hebræos.

DECAS XI.

LOCUS I.

Exod. XIII. v. ult.

COLUMNA IGNIS.

Der HERR gieng vor ihnen her/ des Nachts in einer Fewersseule.

Concl. 1. Cum superiori Decade aliqvot illustres de admirabili columnâ nubis & ignis, ductrice ambulatoriorum Israelis castrorum, proposuerimus, hoc loco, illustrem illam controversiam de illâ columna ignis, an verus fuerit ignis, qvem terminavit illa figura columnaris, idq; non tantum *secundum apparentiam:* sed & *secundum existentiam,* expediemus. Nos qvæstionem affirmamus: negat Tostatus. Objic. 1. *Species vel quasi species ignis non est verus ignis. Columna ignis est species, vel quasi species.* E. ex Num. 9, 15. 16. Resp. 1. limit. maj. *Species ignis abstracta,* vel *quæ tantùm est species:* sic falsa minor: expresè dicitur *Ignis erat super tabernaculum nocte.* Exod. 40. v. ult. Fuit ergò *& ignis verus secundam existentiam,* & *species ignis secundum apparentiam:* posito v, igne, necessariò ponitur actu 1. *species ignis,* & reverâ existit. 2. non dicitur, *ibi, columnam ignis fuisse putativè saltem & apparentèr ignem:* sed columnam illam nubis noctu fuisse super tabernaculum כמראה אש seu utverè & expressivè ignis. Objic. *si fuit ignis secundum existentiam, & quasi species ignis secundum apparentiam.* E. *non fuit vera species ignis, nec judicata fuit talis. At fuit vera species ignis & judicata quoq; talis.* E. Resp. *quasi species,* realis est species: non saltem intentionalis: nulla ergò conseq. *quasi species.* E. *non vera species:* Item: *vera species,* E. *non ignis realis:* non erat species illa visibilis opponenda, sed subordinanda: qvi enim verè ignis fuit, & lucere debuit, is qvoq; מראה אש habere debuit.

Concl. 2. Excip. Tostatus: Dici *ignem non quod fuerit ignis:*

ſed qvod *Iſraelitis conceptus quodammodò fuerit, ut ignis: quia ad noſtram doctrinã omnia ſcripta ſunt*, Rom.15. Reſp.1. non fuit conceptus conceptus: ſed conceptus primus: non fuit inane ſpectrum, vel ſimulacrum ignis: ſed verus ignis, & verum ignis φανταζόμενον, cujus verus effectus fuit דהאיר. Egregia autem doctrina, *ignem* vocare, qvi ne qvidem eſt *ſpecies ignis:* ſed apparebat, ac ſi ibi eſſet ſpecies ignis: vel *dici ignem*, & non *eſſe ignem:* rem dici ſic ſe habere & rem non ſic ſe habere. Video *ignem:* ſed fallor forſitan: at *Deus ipſe dicit, quid video, eſſe ignem:* operatio etiam arguit eſſe formalitèr ignem: & tamen non eſt ignis: ſed vix ſpectrum ignis; & qvaſi ſpectrum ignis. Qvid hæc doctrina πρὸς τὴν ὑπομονὴν καὶ παράκλησιν? Inſt. *Vocatur ignis, ſicut pes Dei, Dij alieni, ignis phantaſticus.* Reſp. id grandis eſt phantaſia. *Dij alieni* ſunt *non Entia*, nec niſi *Entia rationis Idololatricæ.* E. columna ignis non fuerit niſi in oculo Iſraelitarum: & ſic Iſraelitæ ponendi ſuper tabernaculum, & ſibiipſis fuerint ſignũ. *Pes*, qvalis Toſtati, nullo modo eſt Dei. E. *& nullo modo ignis.*

Concl. 3. Inſtant. Unde ignis? Reſpond. Unde ignis, *exurens Sodomam*, & totam pentapolin, Gen.19? Item *Ignis conſumtor quinquagenariorum Ochoſiæ*, 2. Reg. 1. Item ignis Legalis Exod.19 & ille, cui ἡ γὴ καὶ οἱ οὐρανοὶ τεθησαυρημένοι, loqvente Petro 2. Ep. c. 3, 7. Fruſtra hîc vel *ex ſpherâ apud concavum Lunæ ignis arceſſitur elementaris contra naturam deſcendens*, vel, ne de nimia, ad tabernaculũ calefactione, & vel ipſarum qvoq; cortinarum, totiusque tabernaculi combuſtione conqveri habeant Sacerdotes & Levitæ, pro columna ignis, ſpectrum ignis à Toſtato ſubſtituitur. Cum ante tabernaculũ noctu, vel in ſtationibus non potuerit *nubes conſiſtere ſuper tabernaculum, ubi ſubſtiterit*, qværitur? Veroſimilimum ſtetiſſe *ſuper vexillum caſtrorum* qvæ ad motum columnæ, & poſtea ad ſonum buccinæ, primò movebantur, e.c. *Juda.*

4. *Quod columna nubis, moriente Aarone mortua ſit & ceſſaverit in caſtris Iſrael*, ſententia eſt *quorundam Rabbinorum:* ſed falſiſſima ex Exod.13, ult. Neh.9, 12.29. Deut.31, 25. ubi miſerationibus πολυσπλάγχνου Patris adſcribitur, qvod ne qvidem poſt grande illud idolo-

latriæ

latriæ in vitulo fusili, exemplũ, illos columna nubis ducere desiterit. Porrò moventibus se castris divinitatis à tabernaculo supra vexillum Juda, sonabat buccina: tùm clamabat Moses illud admirabile קומה יהוה; tùm movebantur ordine castra, cum vexillis: primò *Jhuda, 2. Ruben, 3. Ephraim, 4. Dan:* retrovertente se à parte anteriore vexilli Jhuda, ad tabernaculum nube, eiq; insidente, sive per mensem, sive per diem &c. in stativis erant, nec movebantur castra, & tùm clamabat Mosche illud שובה יהוה, confer Num. 9, 10. 11. 14.

LOCUS II.

Summa cap. XIV. Exod. v. 14.

Als nu die Morgenröhte kam/ schauet der HERR auff der Egypter Heer/ aus der Feurseulen und Wolcken/ und machet ein Schrecken in ihrem Heer.

Concl. 1. Ad rubrum mare, in *planitie Baalzaphon* jam castra metati erant Israelitæ, penetratis *Chirotarum montium* faucibus, seu *angustiis*, qvando *ante se* mare, à *tergo*, Ægyptios, angustias montium obsidentes: à *dextra* inaccessos montes, à *sinistra* illud inexpugnabile munimentum Heroum, qvod *Migdol* vocat Spiritus S. intuiti sunt, & exhorruerunt: neq; aliud patebat consilium, nisi vel per angustissimas illas montium fauces reflexo itinere, jugulum Ægyptiis præbere, vel minantes in cœlum scopulos tentare, vel Heroopolim, bellatorum metropolin expugnare: cœterum desperata erant, omnia illa consilia: hinc *incondito murmure, impatienti clamore,* & fœmineo ululatu personabant *Israelis castra:* objecta Mosi *imprudentiæ & malèfacti culpa:* qvid *hic* in tanto discrimine? imperat, *timorem mittere,* animos labantes *in fiducia omnipotentis Dei sustentare:* &, cum videretur, *una salus miseris, nullam sperare salutem,* opus Dei tùm in Israele liberando: tùm in Ægyptiorũ exitio admirari. lubet imperio Dei cœlorũ, moveri castra: ipsus eodẽ authore & baculum attollit: & ecce dum manũ extendit, finditur ad transitum mare: inde Angelus *Ihovah Christus* cum *admirabili nube,* à fronte *Israelitarũ* ad tergus procedens intermedius in-

ter *Israelis & Ægypti castra* consedit: horrendâ his noctê hiememq; ferens, dum crebris micat ignibus æther, & inhorruit unda tenebris: illa, clarissimâ luce illustrans & utraq; separans. Incubabat jam mari *vehementior Eurus*, exsiccatur fundus, exaggeratis, dum transit Israel, in latus transeuntis fluctibus: insequitur Pharao rabidus cum castris furentibus, idê iter totis jam castris occupans. Qvando, in vigiliâ matutinâ, Angelus Mediator, ex nube fulgura, ac rubentia jaculatus fulmina, turbavit castra, militares currus rotis exarmavit, insidentes bellatores, in fundû potenter deturbavit: & senserunt qvidê tùm *bellatorẽ Dominum*, & ad fugam retrorsum conclamaverunt: sed serò sapientes: dum exarmantur rotis falcati currus: dum fermentatur fundus, nec jam amplius fugæ locus, ad imperatum erectæ *Mosis dextræ signum*, ruit ille, qvi stabat & terram inter fluctus Israeli aperiebat, *cumulo præruptus aquæ mons*: ruit, & non sicca morte omnes Ægyptios, cum Tyranno suo, condit: Israele cum triumfo, in litus egrediente, & qvos paulò antè ut Dominos formidaverat, illos in salo triumfale sibi funus mortuos adspiciente. Unde Dei Majestas toto orbe celebranda, solemni & jubileo hymno â toto Israelitarum choro est prædicata.

LOCUS III.

QVÆSITA ILLUSTRIA

in cap. XIV. Exodi.

Concl. 1. Non desunt, qvi qværunt hîc 1. *quid necesse fuerit, ut Deus per tot ambages Israelitas ab Etham, in illas Chirotarũ angustias retroverso itinere reduceret:* qvibus pulchrè respondet Aben-Esra: 1. אין ראוי למשכל לחשוב למעשי השם למה עשה כן, id est, *Non convenit sapienti, perscrutari in operibus Domini, quare hoc vel illud faciat.* 2. כי כל מעשיו חכמה וחכמה האדם כאין נגדו *nam omnia opera ejus sunt sapientia, præ quâ omnis sapientia hominum nihil est.* 3. מחשבות השם עמוקות, id est, *cogitationes Domini sunt profundæ.* 4. Neq; verò hujus consilii divini rationem esse obscuram ex v. 2. c. 14. sed ad illustrandam Dei in *Israele infirmo liberando, & Pharaone submergendo*, sapientiam & gloriâ intentâ fuisse.

fuisse. Notetur ו in ואמר vers. 2. habere se *finaliter* resp. sequelæ: Συλλογιστικῶς resp. præscientiæ. Ipsa sc. reflexio castrorum Israelis versus Ægyptum, inductivum erat *intentionis illius Pharaonis de Israele errante* faciliùs opprimendo: at prævidentia hujus intenti v. 2. & finis Deo glorioſi, erat causa consilii v. 1. de retrogrediendo, cum jam procul abessent Ægypto: unde Pharao, qvi saltē triduum concesserat, suspicatus est non victimam, sed fugam meditari Mosen.

Concl. 2. Qværitur 2. Qvid sint *Pi-chiroth*, item *Baalzphon*? Resp. 1. Chirothæ montes à *mari rubro*, seu Ptolemaide *ad montem Casium*, qvorum anguſtiæ ad Baalzphon. Nugatur Raschi, dum per *Pithom* exprimit: de cœtero, fuisse ibi *scopulos excelsos, præruptos, intercedente anguſtâ valle, quæ os erat scopulorum*, probamus. 2. Baalzphon, fuit *planities ampla*, in qvam per fauces illas Chirotarum perveniebatur, & in qvâ *Idolum*, eo nomine colebatur, qvod à mari rubro Aqvilonem versus spectans *Dominus Aquilonis* dicebatur, ut qvæ de Astrologicis Planetarum figuris memorat Aben-Esra taceamus.

Concl. 3. Notetur 1. emphasis vocis נבכים in *intento Pharaonis* de Israelitis qvod *perplexitatem* notat, Da guter Raht theur iſt/ daß man nicht weiß/ woraus noch ein/ qvalis perplexitas erat in *Susan Persarum*, publicato terribili illo de trucidandis omnibus Judæis, Hamanis consilio *Esther 3. ult.* Chald. per מערברין, id est, *perturbati, confusi, animo anxii*, qvales sunt, *cauteriatâ conscientiâ fugitivi*, Raschi ad vocem נבך referre videtur, qvæ semel extat Job. 38, 16. unde reddit משוקעים i.e. submersi, ita occlusi ut non amplior illis spes sit, qvam submersis: Notetur 2. in v. 6. mem. 2. elegans paronomasia *sumsit ammo*, (populum suum) immo (secum) qvam etiam exprimit Chaldaismus in *Ammeh immeh*. Qværitur 3. qvæ ratio improportionatorum membrorum v. 10? Resp. datur exacta proportio materialis: memb. 1. ponit *factum Pharaonis*: secundum, *Israelis*, qvod fuit 1. *videre imminentem à tergo Pharaonem*. 2. *timere*. 3. ad *Dominum clamare*. Notetur 1. ratio sequelæ ס in v, 13. em-

phaticè includitur in orationis signo, planè uti Gen. 3, 14. in serpentis & Diaboli judicio. Notetur 2. Israelitis tribui *stare, videre, silere:* soli Jhovah pugnare. Clamant qvidem & expostulant cum Duce Mose v. 9. & 10 at jubentur contrà silere, & in silentio ac persistentiâ admirari salutem IHOVAH vers. 13. An non autem Panicus terror fuerit, *sexcentorum millium castra, tantopere trepidare, ad adspectum hostium* minorum *numero*, nec *pro se & liberis prælium tentare*? An forsitan servi in Dominos minus spirituum habuerunt? vel, *exhausti & bajulandis per omnem ætatem operibus fracti*, imbelles fuerunt, & imperiti militiæ, qvibus cum bellicosioribus, ferocibus, iisqve Dominis aleam belli subire, minus consultum? Certè exigua Amalekitarum manus superior erat myriadibus Israelis, nisi Moses elevaret manus. Qvicqvid sit, bellicosior, vel magis apta fuit bello illa, qvæ in castris nata adolevit generatio, qvam qvæ egressa est Ægypto.

Concl. 4. Qværitur 4. Qvæ ratio triplicati ה in c. 14? Resp. *Triplicatum argumentum:* 1. describit Dei in ducendo Israele consilium ad v. 15. 2. Intenti in illo consilio glorioßimum complementum, idq; 1. in Israele per mare liberato, qvod describit sectio 2. & 2. in Pharaonis supplicio, sect. 3. Qvær. 5. Qvæ emphasis ו in voce prima v. 16. Resp. 1. mutatum signat subjectum sc. v. 15. præscribit faciendum Israeli: v. 16. Mosi: Den Kindern Jsrael sage an/ daß sie auffbrechen/ nach gerade fortgehen: Du aber solt zuvor deinen Stab erheben/ und deine Hand außstrecken über das Meer. Non jubetur sc. Mosche baculo mare percutere, & percussione findere: sed saltem manus expandere super mare: ad qvod punctum extensæ manus, per Eurum vehementem fidit mare Deus. Notetur pro tam emphaticâ & subjectorum disparatorum distinctivâ accentuatione pariter *Rbia* in ואני v. 17. qvi in hoc respectu signando præ reliqvis antecellit. Tria scil. memorantur in tribus versibus subjecta distincta 1. Israelitæ. 2. Moses. 3. Deus: singulis singularis adscribitur actus, Israeli, *castra movere: Mosi manus & baculum super mare findendum attollere, DEO cor Ægypti ad persequendum* Israelem obfirmare. Hinc illa pronominum emphatica distinctio: sc. אתה v. 16. ואנכי v. 17. Was deine Person anlanget/ so solt du nur mit auffgehobenem Stab

Stab deine Hand recken über das Meer/ und es von einander theilen. Ich aber/ Ich wil das Hertz der Egypter verstocken/ &c. Qværitur 5. qvæ ratio geminati ויסע sub eodem Geresch compositi? Resp. 1 geminata profectio, una signati: altera signi: illa Angeli Ductoris αὐτοκρατορικῶς: hæc columnæ ducentis ζηκαντικῶς: licet autem nec separata, nec successiva, nec univoca fuerit illa נסיעה: nec repræsentatio illa majestatica fuerit nisi in columna, tamen revera in illâ ipsâ conjunctione distincta fuerunt *Angelus* & *columna*: & qvidem ut *creator* & *creatura*, ut Imperator & castra. Errant ergò qvi 1. Angelum hunc Ductorem pro creato habent spiritu. 2. qvi eundem identificant cum columna: neq; verò in hac ipsa negamus curruum igneorum & flammantium Sraphinorum condensata comitia. Notetur 2. rationem intercedentis inter castra Angeli in columna, fuisse 1. להבדיל מחנים, seu *castrorum separationem*. 2. לקבל חצים ובליסטראות של מצרים, seu *ad Israelis à telis Ægyptiorum immunitatem*: dubium nullum, qvin inseqventes cum furore Ægyptii fuerint מזרקין בישראל חצין seu projicientes in Israelem tela, & lapides balistarum: cœterum hæc omnia jacula intercepit densata columna: uti rectè hic ponit Raschi: atqve ita hic verè id præstitit DEUS in columna Israeli: qvod de aqvila nidum excitante, & inplumes pullos expanso alarum remigio imponenti, & tela in pullos corporis objectione avertenti, memorat Moses Deut. cap. 32. v. 13. 14. 3. להאיר ולהחשיך seu *ad illuminandum, & obscurandum*.

Concl. 5. Cœterum hîc qværitur 6. qvodnam sit subjectum ויבא v. 20. Respond. totum id complexum, seu utrumq; subjectum versus 19. ANGELUS in columnâ: Qværitur 7. Qvæ ratio positus in הענן והחשך vers. 20? Resp. nubes & obscuritas est obscurissima nubes, qvæ scil. intercesserit inter utraq; castra: idem tamen Angelus, qvi atrâ & caliginosa nube, Ægyptiis noctem hiememq; ferente, distinxit castra, Israelitis transeuntibus mare illustri affulsit ignis columna, ut ita illis fuerit כחשיכה כאורה. Errat R. Marinus vocem ויאר v. 20. explicans in opposito sensu *obscurandi*: qvem expositorem hic *lucem ponere in tene-*

bras

bras rectè & acutè monet Aben Esra, ponens regulam philologicam: לא יתכן בכל לשון שיהיה פירוש מלה אחת דבר והפכו אם לא היה ערל דרך כנוי: id est, *Nulli linguæ convenit, unam numero vocem significare rem & oppositum rei, nisi per Antiphrasin* qvalis est Job. 1, 5. ubi proinde לשון כנוי והפך notavit Kimchi: item 1. Reg. 21, 10. in judicio Naboth, ut qvi læsæ divinæ & Regiæ Majestatis arguitur sub hoc formali: Du hast Gott und dem Könige gesegnet: ubi fundamentum Antiphraseos doctè explicuit Lutherus: Gesegnet/ das ist/ er hat gelästert: Denn die Schrifft das grausame Laster/ das Gottlästern heisset/ an diesem Ort auffs züchtigste nennet. Gott lästern aber hatte Mose bey dem Tode verboten: So war das Königreich Israel von Gott eingesetzet/ daß den König lästern auch Gott betraff. Cæterum talis Antiphrasis hîc est inapplicabilis: neq; amplianda, ut ex tenebris lucem, & ex luce tenebras, item ex flentibus seu מבכות faciamus משמחות, lætantes, conf. Kimchi Ezech. c. 8. v. 14. & in rad. יפע: nec nisi insulsè probatur ex Ps. 139, 11. ubi אור lucem notat non tenebras: neqve enim qvod tenebriones agunt in tenebris, obscurum est, & extra conspectum illius, qvi inhabitat φῶς ἀπρόσιτον, & cui πάντα γυμνὰ καὶ πεπραχηλισμένα.

LOCUS IV.

Exod. XIV. 20.

Concl. 1. Notandum singulare columnæ illius hac in nocte ministetium & munus, tùm resp. Ægyptiorum arcendorum, & rubente dextra terrendorum, tùm resp. Israelitarũ à te rgo defendendorum, & insvetum per iter inter fluctus spumantes deducendorum, licet enim hac nocte vexilla Israelis antecederent nubem: dubium tamen nullum qvin uti totum exercitum: ita & viam illam, per qvam prima moverentur castra illuminaverit, & adeò Ductoris partes non deposuerit: unde & hac nocte, non uti aliàs, cessit igni nubes: sed mànsit conspicua Trias *columnæ, nubis, ignis*: conf. v. 24. rectè hoc singulare notant Hebræi: לא נסתלק העגן כמו שהיתה רגיל להסתלק ערביה לגמרי. Idem ergò Angelus Elohim ductor, qvi venit columna nubis & ignis intela

ter utraq; castra, nube qvidē caliginosâ & densâ, castra separavit, tela intercepit, qvin & sine dubio ex illâ ipsa terribili nube, in Ægyptios fulgura emisit, qvo sensu Luth. noster sumsit: Es war aber eine finster Wolcken/und erleuchtet die gantze Nacht/das ist: Es war ein Wetterleuchten in der dicken Wolcken: at Israelitarum castra, columnâ ignis illuminavit nocte tota, ut ita territorium tertium, nubis obscuræ, respiciat Ægyptios: qvartum, illuminandi noctem totam, Israelitas: neq; enim ullibi magis columna ignis necessaria fuit Israeli, qvam in hâc nocte, in qvâ ἐβαπλίσθησαν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Concl. 2. Laudandi hic sunt Paraphrastæ tùm Chaldæi: tùm Græci, qvi illum distinctum territoriorum respectum illustrem expresserunt. Clarè Targumista: חות עננא וקבלא למצראי ולישראל נהר כל לילייא i. e. *fuit nubes & obscuritas Ægyptiis: at Israeli lux, nocte tota,* neq; alitèr Hierosolymitanus: חות עננא פלגא נהור ופרגא חשוכא נהור מנהר על ישראל וחשוכא מחשך על מצראים ולא קריבו אלין לאלין למסדרי קרבא כל לילייא id est: *& fuit nubes, partim, seu dimidia parte, lucida: dimidiâ, obscura: lux seu ignis fuit super Israelem: & obscuritas super Ægyptios, ut non appropinquarent hi ad illos, ad ordinandam aciem, totâ nocte.* Nec minùs ex Græcis Aqvila: Καὶ ἐγένετο ἡ νεφέλη ζνόφος, καὶ ἐφώτισε τὴν νύκτα καὶ οὐκ ἤγγισεν ἕτερος πρὸς τὸν: Item Samarit. καὶ τὸ νέφος καὶ τὸ ζνόφος καὶ ἐφαινε τῇ νυκτί, id est, *& erat nubes & tenebræ, & lucebat nocte.* Clarissimè autem Symmachus: καὶ ἰδοὺ ἡ νεφέλη, ζνόφος μὲν ἐκεῖθεν, φαύσκουσα δ' ἐντεῦθεν, id est, *Et erat nubes, tenebræ quidem illic* (in castris sc. Ægyptiorum) *lucens vero hîc* (in castris sc. Israelitarum.)

LOCUS V.

Exod. XIV.

Was schreyest du zu mir!

Concl. 1. Qværitur, An verba illa v. 15. מה תצעק אלי respiciant Mosen repræsentativè seu in Israelis repræsentatione, excluso Mose? Resp. neg. respiciunt sc. directè Mosen. Obji. 1.

nullibi Moses dicitur clamasse ad Dominum. 2. sed de Israele id dicitur v. 10. 11. qvin 3. Moses benè cognitum habebat finem gloriosum Deo v. 4. & exinde vehementèr acclamabat populo, illud: *state, videte salutem Domini &c. 13.* Resp. 1. sufficit, qvod id hîc dicatur, & ex fidei naturâ, etiam silente Mose, præsumatur. 2. clamor Israelis erat cum impatientia & pœnitentiâ: clamor Mosis internus conjunctus cum fidei luctantis, in promissionem πληροφορίαν: ille saltem ex dictis probatur non fuisse in Mose.

Concl. 2. Notandum a. Chaldæum verba illa Dei ad Mosen: **Was schreyest du zu mir?** in sensu correlativo ad clamorẽ, absolutè reddidisse: קבלית צלותך **Ich habe dein Gebet/ dein schreyen/ schon erhöret (und demnach) sage den Kindern Israel/ daß sie mir ziehen.** Moses scil. διαμέμφεται τῇ πίστει clamat: *state, non timete: silete: Salutare Domini exspectate, videte:* non tamen *luctâ* caret *fides Mosis:* oppugnatur: sed, qvia anchoram habet πὺν ἐπαγγελάμενον, non expugnatur: clamat intus, luctatur: in ipso agone, audit Deum in se loqventem: *Quid clamas? jam exaudivi precationem tuam.* Ita fides *Mosis,* victoria fuit *Phamonis.* Relinqvimus autem in medio, an materialis conseqventia: an formalis herminiæ æqvivalentia à Targumistâ fuerit intenta: etsi hoc verisimilius: si enim distinguatur hæc vocum Trias, ita ut Tiphcha distinguat subjectum: Atnach prædicatum, jam talis est propositio: *Quod clamas,* (id) *ad me* (jam pervenit) **Es ist dein zappeln/ dein schreyen/ schon zu mir gekommen/** atqve ita planè formali conveniret Chaldæus: *Accepi supplicationem tuam:* & Hierosolymitanus: *Et dixit* VERBUM *Domini ad Mosen: quam diu clamas & invocas me? exaudita est supplicatio tua coram me.*

LOCUS VI.

Exod. XIV. 21.

Der HERR ließ das Meer hinweg fahren/ durch einen starcken Ostwind die gantze Nacht.

Concl. 1. Qværitur, Qvis intelligatur per רוח קדים seu ventum Kadim, de qvo dicitur v. 21. *Et removit* IHOVAH *mare illud per ventum Kadim vehementem, totâ illâ nocte, & redegit mare in siccita-*

ficcitatem: & ſectæ ſunt aquæ illæ. Reſp. 1. Erravit Vulgatus, dum de ſuo addidit, qvod non eſt in fontibus: ibi enim, ſaltem dicitur: Ventus Kadim vehemens: at Vulgatus præter vehementem, addidit ventum *Urentem:* unde concluſum ab aliis *ventum hunc Boream fuiſſe: nam borealis ita ſiccus eſt, quod urit* (verba ſunt Toſtati) ab aliis Auſtrum fuiſſe: ab aliis ventum calidum & ſiccum: indeq; amplius diſputatum, *an detur ventus, qui & calidus & ſiccus eſt, cum ex caliditate efficiatur humiditas?* an verò *ſubſolanus, cum ſuis collateralibus & moderatè calidus & ſiccus ſit?* excuſari qvodammodo poterat Vulgatus, qvod *ventus urens* illi ſit καύσωνος venti Kadim: qvomodo Exod. 10, 13. reddidit: *ventus urens levavit locuſtas:* at hâc ratione nec vocis vis: nec venti ſpecies exprimitur.

Concl. 2. Cœterum 2. ventus Kadim eſt ſubſolanus, atq; adeò rectè Luth: Durch einen ſtarcken Oſtwind: probamus 1. ex radice in qvâ anterioritatis eſt ſignificatio, atq; adeò is notatur ventus, qvi flat ab anteriori, homini fronte verſus orientem reſpicienti. 2. ex vocis קדם ſignificatione, qvæ eſt orientis ſeu orientalis plagæ: notatur ergò *ventus flans ab oriente.* 3. ex 4. cardinum ſeu plagarum repræſentatione, qvam Hebræi concipiunt in homine frontem verſus orientem habente: unde *oriens*, Hebræis dicitur: *anterioritas* ſeu קדם: *meridies* ימין, תימן ſeu *dextra:* ſeptentrio, *ſiniſtra:* occidens, *poſterioritas* ſeu אחור qvod ita ſtans, habeat *occidentem poſt ſe.* 4. Ex exempli paralleli collatione: ſc. is intelligitur per *ventum Kadim*, qvi *adduxit locuſtas ex mari rubro in Ægyptum* Exod. 10, 13. At is fuit *Eurus.* E. Minor probatur: tùm qvòd non fuerit Auſter vel Zephyrus, qvia uterq; ſpirat contra mare rubrum: neuter contra Ægyptum: & adeò non inferret locuſtas in Ægyptum: ſed efferret: tùm poſitivè, qvod fuerit Eurus: qvia directè opponitur *vento occidentali*, qvi dicitur omnes locuſtas ex Ægypto in mare rubrum conjeciſſe. Eurus ergò fuit, qvi locuſtas ex mari attulit: Zephyrus vehemens, qvi abſtulit, & in mare rejecit. Inſt. *Auguſt. Steuchus Eugub.* Is, qvi locuſtas extinxit, & in mare rubrum conjecit, Boreas fuit. Reſp. falſiſſimum illud, tùm ex plagâ: *Boreas enim non ſpirat ex Ægypto contra mare rubrum: ſed contra Ægyptum:* non ergò extuliſſet: ſed intuliſſet veriùs locuſtas: tùm ex determi-

natione expressa: *ventus* enim *maris* seu רוח ים *nunquam est Boreas: sed semper occidentalis Favonius*, sicut *mare magnum*, seu *Philistinorum*, idemq; *Mediterraneum*, occidentem notat Hebræis, at talis dicitur ventus ille Exod. 10, 19.

Concl 3. Objic. Ventus qvi induxit conturnices in castra Israelis Num. 11. dicitur Teman seu Auster Ps. 78, 26. At idem ibidem dicitur Kadim. E. ventus Kadim est Auster. Respon. concludendum erat. E. ventus ille fuit Euroauster, der Süd-Ostwind: qvia Eurus & Auster dicitur: hîc tantùm Eurus, qvia tantùm Kadim dicitur. Errat ergò Interpretatio Græca, qvæ in loco Psalmi Kadim reddidit Austrum: Teman Africum seu νότον καὶ λίβα, qvomodo & delirat Vulgatus: Contra *nunquam Kadim Notus: nunquam Teman Africus*, seu occidentalis ventus. Cœterum nos & pro Euro (non accipimus hîc Eurum uti Vitruvius l. 1. pro intermedio inter orientem, & meridiem: sed pro vento spirante ex cardine orientali concepto in æqvinoctio) urgemus facti qvalitatem Geographicè consideratam: ibant sanè Hebræi contra orientem Ægypto: eminebant à Septentrione, Austro & Occidente, altissimi, deserti Etham, & Chirotarum scopuli: ipsi Israelitæ ab occidente tendentes ad mare rubrum, penetratis angustiis, undiqve abruptis scopulis fuerunr occlusi: probabilius ergò ad minimũ ex hoc positu est, *quod ventus dividens mare venerit ex plagâ orientali:* impedientibus vehementiam Boreæ, litoribus. Urgemus deniq; & locorum Biblicorum, Hebræorum item suffragantium autoritatem, & notamus 1. ventum Kadim, absolutè qvoq; dici Kadim Gen 41, 6. 23. 26. 2. assertum Hebræorum: *Ventus Kadim*, est *Executor sententiæ Domus judicii cœlestis:* qvomodo & hoc loco Raschi: הוא הרוח שחקבח נפרע בה מן הרשעים id est, hic est *ventus ille, quo Deus sanctus benedictus vindictam sumit ab improbis:* confer pro hâc sententiâ: Exod. 10, 13. cap. 14, 26. Job. 38, 24. Psal. 78, 26. Es. 27, 8. Jerem. 18, 17. Hos. 12, 2. c. 13, 14. Ezech. 27, 26.

Concl. 4. Qvid Vulgatum induxerit, qvod Kadim per Ventrum urentem expresserit, facilè constat: sc. *passim exurere*, seu *humoribus exustis arefacere, Vento Kadim tribuitur*, conf. loc. Gen. 41.

Jon. 4,

Jon. 4; 8. Jechez. 17, 10. c. 19, 12. cœterum περίφρασις illa non adæqvatè determinat speciem venti orientalis, maximè in regionibus Tropico propioribus, ut ventus urens etiam vel Boreas, vel aliqvis Japex seu Caurus, nedum Notus esse possit. Ventorum omnium materia est exhalatio: cœterum hæc non facit magis Eurum calidum: qvàm Zephyrum: sed hîc plurimum, *aeris, ex nivium, pruinarum,* vel *aliorum halituum dispositione, sivè frigidioris, sivè calidioris,* conceptioni, est adscribendum. Illi ipsi Etesiæ, veri nostri orbis æstuosioris Favonii, & Caniculæ prodromi, mari sanè Hyperboreo, in qvo subsolani rari, Zephyri penè ignoti, soli Aqvilones naturales Domini, non sunt Favonii: sed ejus superficiem hyeme qvasi pavimento solidât: in caliginosa æstate, insulas specie crustarum glaciei inter se concurrantium ostentant: ventus ergò urens non est adæqvatus Euro, cum talis & Notus & Favonii & vel ipse esse possit Aqvilo: qvin idem hîc urens: alibi constringens: nunc torrens: nunc glacians: licet, abstractâ illâ & originis & nostri aeris, ex vi diurni solis, affectione, magis Notus: qvàm Favonius & Eurus: magis hi, qvam Aqvilo, venti dici possint calidi: sanè Vulturnus ex 3. orientis Ventis unus, maximè calidus est & humidus, ita ut alicubi in Italia Austrum æqvet: alicubi, ad Adriam sc. qvem rectâ verrit, superet. Aer autem non minus: qvàm ventus humidus tussiculosos facit, sputatores, podagrâ catenatos, optimum sanè viaticũ senibus ad nihil valere. Ad summum ergò, calidum esse, & ventum urentem pro ratione aeris, solis, loci erit saltem proprium Euri in secundo modo.

Concl. 4. Ventus is, qvi flatu secuit mare rubrum, dicitur רוח עזה id est, *Ventus vehemens imperiosior.* Id epitheton ut huic vento proprium, non ut accidens intensivum prædicari statuit Raschi, qvi id porrò refert ad rigorem judicii, ad qvod exeqvendum, ministerium imperatur hujus venti. Cœterum ruunt illa, *sinec omnis ventus Kadim executor judicij ita nominatur:* nec *qui ita nominatur, est ventus Kadim:* nec *id est proprium tertij, nedum quarti modi,* resp. Euri. Sanè in Æolia Virgilii *mare totum à sedibus imis*

Una Eurusq; Notusq; ruunt: creberq; procellis
Africus

ne memorato qvidem, *quo nunc mare nunc sylvæ Threicio Aquilone sonant.* Et tamen *Boream flatu vehementem* sæpissimè nostra experitur Æolia: verè ergò & Boreas & *Notus Dux inquieti turbidus Adriæ* &, qvi tantâ Poetarum pompa fertur, decertans Aqvilonibus, præceps *Africus*, seu *Zephyrus* esse potest רוח עזה, & profectò talis fuit, qvi *coturnices ex Ægypto* ad unum omnes in mare retraxit, unde & Exod. 10, 19. *ventus validus* valdè, ventus *maris* seu *occidentis* dicitur:

Concl. 6. Non necessariò hic arbiter Maris Suph, ventus urens, sive humidus sive frigidus concipitur: sufficit, qvod fuerit *vehementissimus, validus, siccus*, qvi mare totum à sedibus imis ruere, *& divisi maris fundum exsiccare potuerit.* Ventos enim validos esse frigidos, Vulturnus & Auster alicubi refutant: neqve ex motu frigidiores fieri ventos, ipsorum ventornm testis est materia. De cœtero ordo miraculi hic est: *1. Moses extendit manum super mare. 2. in illo puncto incubat Mari vehementior Eurus per quem. 3. & diffiduntur maris aquæ ad transitum,* & in diffissam abiguntur tota nocte. *& 4. sensim exsiccatur fundus.* Qvin 5. illa abactio maris per Eurum vehementem & exsiccatio fundi duravit adusq; vigiliam matutinam: & adeò verè per noctem totam. 6. Ingressi Israelitæ sunt mare rubrum, vigiliâ noctis 1. mari jam abacto, fundo tamen extensivè per totam itineris diametrum seu semicirculum ἐν σιγμῇ nondum exsiccato: & adeò flante adhuc Euro, ut nulla sit consequentia Tostati: *Israelitæ sunt ingressi mare rubrum nocte: At ingressi sunt nonnisi post exsiccatum fundum. E. Ventus non flavit, & exsiccavit mare totâ nocte: sed tota nox accipienda pro parte.* Frustra instat: E. flante eodem vento & abactum, & in solitam superficiem redactum est mare: eodem flatu exsiccatum & fermentatum, qvia ruentibus in Ægyptios aqvis adhuc erant multi Israelitæ in fundo maris. Resp. conced. totum: neq; hîc absurdum: qvia abactio illa maris, & exsiccatio fundi, non fuit δυνάμις φυσικὴ Euri, neq; adæqvata causa, in actu: nec vel φυσικῶς obstare potuit nec ὑπερφυσικῶς ordinata fuit, ut impediret, qvò minùs idem mare rueret in Ægyptios. Notetur tamen accentuationem docere

cere illud *totâ nocte* nexu immediato non conjungendum cum *vento*: sed cum *abigendi maris actu*.

LOCUS VII.

Exod. XIV. 22.

Et venerunt filii Israel in medium maris.

Concl. 1. Id qvod hîc *medium maris* dicitur, in cantico, *cor maris* nominatur. Qværitur ergò an *cor maris* supponat pro *medio Mathematico*, seu *Geometrico*, an uti aliàs, pro inæqvali intrinseco, qvâ ratione non ad medium præcisè sinum rubri maris: sed *vel ad unum, vel ad plus minus miliare*, si ingressi essent Israelitæ mare, rectè dici possent, *venisse in medium maris* seu fundi illius, *quo paulò ante erat mare*: qvomodo *cor cœli* memoratur Deut. 4, 11. Jonas in *corde maris* Jon. 2, 4. *Tyrus* pariter *in corde maris* dicitur, Christus in *corde terræ*: neq; tamen Tyrus *in medio maris Mediterranei*, sed vix aliqvot stadiis à continenti: nec *sepulcrum Christi in centro terræ*: qvin nec *cor in medio hominis est præcisè* inclinat enim magis cuspide versus sinistram, eamq; calefacit, sicut epar dextram. Sic *collecta turba* vel הָאסַפְסֻף in medio castrorum ponitur, Num. 11, 4. qvæ tamen in ultimis continebatur castris. Non ergò omne תּוֹךְ item קֶרֶב & לֵב notat medium Geometricum.

Concl. 2. Qvin vel ex ipsâ oratione: *Ambulaverunt Israelitæ in medio maris*, satis constat non *exactè medium* intelligi *Mathematicum*: sed *medium* esse intrinsecum, ipsum sc. *fundum maris*, in qvem descendebant, & in qvo medio inter maris fluctus utrinq; exaggeratos ambulabant, ut ita, simul petierunt fundum, jam ambulaverint in medio maris: qvâ ratione alius est respectus medietatis, non ad latitudinem: sed ad ambulationem. Cœterum ad rem. An per *medium Geometricum in latitudine* directè & à fronte in frontem transiverint Israelitæ mare rubrum, ita, ut exiverint in litus oppositum qvæstio est? *Negant id Hebræi*, & habent suas qvasdam rationes 1. *id unde intrarunt in mare*, vocatur *desertum Etham*: & in idem *desertum Etham* dicuntur rediisse, qvando exiverunt è mari Num. 33, 6. 8. in idem ergò litus superatis saltem montium

tium scopulis, redierunt. *2. non est necesse ut ingrederentur mare nisi ob Pharaonis exercitum, qui ibi submergendus erat:* ad qvod non opus erat transire sinum in latitudine. *3. latitudo maris rubri,* licet varia pro pyramidali sinus illius figurâ, tamen, etiam concepta circa *extremitatem septentrionalem,* vel 15. miliarium, & adeò major qvam qvæ tot myriadibus unâ nocte, (eaq; in elevat. poli 25. grad. post *æquinoctium vernum non integrarum 12. horarũ,* nec tota transitu exacta, cum non in puncto noctis incipientis sint ingressi) transeuntibus conveniat. 4. Natura maris est mortuos ad propinqviora littora rejicere qvalia fuerunt illa per qvæ intraverunt: unde in illa ejecta esse Ægyptiorum cadavera, probabile. 5. Si transiviſſent ad litus oppositum necesse habuissent *bis transire mare rubrum* ubi iterum opus fuisset miraculo, & aliqvot dierum spatio. At ubi hoc scriptum? Concludunt ergò *aliquantisper ad dimidium miliare,* vel *ultra ingressos, superatis altissimis, deserti Etham scopulis* seu *promontoriis, figurâ semicirculari circumflexos,* in idem *latus & desertum Etham rediisse,*

Concl. 3. *At transversaliter ad litus oppositum transiisse sentit Lyranus,* & ante hunc *Josephus.* Ratio *1. quia sic rediissent ad terram Ægypti unde exierant. 2. Post transitum maris rubri non leguntur Hebræi appropinquasse Ægypto. E. id desertum Etham, in quod sunt ingressi, est aliud, quam ex quo sunt egressi. 3. Desertum, in quod ingressi Hebræi transito mari, vocatur desertum Sur, cap. 15, 23.* Cœterum Josephum qvod attinet, sine rationibus simpliciter id asserit, nec hic magis obligat, qvàm in illis, qvæ ponit ἄπο χαφῆς, scil. *1. in castris Ægyptiacis fuisse equitum 50000. 2. Mosen baculo percussisse mare. 3. Hebræos tempore diurno transiisse: Ægyptios nocte idem iter tentasse. 4. Non Ægyptios mare ingressos, nisi ubi jam penetraverant Hebræi in litus oppositum. 5. Canticum Hexametron. 6. Transitum illum per mare rubrũ, minus admirandum, quod Alexandro Macedoni in Persiam moventi pariter iter siccum præbuerit & transitum dederit Mare Pamphilium. 7. Quin destruit seipsum, dum ponit Hebræos in oppositolitore, cum jam evasissent mare, spectavisse Ægyptios ingressum in mare eodem itinere tentaturos, & huic fini accinctos:* qvod latitudo maris non concesserit.

Concl.

Concl. 4. Nec Lyra hîc habet nisi deliria. Resp. enim ad 1. N. conseq. *desertum Etham erat Arabiæ:* in cujus proinde magnas solitudines redibant Israelitæ: Resp. ad 2. *& adeò nec sic appropinquaverunt Ægypto: sed Arabiæ.* Appropinqvavissent autem, imò in Ægyptum superiorem transivissent, si ad oppositum litus penetrassent, juxta orosium: ad 3. scriptura non multiplicat desertum Etham: & adeò unum illud & singulare desertum fuit. Argumentamur: id desertũ, in qvod immediatè intraverunt Israelitæ ex mari rubro, fuit desertum Etham Num. 33, 8. Id desertum, in qvod immediatè &c. fuit desertum Sur. E. *desertum Sur est desertum Etham*, & idem numero: unde & triduo post egressum, in deserto Etham ambulasse dicuntur Num. 33, 8, & pariter eodem triduo in deserto Sur, Exod. 15. Cum sententia ergò priori facimus, qvicqvid sit de unâ vel altera ratione ejus.

Concl. 5. Indignum est miraculi illius & admirabilis sacramenti majestate, vel qvæ mendacissimi Græculi mentiuntur de suo κεραταφόρῳ, uti aliàs de fluminibus epotis à Xerxis exercitu, de planatis montibus, & qvæ alia sunt mendicabula, cum illius conferre veritate & divinitate, & sunt illæ verè τερατολογίαι ὀνειροπωλούντων. Neqve minus explodenda est illa Atheorum calumnia, qva Mosen commoditate fluxus & refluxus usum, Israelem sine miraculo perduxisse, blasphemant. Esse aliàs *Erytræi æstum ingentem*, testis est J. Scaliger: cœterum rectè addidit ille: *Nunquam mare regrediens ita litus nudat, ut non ad Sves usq́, quod in intimo recessu jacet, litus aperiat, & aliquando inferiores partes quà transierunt Hebræi suâ decessione aperiat.* Et clarè scriptura: incessisse dicit per medium maris, in arido (ita) *ut aquæ non refluxerint: sed àdextra & à sinistra illorum, instar aeervi fluentorum coagulati, murorum instar steterint:* qvomodo id convenit refluxioni naturali? & qvomodo hanc ignorarunt Ægyptii, qvomodo non eandem commoditatem sunt præstolati? qvare non priùs, qvàm extendente Mose manum, rediit mare לאיתנו, id est, uti Chald. & Græci reddiderunt: לתוקפיה in robur seu validitatem suam, & irruit in Ægyptios? & qvæ ratio, qvod eodem tempore fluxus & refluxus fuerit,

hondum Israele in litus enitente? qvomodo, qvod mare refluens intercluserit viam illam ad litus, ita ut Ægyptii ex fundi sicco etsi sensim fermentato in litus tendere conclamantes, in illos resolutos aqvarum muros fugiendo inciderint, & super illos ad litus tendentes mare irruerit? conf. 27. 28. Addatur: plenilunio omnia maria intumescere: si qvis ergò refluxus fuisset, fuisset novilunio: at hic transitus contigit circa plenilunium.

LOCUS IIX.

Exod. XIV. 24.

Da nu die Morgenröhte kam.

Concl. 1. Cœterum, nos, qvæ illustria hoc in miraculo amplius occurrunt, scrutemur. Ubi statim occurrit in v. 24. mentio אשמרת הבקר seu *vigilia matutina*: hoc enim tempus fuit qvo Deus ex columnâ nubis *& ignis jaculatus in Ægyptios, conturbavit castra ipsorum*, qvo, currus rotis exarmavit, qvo difficilem & gravem Ægyptiis processionem fecit, qvo senserunt Dei manum Ægyptii consternati, qvo aqvæ maris, perrupto illo, qvo continebantur, muro effusæ sunt in Ægyptios, & hi ad unum omnes submersi. Qværitur ergò qvodnam sit tempus illud? Resp. 1. fuit ante solem orientem supra Horizontem, unde incipit בקר. 2. *vigilia mane* seu *matutina* fuit novissima φυλακὴ τῆς νυκτὸς, in qva matutinum crepusculum Solis qvidem adhuc aliqvot gradibus infra Horizontem depressi: at aeris, jam adscendentis solis radiis & lumine, illustrati. 3. Actus sunt distinguendi in hac vigilia matutina, qvorum fuit aliqva successio: sc. 1. Deus השקיף prospexit ex columna in Ægyptiorum castra *tonans, fulgurans, & jaculis sese vindicem repræsentans.* Ad qvam prospicientiam terribilem statim successit, *2. horrenda castrorum conturbatio*, & tumultuatio, expressa radice המם tùm v. 24. tùm alibi in Ps. 18, 15. & 2. Sam. 22, 15. ubi est scriptum יהמם, id est, & terribili fractione contrivit eos. *3. Curruum exarmatio*, Er stieß die Räder von den Streitwagen hinweg. Unde secuta est 4. difficilis & impetuosa cum gravitate ductio, Er führet sie mit ungestüm. 5. Ægyptiorum ad fugam, irritata ob irrita-

tum

tum numen coaclamatio v. 25. 6. manus Mosis super mare extensio. 7. maris ad solitum fluxum reversio: & ita, objectis mari reverso, Ægyptiis, horum omnium submersio: qvæ proinde facta dicitur לפנות בקר furtz vor der Sonnen auffgang/ ubi scil. *jam aerem illustrabat, Sol paucis saltem infra Horizontem orientalem gradibus.* v. 26. 27. *Divisio* scil. *diei artificialis* seu τῆς νυχθημέρου, primò fuit in tres vigilias sc. 1. ערב 2. בקר 3. צהרים Psal. 55, 18. licet vigilia לערב noctis subdivideretur, in mediam noctem meridiano oppositam: sed & distinctæ erant Mischmaroth vel Aschmaroth seu vigiliæ noctis, qvas tres definiunt Hebræi, qvomodò in libro *Roschbrachos*: גו משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר שלשה & Raschi hoc l. אמר הקבה אוי שחרבתי את ביתי חלקי דוולילה קריין אשמורה id est, *tres partes noctis dicuntur vigiliæ, ex quibus illa quæ proximè est ante* בקר *dicitur vigilia matutina:* addit idem: *Angelos quoq; sanctos observare tres vigilias:* imò, *mensuram divisionis hujus in tres vigilias*, esse in משמרות שיר מלאכי השרת seu *in custodiis jubileis Angelorum, qui sanctissimè vigilias & stationes Canticorum & hymnorum in cœlis observant, ita ut distributi, turmatim in tres portiones dividant jubileas suas stationes*, & כת אחר כת *Deo ter sancto hymnos & τρισάγιον decantent.* Hæc Rabbinus ille. Conferantur cum his, qvæ in historiâ nati JESU CHRISTI dicuntur: ubi uti πομπῆς illi fuerunt φηλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς, ita unus ex turmâ Sraphina Angelus, *evangelizat gaudium illud magnum:* statimq; adest *tota militia cœlestis exercitus*, intonans illud admirabile Δόξα Θεῷ &c. Luc. 2, 8. conf. Matth. 24, 43. unde & mentio fit *primæ, & secundæ & tertiæ vigiliæ noctis* Luc. 12, 38. imò & *quartæ* seu τῆς τετάρτης φυλακῆς *noctis*, Marc. 6, 48. conf. jam illustris. locus Marc. 13, 35. prima sc. vigilia ibi dicitur ὀψὲ, 2. μεσονύκτιον. 3. ἀλεκτοροφωνία. 4. πρωΐ.

Concl. 2. Claudimus *vigiliam matutinam*, dummodò verbo addimus Chaldæos, ex qvibus Hierosolymitanus id expressit per בערנוי צפרא & Onkelos per במטרת צפרא id est, *in observatione* seu *custodiâ auroræ.* Rem benè expresserunt: reverâ e-

nim *vigilia mane* seu *matutina*, includit *tempus auroræ*: & sunt ipsa *auroræ* vocabula apud Chaldæos emphatica: vocatur scilicet tùm שפרפרא ab insigni colorum *pulchritudine*: tùm צפרא à radice, qui *circuitus*, *conversionis*, *reditionis* inest significatio: tùm qvod aurora *circuitus*, *periodus*, & pulcherrima nostri Horizontis corona: tùm qvod signum sit *redeuntis* ad nostrum *Horizontem* solis: cæterum nec litem movebimus, si qvis ipsum πρωὶ seu *diluculum solem orientem proximè antecedens* alicubi ex qvo jam incipit Sol radiis *fulgurare* in nostro Horizonte, hoc nomine venire asseret, ita ut *orientem* cum *diluculo*, diei sc. *civilis* principio includat.

LOCUS IX.

Exod. XIV. v. 24.

Schauet der HERR auff der Egypter Heer/ ꝛc.

Concl. 1. Actus primus sub hâc *vigilia matutinâ*, voce וישקף ad castra, sc. Ægyptiorum, exprimitur ab Hebræo, sicut per אסתכי למשריתא à Chaldæo. Qvid hâc voce notetur, ex formali constabit scrutinio. Unde concludimus 1. radix שקף notat prospicientiam per singularem השגחה seu providentiam. 2. cum uon usurpetur in totis scripturis, nisi in Niphal & Hiphil, de Deo non prædicatur nisi in Hiphil. 3. & adeò DEUS est משקיף & non נשקף seu ita prospiciens, ut qvâ פנים non prospiciatur, qvomodo columna qvidem nubis & ignis prospecta est: at non ipse Jhova in nube, qvi proinde ita prospexit è nube, ut non sit prospectus, & ita prospicit de cœlis, Psal. 14, 2. de habitaculo sanctitatis Deut. 26, 15. Thren. 3, 50. ut non sit נשקף. 4. unde & notatur prospicientia ex edito, seu excelso imperveſtigando, ita ut feneſtræ sint intrinsecus apertæ, extrinsecus clausæ, seu חלוני שקופים אטומים 1. Reg. 6, 4. qvin 5. notatur semper de Deo maximè, prospicientia singulariſſimè *Practica*: nunqvam merè *Theorica* seu *speculativa*: & qvidem 6. energetica vel in apotelesmate singularis gratiæ: Deut. 26, 15. Thren. 3, 50. vel in exercitio severæ vindicatricis justitiæ, ut hoc loco: sed & 7. prospicientia

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0244
DFG

tia judiciária notatur cum notione organicâ, qvatenus sc. annotatur fulgurans, emicans, percutiens, prospiciens, ad præcipitem consternationem: atq; adeò aptè convenit huic actui. Dubium enim nullum, qvin hâc prospicientia, emissa notentur in Ægyptios ex columnâ edita, fulgura, tonitrua, flammarum eminentium coruscationes, ministrantibus hîc Irato fœderis Angelo, illis, qvi creati sunt φλὸξ πυρός. Rectè ergò Targumista Hierosolymi, explicuit: ארוך מימרא דיי על משריתהון ורמא על יהון נפתא ואשתא ואבני ברדא: id est, *& specialitèr respexit seu attendit DEUS ad castra Ægyptiorum, & projecit super illos, sulphur & ignem, & lapides grandinis.* Atq; ex his dictis patebit, qvid sentiendum de Josepho in hunc locum. Conf. etiam Ps. 18, 13. 14. 15. Psal. 77, 19. & patebit qvalis hæc fuerit prospicientia Dei.

Concl. 2. Inter actus illos vindicis Dei ponitur qvoqve exarmatio curruum, deturbatis rotis, qvi exprimitur verbo ויסר cum objecto אפן מרכבותיו *vel* גלגלי רתיכיהון conferatur cum Chald. locus Ps. 77, 19. Vox increpationis tuæ in Galgal &c. Non desunt, qvi à שרר vocem arcessunt, hoc sensu: ad illam tonantis & fulgurantis Dei plagam, Ægyptios retrò currus militares convertere voluisse, ut in litus, unde exiverant, maturè redirent: atqve hinc confusionem ortam & conturbationem horum castrorum: cœterum, qvamvis illa intentio fuerit Ægyptiorum, ad fugam conclamantium, hæc tamen vox est à radice סור in conjugat. *gravi aucta* cum ו conversivo patachato, retracto accentu, indeq; abbreviato puncto: significatio: fecit recedere, amovit: ita ut connotetur, hîc ministerio Angelico DEUM deturbasse rotas curruum militarium. Sunt qvi id eò referunt, qvod sc. Ægyptii videntes tardius procedere in fermentato fundo currus, abruptis rotarum funibus eqvis expeditis & velocibus insidentes fugam adornarint, cœt. & ipsos Ægyptios & eqvos illo terrore seu מחומרת השכם *consternatos, fugæ inidoneos fuisse.* Onkel. transtulit per ואעדי *& removit.* Sym. μετέστησε; alii ac si esset ab אסר in significatione vinciendi ζωσθῆναι seu colligavit. Male.

Concl. 3. Qvæsitum: An illud עד אחד *unum* excipiat & sit *positus exceptivus?* Respond. Negand. qvin illud עד חד est positus *extensivè inclusivus*, ut *ne unus quidem* excipiatur ab actu qvi negatur: Non superstes remansit ex illis ad unum, id est, Nullus, ne unus qvidem אחר מהם לא נותר omnes ad unum internecione deleti seu submersi sunt: sic alibi: de pecude Israelis non mortui sunt ad unum, id est, ne unum qvidem mortuum est: ad unum omne servatum est: sic: Non est qvi faciat bonum etiam unus, vel ad unum: id est, nullus inter filios hominum: qvia הכל סר, Ps. 14, 2. *Quis dabit mundum de immundo,* לא אחר, id est, *ne unus quidem dabitur muudus de immundo:* seu οὐδεὶς uti Græci Job. 14, 4. ubi interrogativè Vulgatus: nonne tu qvi solus es?

Concl. 4. Qvæsitum: *Quæ ratio versus 29. cum idem planè dicat vers. 22?* Respond. 1. notetur illustris collatio positus & accentuationis. 2. vers. 22. agit de miraculo circa exordium: vers. 29. de eodem circa terminum. 3. & hic notat effectum oppositum sc. Ægyptii à relabente mari omnes ad unum submerguntur: dum Israelitæ in sicco maris fundo progrediuntur: 4. ubi proinde maximum miraculi robur est: scil. *Ubi transibant Israelitæ ventus orientalis fluctus abigebat, fundum exsiccabat:* ubi funerandi erant Ægyptii, ibi vel idem vel diversus ventus, concretos in murum qvasi fluctus dissolvebat, ita ut in exiguo intervallo ejusdem maris, & diversæ operationis, diversum esset miraculum. *An autem totâ nocte transiverint Israelitæ?* Resp. Qvi numerum æstimabit, noctem transitu consumptam nec dubitabit, nec mirari poterit. Castra etiamsi in 12. turmas distributa 12. semicirculis transiverint, erant 600. millium: & hæc vix qvarta pars transeuntium: excipiuntur enim minorennes, immatura, bello soboles, mulieres, & ערב רב seu turba illa miscellanea: item pecudum ingentia agmina, conf. Exod. 12, 37. An mirum, qvod effluxerit interim nox una.

LO-

LOCUS X.

Cadavera Ægyptiorum ad litus ejecta. Crediderunt in Deum & Mosem.

Concl. 1. Qvæsitum qvæ sit resolutio membri secundi versu 30. ויֹרֶא יש׳ מצרים מת על שפת הים? Resp. Formalis est resolutio: *Et vidit Israel, Ægyptium, mortuum seu morientem ad litus maris:* non: *Israel in litore maris, vidit Ægyptios* (in mari) *morientes:* qvâ ratione accentuatio talis esse debebat

ויֹרֶא ישראל את־מצרים מת על שפת הים:

nunc cum sit superior, & *Met* Tiphatum nectatur cum *litore maris:* concludimus, illam loci circumstantiam non conjungi cum Israelitis videntibus: sed cum Ægyptiis morientibus: licet Israelitæ spectatores salutis illius fuerint in maris litore.

Concl. 2. In illâ 40. annorum peregrinatione, Israelem bella gessisse, tùm statim post egressum ex mari cum Amalekitis: tùm post cum Cananæis, Amorræis &c. ex historia constat Exod. 17. Num. 14 & 21. Qværitur: Unde arma habuerint? Respondet Josephus lib. 2. Antiq. cap. ult. *Ex spoliis Ægyptiorum in mari rubro cum omnibus illis, quibus instructi erant, armis, & apparatibus submersorum: hæc è mari, impellente Euro illo vehementiori in litus ejecta à Mose collecta, & inter Israelitas distributa.* Cœterum, ut de *quibusdam* id concedamus, juxta superiorem interpretationem facilis est ratio armandi Israelem, indeq; & à Lyrâ & à Tostato rectè observatum: DEUM morientes & mortuos Ægyptios illuc appulisse ad consolationem Hebræorum, ut solùm se: non autem Ægyptios timerent: & ut haberent arma & spolia Ægyptiorum, qvæ qvàm ampla fuerint ex delectu bellatorum ipsiusq; belli apparatu constat, cap. 14, 6. 7.

Concl. 3. Conseqvens & effectus hujus miraculi apud Israelitas exprimitur vers. ult. memb. altero: ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו. Sensus λέξεως est: Israelitæ illo βαπτίσματος ἐν τῇ νεφέλῃ

νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, Sacramento extraordinatio potenter confirmati amplius crediderunt in IHOVAH & in MOSEN servum ejus, seu in doctrinam MOSIS: pulchrè Chaldæus, uti Gen. 15. Et *credidit Abraham in* VERBUM IHOVAH: ita hoc loco: *& crediderunt Israelitæ in* VERBUM DOMINI: porrò, qvod additur: *& in Mosen servum ejus*, reddidit: ובנביאותיה משה עבדוהי, *& in promissionem seu prophetiam Mosis servi Domini.* Verè enim hâc liberatione, & Angeli Ductoris & Liberatoris revelatione, obsignati sunt ad credendum liberationem spiritualem ex regno tenebrarum, per Angelum Mediatorem. Tostatus: Distinguitur credere triplicitèr: *credere Deum, credere Deo, credere in Deum:* primum est commune omnium gentilium, & qvia naturalitèr cognoscitur, non habet Meritum: secundum, est *credere verbis Dei:* qvomodo eadem ratione & Deo creditur: & hoc credere respectu. Dei est meritorium, si sit supernaturale revelatum. Tertium, *esse fidem propriè, & illam spectari in symbolo.* Verum hæc tàm crassa sunt, ut non indigeant examine Philologico. Qvod si *credere in Deum*, est *fides propriè & symbolicè:* falsum illam fidem, qvæ prædicatur hîc de Israelitis, non fuisse fidem consideratam in articulo fidei symbolico.

Conc. 4. Cœterum uti concedimus distinctionem illam non esse rigorosam, cum aliqvando *credere in Deum*, sit ipsissimum *credere Deo*, vel contra: &, *credere alicui*, sit *credere in aliquem*, & contra, in *usu tamen famosiori*, non nulla planè est illa distinctio; qvia 1. *si idem planè essent*, qvare *non eadem constructio Hebraismi*, qvæ nunc est cum ל Dativi Esa. 53, 1. Psal. 106, 24. Deut. 9, 23. Exod. cap. 4. v. 1. 8. 9. nunc seqvente ב 2. Reg. 17, 14. Psal. 78, 22. Num. cap. 20. v. 12. 2. Chron. 20, 20. 2. & N.T. πιστεύειν εἰς αὐτὸν, &c. l. X. Matth. 18, 16. Ioh. 2, 11. cap. 3, v. 15. 16. 36. cap. 6, v. 35. cap. 7, v. 5. 31. 38. 39. c. 9. 35. 36. & πιστεύειν αὐτῷ, Matth. 21, 25. 32. Johan. cap. 5. v. 46. addatur: in πιστεύειν εἰς τὸν Θεὸν supponitur πιστεύειν τῷ Θεῷ, unde & Apostolus Rom. 4. v. 3. & 5. utrumq; exprimit

& πιστεύειν τῷ Θεῷ, & πιστεύειν ἐπὶ τὸν Θεὸν.

DECADIS XII.

LOCUS I.

CANTICUM MOSIS ET ISRAELIS

Exod. 15.

Concl. 1. עסרתי שירתא אתאמרו בעלמא הדין ומשבח מן כולהון שירתא די אמר שלמי ברוח נבואה קדם רבון כל עלמא i.e. *Decem cantica pronunciata sunt in hoc seculo, ex qvibus excellentissimum est Canticum canticorum, qvod in Spiritu Prophetiæ elocutus est Salomo coram Dominatore omnis seculi:* verba sunt Targum in vers. 1. Cant. Cant. qvod ibidem ordine enarrat X. illa cantica, ex qvibus *duo priora* ita describit: שירתא קמיתא אדם בזמן דאשתביק ליה חובתיה ואתא יומא דשבתא ואגן עלוי פתח פומיה ואמר מזמור שיר ליום שבתא: i. e. *Canticum 1. Adami, qvod cecinit in tempore, qvo remissum est ei debitum s. peccatum ejus: simul enim advenit Sabbatum, aperiens os cecinit in Sabbato illo Psalmum XCII. qvi exinde inscribitur Chaldaicè: Psalmus Sabbaticus:* porrò: שירתא תניתא אמר משה עם בנוי דישראל בזמן די בזע להון מרי עלמא ית ימא דסוף פתחו כולהון ואמרו כחדא שירתא i. e. *Canticum secundum cecinit Mosche cum filiis Israelis, illo tempore, qvo Dominus seculi secuit illis rubrum mare: omnes tunc aperuerunt os & unanimitèr decantarunt Canticum illud, qvod inscribitur:* Tunc cecinit *Mosche cum filiis Israelis hoc ipsum Canticum Domino, & dixerunt hunc in modum Exod. 15. 1.* qvod hâc ipsâ Disputatione, in Mosen 24. in Exodum 13. examinî sistimus.

Concl. 2. Occasionem cantici particula אז sistit, eademq; ad liberationis mysterium, & stupendum illud Exod. c. 14. miraculum proximè antecedens, respicit. Qvæstio hîc nobilis in ipso statim panditur Cantici introitu, qvæ ratio sit nexus particulæ אז cum tempore futuro ישיר? Resp. futurum cum אז copulatum supponere pro præterito, monent Hebræi regulâ Grammaticâ:

משפט לשון הקדש עתיד תחת עבר עם מרת אז idq; exemplis confirmant Jos. 8. 3. 1. Reg. 11. 7. Deut. 4. 41. Jos. 10. 12. uti ob infallibilem futuritionis certitudinem passim in prophetiis, maximè Evangelicis עבר החזק עתיד s. præteritum pro Futuro. conf. in hoc Cantico à v. 13. 14. 15. Dubium tamen nullum, qvin in primâ intentione Mosis, Canticum hoc fuerit in tempore futuro, ut ita respectus tùm ad Mosis intentum, tùm ad ejus complementum hic uno complexu insinuetur. Sc. *simul in ipso maris fundo sentit Mosche insigne illud & admirabile beneficium*, jam tùm intendit hoc vel simili Cantico celebrare *Bellatorem Deum*, qvod Canticum tùm adhuc erat in futuritione, adusq; consumatum *Israelis* per rubrum mare transitum. Errant enim, qvi prolixũ nimis inter illũ Baptismum maris rubri, & hoc Canticum, ponunt temporis intervallum, uti sine ratione hîc opinatur Zvvinglius.

Concl. 3. Commendatur hîc Poesis Hebræorum, â cujus sanctitate longè abit inverecunda, & indiscreta seculi nostri Poesis, ad fallacem magis assentationem, & inanem Carnis oblectationem: qvàm summi Dei celebrationem composita: qvamvis ille non nostro demum seculo abortus cœperit, qvem jam suo seculo Chrysostomus, planè ex seculo nostro, describit hom. 12. in Ep. ad Cor. 1. c. 4. p. 431. Odæ, inqvit, πάσης γέμουσιν ἀκολασίας. ἔρωτας ἀπόπους, μίξεις παρανόμους, οἰκιῶν ἀνατροπὰς καὶ μυρίας ἔπειτα ἄγουσαι τραγῳδίας, καὶ πολὺ τὸ τοῦ φίλου καὶ ἐρῶντος ὄνομα ἔχουσαι, καὶ τὸ τῆς φίλης καὶ ἐρωμένης. Sed nos ab illis qverelis Mosis symphonia avocat. Autor Cantici θεόπνευστος, solus *Mosche*: idemq; primus ejus *Doctor*. Docuit qvippe Mosche hoc Canticum *Seniores Israelis*, & his postea adjutus, *omnes Israelis myriadas*: uti Miriam edocta à Fratre Mosche idem docuit *fœminas*: cumq; id docta esset tota Israelis universitas, primò omnium in desertis maritimis Arabiæ publicè decantatum est ab omnibus myriadibus Israelis hoc glorioſum Canticum, præcinente in choro Virorum, *Mose*: in choro mulierum, *Prophetisâ Miriame*: duos enim choros repræsentatos fuisse, unum *Virorum* unâ voce *intonantium*: alterum, *fœminarum respondentium*, & alternantium,

&

& vox ענה seu ותען, & pronomẽ להם v.23. & mutatũ illud אשירה in שירו satis evincunt. Malè enim Vulgatus, uti & Græci, ad *fœminas* illud pronomen referunr (cum affixum expreſſè ſit maſculinum) & verbũ ענה in ſenſu *præcinendi exprimũt*, cum ſignificatũ habeat, *alternis canendi, canendo reſpondendi*, qvod Græci vocant. ἀμοίβεσθαι. *Cecinerunt* ergò Viri: *reſponderunt* mulieres. Hîc præcentrix fuit Miriam: ibi Moſes. Neq; verò *vocali* ſaltèm: ſed & *inſtrumentali Symphoniâ* id eſt decantatum: unde expreſsè *Tympani* fit mentio, qvod id præ cœteris inſtrumentis Muſicis ad *numeros decoros* & menſuram ſit aptiſſimum: ad numeros enim, in feſtivitatib⁹, puellas alternis ceciniſſe, & choros duxiſſe, ac ſaltaviſſe, unâ præcinente, alias reſpondiſſe conſtat. Unde qvod hîc commendatur: id in feſto vituli, qvando ἐκάθισεν ὁ λαὸς πῦ φαγεῖν καὶ πεῖν καὶ ἀνέςησαν παίζειν improbatur: etſi illud παίζειν excludat illud σεμνὸν, qvod hîc in choro mulierum commendatur, & dicat *in verecundiorem ſaltationem*, de qvâ idem paulò ante nominatus pater: *Virgines omni exuto pudore, & ſuam proiicientes ſalutem, inter impudicos adoleſcentes, incompoſitis cantilenis verbisq; turpibus, & Satanicâ conſonantiâ laſciviunt, & indecorè ſe gerunt.* Optamus, nec hoc ſeculo juventutem πᾶσαν τὴν αἰδῶ ἀπδύσασθαι.

Concl. 4. Fruſtra, ſi de carminis hujus genere qvæſtio ſit, *Hexametri*, & *Rytmi* hîc finguntur, qvi non ſunt, niſi caſuales ſacræ Poeſi. In 1. characteris majeſtate 2. accuratiſſimâ membrorum, territoriorum, correſpondentiâ & proportione. 3. patheticâ elocutione, qvam tùm accentuatio, tùm ſanctiſſima vocum geminatio, exclamatio (ut v. 6. 11. *Dextera tua, Dextera tua:* item: *Mi camocha, mi camocha*) attollit, vera poeſis Biblica fundatur. Thema cantici formale *in adæqvatũ* diſtingvitur per paſchta, & eſt אשירה ליהוה *Cantabo Domino:* Thema *adæqvatum* toti cantico, & *fundamenti*, qvod eſt *ſumma Dei Iſraelis excellentia in actu glorioſo exercito*, complexivum, toto continetur membro ſecundo, & *qvà fundamentum in teſi* diſtingvitur per (:) *qvà fundamentum in hypotheſi* unà cum toto verſu, per ſylluk. *Teſis* ſc. eſt: IHOVAH omnimodò excellit: *hypoteſis*, exhibens *excellentiam illam*

in signo s. actu exercito præterito : *Eqvum & sessorem ejus projecit in mare.* Ut ita *Thema adæqvatum* sit : *Ille IHOVAH, qvi summè excellit, & summæ illius excellentiæ in submerso cum copiis Pharaone, & liberato admirabilitèr Israele, majestaticum spectaculum dedit,* (& ad *auditionem tanti miraculi trepidantibus Ecclesiæ hostibus,* porro in *introducendo & plantando Israele in monte sancto,* dabit) *ab Israele est solemni hymno celebrandus.*

Concl. 5. Tractatio Thematis, tota est *magnificè exegetica,* & uti ipsum *Thema,* in *triadem* resolvitur, exactè *triadi Thematis* respondentem : Explicat sc. 1. *thema formale,* s *modum* & *actum, celebrationis Eucharisticæ* in v. 2. 2. *Excellentiam* in *actu exercito præterito* ad v. 12. ubi memorantur *beneficia jam tùm impetrata : 3. Excellentiam illam in actu exercito futuro* ad usq; v. 18. ubi memorantur *beneficia,* ex misericordiâ & promissione Dei in posterum *impetranda,* adeoq; uti *Thema :* ita tractatio *Thematis,* tota continetur in *cantando & exaltando* per Eucharistiam, IHOVAH, ob geminum *Excellentiæ apotelesma,* unum *præteritum :* alterum *futurum :* illud est : *liberatio Israelis & submersio Pharaonis* facta à *Ihovah bellatore* à v. 3. ad 12. hoc, *introductio Israelis in terram promissam, ejusq; plantatio in sanctuario* v. 13. 15. 17. illius consequens ponitur, ut agnoscatur solum Ihovah glorioſum esse in sanctitate, reverendum laudibus, admirabilem in operibus v. 11. hujus, ut agnoscatur : *Ihovah regnare in sempiternum in regno s. Ecclesiâ Catholicâ* v. 18.

Concl. 6. Fundamentum cantici in tesi, est : *Excellentissima Dei Israelis excellentia,* qvam signat illud גְּאֹה גָּאָה qvæ ipsa in hypothesi, & adeò in actu exercito declaratur per illud רָמָה qvando statim additur : *Eqvum & insessorem ejus cum impetu dejecit in mare.* Probatur scilicet excellentissima Dei excellentia, in superbissimorum Tyrannorum depressione vehementissimâ, sc. dum deponit potentes de sede, dum ὑπερηφάνους, Tyrannos, potentiâ & excellentiâ inflatos, horrendum deprimit, hoc ipso se *excellentiorem* ostendit. Benè Chaldæus transtulit illud : excellendo excellit per אתגאי עלי גותניי i. e. *Excellentem se ostendit super elatissimos :* porrò nexum tesεos & hypotesεos גאותא דילה

רילית הוא i. e. Ex excellentiâ illâ, qvæ est illi, eqvum, & eqvitem projecit in mare, ut ita illud רמה sit apotelesma illius גאה. Sunt, qvi *exaltandi* significationem hîc ponunt in רמה: sed talem qvæ sit ipsa *interfectio*, per *metalepsin*, vel ut sit *sarcasmus*, *Deus pulchrè exaltavit illos, qvi alti esse voluerunt*: prout vel Germani suspensum in patibulo, elevatum dicunt: vel ipsa Christi σταύρωσις, dicitur ὕψωσις. Sed rejicimus illud interpretamentum: qvia 1. רמה est qvidem cognatum cum רום: at hoc loco non est רום: sed רמה: nexus radicum is esse potest, qvod superba elevatio antecedere soleat ruinam, & hujus esse causa: 2. magis convenit hîc oppositio *excellentiæ* (גאה Dei, & *depressionis* (רמה) Pharaonis: qvàm si in רמה ponatur exaltandi significatio. 3. significatio elevandi non est in רמה, nisi suppositâ fallaci Sophisticà, qvatenus impositurus alteri eum elevat, ut deprimat. Apage hæc à sanctissimo Deo. 4. & illa ipsa tantùm est in pihel: hîc in kal.

LOCUS II.

Exod. 15. 2.

Der HERR ist meine Stärcke vnd Lobgesang / vnd ist mein Heyl / das ist mein GOTT / ich will jhn preisen / Er ist meines Vatters GOTT / ich will jhn erheben.

Concl. 1. Tria dantur loca in qvibus hæc majestatis plenissima sub eodem formali occurrit formula, idq́; rectè monent Hebræi tali notâ: אלה ג׳ עו״ן של כאן של יש׳ של תלין scilicet reperitur semel hoc loco: semel Jes. 12. 2. semel Ps. 118. v. 14. ubi præterea constanter ־ est sub זמרת, unde qvæstio, qvæ ejus puncti ratio?

עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ וַיְהִי־לִי לִישׁוּעָה Exod. 15. 2.

עָזִּי וזמרת יה יהוה ויהי־לי לישועה: Esa. 12. 2.

עָזִּי וזמרת יה ויהי־לי לישועה: Psal. 118. v. 14.

Concl. 2. Tres hîc sunt Hebræorum resolutiones, qvas ordine subjiciemus:

1. R. Sal. Jarchi : עזוזמרת יה היה לי לישועה hanc rejicimus, qvia directè repugnat accentuationi, qvæ non concedit nexum regiminis, ut sit interpretatio talis : *Majestas & gloria Domini celebranda, fuit mihi in salutem :* & præterea suppo-nit manifestè erroneа sc. 1. י in עזי esse Paragogicum : non 1. pers. significativum. 2. aliud esse עזי aliud עזו 3. ו in ויהי paritèr esse pleonasticum, ita ut territorium secundum sit primi prædi-catum : qvod in tali positu est contra משפט לשון הקדש : & sunt exempla à Rabbino allegata ἀπροσδιόνυσα.

2. עזי וזמרת עזי יה ויהי לי לישועה R. Ab. Esr. i. e. Robur meum & gloria roboris mei, est IHOVAH s. **der HErr ist meine Stärcke / vnd denselben / welchen ich preisen will / als meine Stärcke** ; cæterum nec hæc convenit accentuationi : unde

3. Targum : עזי וזמרתי יה i. e. Majestas mea, & canti-cum meum est יה s. uti ipsissimi Chaldæi habent verba : תקפי והשבחתי דחילת יהוה i. e. *Robur meum, & gloria mea est Re-verendus IHOVA.* Hanc ex tribus illis præferimus, qvia *accentua-tioni* convenit : Ita ergò solus יה est *robur, & gloria* Israelis, idēq; *Cornu salutis*, qvi in hoc ipso apotelesmate sese ostendit ut 1. *Deum fortem.* 2. ut Deum Patris Mosche & omnis Israelis, unde recipro-co affectu obligatus est Israel ad illos actus, qvos exprimit gemi-na vox sc. 1. אַנְוֵהוּ 2. אַרֹמְמֶנְהוּ

LOCUS III.

Exod. 15. 11.

Er ist meines Vatters GOTT / ich will ihn preisen.

Concl. 1. Ita vocem אנוהו Lutherus noster, cum qvo convenit Raschi : *Enarrabo pulchritudinem & gloriam ejus seculis futuris :* & Münsterus : *Decorabo eum :* ac si esset à radice נאה : at Chaldæus : אבני ליה מקדש *ædificabo ei sanctuarium :* R. David Kimchi : *Tabernaculum faciam ei.* R. Ab. Esra : *Faciam eum habi-tare in domicilio* (loco amœno) ac si esset à rad. נוה uti omninò est. Qvod si ergò alterutrum saltem obtinere debet, hi præva-lent.

lent. At videtur in re parum discrepantiæ esse. Qvi Deum *laudat, glorificat, ejus gloriam enarrat*, ille hoc ipso, Deo *amœnissimum templum* vel *habitaculum extruit:* & sunt illæ radices unius literæ, qvæ tamen non excedit organum, varietate saltem discretæ. Trem *Habitaculum decorum ponam* ei, ut sit respectus ad illud נוה קדש qvod infra c. 15. 13. memoratur: & in ipso nomine plurali passim est נאות pro נוות imò & ניות qvomodo *Academia Saulis* dicitur 1. Sam. 19. 4. ubi Chaldæus per בית אולפנא s. *domum doctrinæ* expressit: etsi non omnes נוות sint נאות Esa. 35. 7.

Concl. 2. In versu. 5. Cantici occurrit vox וְכַסְּמוּ punctatione mirabili: & מו qvidem pro מו non insolens in canticis: at sic regulare esset וְכַסָּמוּ vel וְכַסּוּמוּ vel וְכַסּוּם, vel וְכַסָּם. Nonnemini videri poterat esse, pro ה sc. ut ad formam perfectorum concipiatur וְכַסְּהוּמוּ & adeò וְכַסְּיוּמוּ; sed ריתדגש i. e. non reperitur in hâc voce Dages, ut ita omninò illud Schva mobile fiat mutum excidente Dages: apparet pro elisò Dages & duplicatione 2. radicalis, tertiam etsi per י repræsentatam redire, ut ita pro וְכַסּוּ sit וְכַסְיוּ vel וְכַסְּיוּ cui jam affixum additur.

Concl. 3. Qvod v. 7. dicitur: *In multitudine excellentiæ tuæ vastabis resistentes tibi.* *At* τῷ βουλήματι Θεοῦ τις ἀνθέστηκεν? Benè Chaldæus per: לרקמו על עמר i. e. *Eò qvod resistentes fuerunt, vel oppositerunt se populo Dei.* Ita sanè est, qvi Dei populum, vel unum Christianum spernit, offendit, persequitur, premit, ipsum Deum spernit, offendit, persequitur, premit.

Concl. 4. Qvod v. 8. dicitur: ברוח אפיך נערמו מים non eodem modo intellectum videmus. Primò illud רוח אפים Vulgatus expressit: *Spiritum furoris*: qvod nec rei convenit: furor enim in vitio ponitur: nec voci: *Spiritus narium* ab aliis redditur: qvod dextrè explicandum: tribuitur sc. Deo & אף & נשמה & באף seu *halitus in naribus*, signum iræ vehementioris: unde intelligitur, non infirmitatis: sed majestatis περίφρασιν illam esse Esaianam, qvæ de Θεανθρώπῳ Christo ita concludit c. 2. *Desistite vobis ab homine illo, in cujus naribus est halitus.* Sic hoc loco רוח אפים *est majestas essentialis & vindicatricis Dei justitiæ in actu exer-*

exercito, & signo glorioso, Spiritus illius ſ. נשמה qvem æſtuans, in Iſraelitas gratiâ: in Aegyptios irâ, Deus, potenter emiſit: unde paulò ante memoratur ardens ira Dei, S. Dei juſtitia, ut ignis agens in impios, ut culmos, & ſtipulam. Chald. per מֵימַר פּוּם ſ. *egreſſum (verbum) oris* ſ. *ex ore Dei* pulchrè reddidit: qvod aliàs benè convenit λόγῳ προφορικῷ, imò Verbo incarnato. Conf. v. 10. ubi qvod in fontibus eſt: *Spiraviſti flatu tuo*: Chaldæus ita reddidit: *dixiſti verbo tuo*, uno ſc. verbo, uno flatu Dei, deijcitur & proſternitur omnis hoſtium potentia.

Concl. 4. Effectus illius ſpiritus ponitur נערמו מים qvod Chaldæus expreſſit: חכימו מיא i. e. *Aqvæ prudentèr egerunt*: Vulg. *Aqvæ congregatæ ſunt*. Alij: *Aqvæ nudatæ ſunt*. Licet autem *formationi paſſivæ* Niphal magis congruat ſignificatio *congregandi*, vel *coacervandi*: uti *callididatis* ſignificatio in Kal & Hiphil, 1. Sam. 23. 22. Prov. 19. 24. & adeò hoc loco נערמו מים idem ſit, qvod מים היו לערמים *aqvæ factæ ſunt in acervos*, & benè expreſſum à Vulgato & Græcis per ἐσωρεύθη: putamus tamen hoc loco omnes has pulchrè ſubordinari poſſe: *Aqvæ* ſc. *maris ſentientes illum imperatorium potentis Dei Spiritum, velut intelligentes mandatum, paruerunt ſtatim, ſteterunt utrinq; acervatim*: ad qvem σωρισμὸν ſ. *coacervationem aqvarum* ſecuta eſt *nudatio fundi*. Sed qvomodo *nudatæ ſunt aqvæ?* Reſp. dum ex fundo in acervum illum lateris ſunt condenſatæ, nudum reliqverunt fundum. Notetur hîc νωθρότης Pharaonis indurati: *inanimis creatura*, etſi naturâ fluida, imperanti Deo ad nutum paret, & indicium intelligit: at *Pharao* non fuit מֵעִרִים סוּר & adeò notatur defectus ערמה conf. Prov. 8. Notetur & gradatio in tribus verbis 1. נערמו qvod dicit *coacervationem* 2. נצבו qvod dicit *conſiſtentiam*. 3. קפאו qvod ſupremum dicit gradum, qvo aqvæ jam coacervatæ & conſiſtentes, ita ſunt *concretæ, ut ſtarent inſtar pavimenti conglaciati*, & muri cujusdam fortiſſimi: neglexit hanc emphaſin Vulgatus, 1. & 3. confundens.

Concl. 5. Verſu nono in oratione Pharaonis ponitur illud: תמלאמו נפשי, qvod planè egregiè expreſſerunt Chaldæi: תשבע מנהון

תשבע es soll sich meine Seele an ihnen settigen: Raschi: תמלא מהם נפשי ורעיני i.e. *Anima & lubido mea implebitur de illis.* Pulcherrimè autem ex Germanismo Lutherus: Ich will meinen Muth an ihnen kühlen. Est sc. תמלאמו pro תמלא מהם: notetur regula de *affixo immediatè copulato*, & exempla Gen. 31.20. c.34. 10. c.43.9. In eodem versu Pharao minatur: תורישמו ידי. Qværitur qvid minetur? an *assertionem in hæreditatem?* an *interfectionem & παναλεθρίαν*: an *redactionem in statum miserum*, ut sit רשון רשות sc. *Miseros eos faciet manus mea?* Resp. admittimus primum, veluti formalitèr significatum, & à Pharaone intentum conf. c.14.5. nec excludimus materialitèr secundum, qvatenus sc. intentum Pharaonis fuit, illos, ut servos fugitivos, in servitutem pristinam retrahere, & ut mancipia, duriùs etiam, qvàm ante, ex plenitudine potestatis de jure belli, tractare. Tertium à textu alienum: neq; enim est radix ורש sed ירש.

Concl. 6. Qværitur qvomodo v. 12. *terra* dicatur *absorpsisse Aegyptios*, cum perierint in aqvis? Resp. ex v. 9. *Mare illos operuit: petierunt profundum, sicut plumbum in aqvis potentibus.* Qværitur an rectè Vulgatus v. 14. expresserit: *Adscenderunt populi, & irati sunt?* Resp. Error est manifestus: in fontibus est: *Audiverunt populi, & cum fremitu commotis* gelidus per ima cucurrit ossa tremor: So bald solches die Völcker hören werden / werden sie erschrecken &c. unde statim additur חיל Philistinorum, ad qvos vicinniores non potuit non statim penetrare fama, (malum qvo non aliud velocius ullum) tanti miraculi. Notatur autem voce חיל dolor, & anxietas vehementissima, & nullo vel fremitu, vel sævitiâ inevitabilis, qvales sunt ὠδῖνες τῆς ἐν γαστρὶ ἐχούσης. Porrò v. 17. Qværitur 2. qvæ ratio puncti in מִקְדָּשׁ? Resp. singulariss imum planè illud notat Masora: cum semper aliàs sit מִקְדָּשׁ ita ut sit Dages lene in ד & adeò præcedat mutum schva: hîc Dages fortè, & adeò schva mobile: uti enim post Dages forte est schva mobile: ita nullibi post schva mobile est Dages lene: nec unqvam est Dages forte, nisi in unâ voce שִׁתִּים. Qværitur 3. an vox תטעמו sit à rad. טעם gustavit, ita ut reddenda sit: *Gustare*

facies eum, cibabis eum? Resp. Negatur: non ו: sed מו est affixum, & radix non טעם: sed נטע plantavit, & adeò rectè: *plantabis eos in monte hæreditatis tuæ:* notatur sc. *durabilis permansio Israelis in Ecclesiâ* unde proximè præcedit: *Venire facies eos:* (nec id saltem: sed &) *plantabis eos* conf. Rom. c. 11. nulla ergò hîc, uti delirant nonnulli, ambiguitas in fontibus: qvod si enim illa obtinere deberet interpretatio, reqvireretur talis punctatio, vel: תַּטָּעֵמוֹ vel תַּטָּעִימוֹ in pihel, vel Hiphil.

LOCUS IV.

Exod. 15. 4.

Seine außerwehlten Häuptleute suncken im Schilffmeer.

1. *Apparatus Pharaonis bellicus.* 2. *Lignum in Mara.*
3. *Tentatio & Miscpath in Marâ.*

Concl. 1. Uti in *Pharaonis armaturâ:* ita in haut siceâ morte Tyranni memorantur שלישים, iidemq; præfecti *curribus illis militaribus, qvorum 600. memorantur selectiores c. 14. 7.* unde in Cantico dicitur: *Schalischim Pharaonis selectissimi submersi sunt in mari Suph:* Lutherus noster: Seine außerwehlten Häuptleute: qvomodo jam ante Chaldæus reddidit per גברין מסגן עם משריתא i. e. *Dynastæ, præfecti castris* Seine tapffere Kriegs Obristen/ qvomodo Polyb. l. 2. de M R. bellatores reqvirit ἀχμαιοτάτους καὶ γναιοτάτους. Signantèr Græci expresserunt: ἐπλέκτους ἀναβάτας τελειοτάτας καταπόντισε. Scilicet τελειότης ex asse convenit cum שלוש: in utroq; enim *Triarii* seu *Tertiarii* significatio. At qvorsum respiciat, & unde illa *triarii* significatio originem habeat, qværitur? An 1. *â mensurâ magnâ, tertiâ mensuræ maximæ parte*, qvæ paritèr שָׁלִישׁ dicitur, non שָׁלֵשׁ Ps. 80. 6. Esa. 40. 12. *factum, ut magni, & celebres viri, Dynastæ, Heroes, dicerentur* שלישים? sed sic *tertiatio* danda qvoq; esset, in applicatione. An 2. שלוש Triarius, qvi 30. viris præest? An 3. שלוש, qvi tertiæ exercitus parti seu alæ, dem rechten oder lincken Krieges Flügel cum imperio præest, ut ita tota acies in 3. dividatur partes. An qvi tertianis s. *Legionis tertiæ militibus?* Reijcimus has 3. rationes.

Concl

Concl. 2. Igitur per ἀναβάτας τρισάτας, qvos meminit editio Græca, tres currui militari insidentes notari, *qvorum unus aurigatus fuerit, secundus clypeo protexerit, tertius pugnaverit*, Orig. & Nyss. statuerunt: Cœterum nec id convenit voci שלישים: nec textui, in qvo *schalschim* curribus militaribus & exercitui promiscuo contradistingvuntur, & cum imperio, ponuntur: an ergò τρισάτας vocat τοὺς ἐπὶ τρισῶν ἵππων ἐμβεβηκότας, qvia veteres *tribus eqvis* ad bellum profecturi invehebantur? Nec id convenit usui שלישי. Igitur vel τοὺς ἰσχυροὺς καὶ πρὸς τρεῖς δυναμένους ἀντιτῆναι, ἢ τοὺς ἐν τῇ παρατάξει τρίτους ἱσταμένους, ut ita *Tristates* fuerit, qvi in locum vel occisi vel fatigati in prælio succesferit, vel τοὺς ἐν τῷ καθίζειν τὸν βασιλέα τρίτους ἱσταμένους, ἢ τοὺς τρίτων ἔχοντας καθέδραν apud Regem, intelligunt patres Græci: qvæ omnia ultimo ex parte excepto, aliena sunt à שלישים: imò & à *Tristate Græcorum*, uti infra constabit.

Concl. 3. Rem acu tetigisse videri poterat R. Aben-Esra, unde etiam exscripsit sine Autoris nomine, Drusius fragm. vet. Interp. in Exod. p. 46. Verba Rabbini Exod. 14. hæc sunt: Scito *qvod persona Regis in numeratione prima sit, unde qvi est proximus Regi*, in dignitate secundà *vocatur Mischneh* i. e. *Secundanus* (e. c. Reichshoffmeister) *porrò qvi est gradu tertio post regiam dignitatem & adeò inclusâ personâ Regis, tertius, vocatur* שרוש qvomodo Naeman, Der Syrische Feldhäuptmann / item ille *super cujus manum innitebatur* Rex 2. Reg. 7. 2. 19. השלישי dicitur qvod Lutherus expressit ein Ritter conf. etiam 1. Reg. 9. 25. c. 15. 25. ubi non Remaliam Patrem: sed Peka filium *Schalisch dici, accentuatio docet*: ex qvâ strictâ acceptione, ampliatum vocabulum ad qvemvis *principem, Ducem, tribunum* est applicatum conf. 1. Sam. 23. 8. unde & plures *Schalischim* uni fuerunt Pharaoni *in hâc expeditione bellicâ*.

Concl. 4. Potest res illustrari ex militiâ Romanâ. Erat ibi *supremus Dux, Imperator*, à qvo omnes & omnia pendebant: huic attributus Legatus cum ἐξουσίᾳ πρεσβευτικῇ & συμβουλευτικῇ, qvi erat qvasi משנה: cui proximi erant, Tribuni, item, qvi manipulis peditum, & turmis eqvitum præerant Taxiarchæ seu

ordinũ ductores Decuriones, XXX. in X. cohortibus peditũ: XXX. in X. turmis eqvitum, qvi proinde verè sint שלשים, & ex illis maximè שלישׁ Primopilus, Legatis & Tribunis jure consilii militaris s. qvatenus καὶ συνεδρίου κοινωνεῖ proximus, tàm in cohortibus, qvàm turmis.

Concl. 5. Sic in hâc expeditione ipse Pharao fuit ὁ πρῶτος s. Imperator paludatus: qvi ei adfuit ut σύμβουλος, sive ut supremus post Regem ταξιαρχὴς fuerit משנה: cœteri primipili, Tribuniq; militum fuerint שלישים, & horum Antesignanus καθ' ἐξοχὴν שלישׁ, qvem τελεύτην vocant Græci, in ordine ad πρωτοστάτην: sc. ipsi *Principes & Imperatores* hâc ratione erant πρωτοστάται, qvomodo *Agathias* l. II. in Narsetis acie contra Francos meminit ἐπὶ τοῦ μετώπου πρωτοστάτας θώρακας ποδήρεις ἐνημμένους i. e. *principes loricas ad pedes usq; demissas indutos*: qvamvis & illi τελεύται suarum turmarum fuerint πρωτοστάται. Sanè מחנה משלש s. *castra triplicata acie*, omnium ferè gentium celebrantur adprobatione: nec illa Homerica longè abit:

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν σῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλούς
ἔρκος ἔμεν πολέμοιο, κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν;

Atq; eqvites posuit cum curribus ordine primo
A tergo pedites præstanti robore belli
Munimen septumq;: sed in medio agmine viles.

qvæ antiqva acies illustrare potest Pharaonis aciem & currus militares: cœterum ordinem aciei fuisse Aegyptiis משלש dubium: inde dictos שלישים falsum.

Concl. 6. Porrò, ut statim post egressum ex mari rubro per triduum in ἀνύδρῳ aridoq; deserto, qvod verè fuit ישימון uti appellatur Deut. 32. itinere laboriosissimo profecti, in Marâ stationes fixerint, ut illorum *fontium amarorum* occasione *murmuraverint*, ut Moses eo nomine Deum *invocaverit*, ut jubente Deo, *ligno fontibus injecto, amaritudinem fontium curaverit*, ut pactum Dei, factâ sponsione *immunitatis Israelitarum à plagis Aegyptiacis*

eis conditionatæ, per conditionem *obedientiæ & observationis voluntatis revelatæ*, Moses in Marâ publicaverit, & IHOVAH se חקים ישראל obligaverit, id minor sectio charactere dinstincta minusculo â v. 22. ad 27. satis edocet. Pro conclusione hujus loci 4. geminam subjicimus qvæstionem, nobilissimam. Qværitur 1. *an lignum illud, jussu Dei in aqvas projectum, vim, qvam tùm exeruit in dulcandis aqvis habuerit ingenitam?* Resp. Miraculum omninò hîc repræsentatur, sive vis illa ingenita, sive indita tùm supponatur. Pone prius, sanè 600. hominum millia, jumentis, fœminis, imbellibus, exceptis, non exiguo contenta fuerunt fonte: cui purgando aptam ligni copiam momento congerere, difficilius, ut etiam sic miraculo correctus fuerit sapor aqvæ. Et cum hoc convenit magis, qvod Deus dicatur *docuisse Mosen de hoc ligno*, qvomodo & Chaldæus: צלי קדם יהוה ואלפיד יהודי אעא i. e. *Moses oravit supplex coram Domino, & docuit eum lignum* &c. unde certam ligni speciem fuisse, cujus naturam Deus Mosen docuerit, concluditur. Qværitur 2. An v. 25. sit hic nexus: *Qvamvis Deus posuit statutum, tamen tentatus est à populo?* An; *qvia Deus tentatus fuit à populo, idem Deus posuit statutum?* Resp. Datur tertium, ita ut unum ac idem subjectum utriusq; prædicati Deus sit: nec adeò posterius illud שם נסהו hîc pro subjecto habet Israelem: sed Deum, de qvo dicitur 1. constitutio præcepti in Mara, de obediendo. 2. tentatio. Dicitur ergò: Deus שָׁם שָׂם: Deus שם נסהו *Israelem*: non dicitur: Israel Deum: qvamvis omninò tentatus fuerit â murmurantibus, tamen hîc non dicitur.

Concl. 7. In illâ Cantici parte, qvæ excellentiam יהוה in actu exercito futuro celebrat, & beneficia in posterum eventura prædicat, summarium est v. 13. *Duces populum tuum qvem redemisti*: ubi connexa ponuntur duplicis generis beneficia: unum *trepidatio hostium* ad solam famam *Aegypti*, & *maris rubri* miraculorum v. 14. Da daß die Völcker höreten / erbebeten sie &c. daß sie erstarren wie die Steine / biß dein Volck HErr hindurch komme &c. ad v. 17. alterum, duorum habet beneficiorum insignium complexum: unum resp. Ecclesiæ V. T. v. 17. plantatio sc. Israelis in monte sanctitatis; alterum resp. Ecclesiæ Catholicæ v. 18. *Ihovah regnaturus*

לעלם ולעלמי עלמיא ך לעולם ועד *est in seculum, & in sempiternum:*
uti pulchrè Chaldæus illam infinitatem explicat. Nos saltem subjiciemus, qvid *Hierosolymitanus Targumista* de hoc *regno Ihovah* conceptuum habuerit: constabit id ex Paraphrasi ejus in hunc versum, qvæ ita habet: כיון דחמין בירת ישראל ית נסא
ופלאין דעבד להון קודשא ובריך הוא עלגף ימא יהו שמיה
רבא מברך לעלמין יהבו יקר ושבחת רוממו לאלההון
ענין בי ואמרין אלין לאלין אתון נתן כליל ברוש פרוקא
דהוא מעבר ולא מתעבד דהוא מחלף ולא מתחלף
דהוא מלך מלכין בעלמא הדין ועוד דידיה הוא כלילא
למלכו דאתי ודידיה היא עד עלם עלמיא: i. e. *postqvam contemplati sunt in litore maris Israelitæ, grandia illa miracula & excelsa signa, qvæ fecit illis sanctus & benedictus cujus nomen magnum benedictum in secula, dederunt majestatem & gloriam ei, & exaltarunt Deum suum, respondentes & dicentes alter ad alterum: Age offeramus coronam, eamq; imponamus in caput REDEMPTORIS, qvi transfert* (Israelem) *& non transfertur: qvi mutat, & non mutatur: qvi est Rex omnium Regum in hoc seculo: & cujus est Regnum & Corona in futuro seculo: & adeò cujus est regnum in secula seculorum.* Hæc *sanè paraphrasis multum continet majestatis, & expresè REDEMPTOREM statuit æternum, eumq; & jam tùm ab Israele coronatum: &* Regem *utriusq; seculi. Mirabile sanè de* Messiâ *testimonium Hierosolymitanum.*

LOCUS V.

Exod. 16. 4.

MANNA.

Der HERR sprach zu Mose / sihe ich will euch Brod vom Himmel regnen lassen.

v. 14.

Am Morgen lag der Thaw vmb das Heer her / vnd als der Thaw weg war / sihe da lag es in der Wüsten rund vnd klein / wie der Thaw auff dem Felde.

Concl. 1. Jam ex Mara in Elim XII. fontibus dulcioris aqvæ, & LXX. Tmarim s. palmis, qvæ, judicio Ab-Esra לא הצרירו בארץ

בארץ שמימין מרים nobilem, *in montanis Arabiarum felicis & Petræa, delicatioremq; locum*, & ex *Elim* iterum horridius *desertum Sin* moverunt Israelitæ, & simul in hoc pervenerunt, alterâ post egressum ex mari rubro vice murmuraverunt omnes. *Characterem* signanter exprimit Spiritus S. v. 2. sc. die 15. secundi mensis præcisè post mensem, quo ex Aegypto egressi erant: Scilicet, *quo die ante mensem ex Aegypto erant egressi, & proinde peculiariter recordari debebant Stupendi illius miraculi, & beneficii egressus ex domo servorum, & hoc nomine celebrare Liberatorem Deum, illo ipso Die Aegyptum desiderant, magis de culinâ, de saginâ cædenda, de ollis carnium Aegyptiacis: quàm de insignibus illis beneficiis, & providentiâ cœlestis patris, soliciti, murmurant*, & non salutarem: sed *pœnalem, & ad internecionem totius populi intentam eductionem*, Mosi objiciunt, ut ad hujus historiæ respectum meritò intonuerit Moses in cantico, Danckestu dem HERRN also / du toll vnd thörichtes Volck &c. Deut. 32. 3.

Concl. 2. In tam communi murmure confirmatus Mosche singulari futuri glorioſi beneficii revelatione v. 4. & 5. & promissionem explicat, & potenter, *murmurantes*, assertione evidentis Dei gloriæ, increpat, & verum murmuris, ac rebellionis objectum demonstrat: non sc. id esse Mosen & Aaronem: sed illum יהוה v. 4. ad 9. s. Angelum fœderis in columnâ nubis ante ambulantem: & jam educitur Ecclesia murmurantium, versus columnam, cum ecce *gloria Ihovah* s. Angeli Christi, cujus δόξα ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς apparuit in ipsâ nube, & objecto per indignationem murmure, carnes promittit in vesperam: panem *in matutinum* toti populo. Adsunt illà ipsà vespera *coturnices: manè verò stratus ros circa omnia Israelitarum castra: cumq; se elevasset stratus ille ros, ecce in superficie ipsius deserti tenue quiddam rotundum: tenue sicut ipsa pruina super terram, quod videntes Israelitæ, dicebant alter alteri: MANEST: non enim sciebant quid esset: dixit verò Masche illis: Hic est panis ille, quem dat vobis Ihovah ad comedendum.* Quæritur, *An coturnicum cibus cum Manna fuerit per illos 40. annos continuatus?* Negatur. Semel hic DEUS illos saturavit coturnicibus; deinde solo *Man* esse contentos voluit: unde cum tædio

Mannæ

Mannæ, ingratissimi homines iterum carnes expeterent, datæ qvidem illis de novo sunt coturnices: sed ita, ut dum in dentibus adhuc erant, de eorum intemperie sumtum fuerit horribile supplicium.

Concl. 3. Ad *mensas Angelicas* & nobile *Manna* nunc accedimus. Præscindimus jam controversias plurimas de Manna, qvæ intercedunt in disputationibus cum Calvinianis, & Pontificiis e. c. *An Manna fuerit Eucharistiæ figura?* conf. Bell. l. 1. de sacr. Euchar. c. 3. qvi, dum ibidem Manna velut βρῶμα πνευματικὸν figuram Eucharistiæ in statu, vel usu separato & longè disjuncto ponit, & τὸ πόμα πνευματικὸν ab Apostolo 1. Cor. 10. adjunctum omittit, pro *communione* sub unâ concludit: unde & l. 4. de Eucharist. c. 22. ita argumentatur: Manna, Eucharistiæ, ut sacramentum est, figura, in solâ consistebat specie manducabili. E. & Eucharistia: cum tamen Apostolus immediate conjungat in typo Eucharistico, *Cibum* & potum spiritualem. *An ita Manna & aqva de petrâ, figuraverint Eucharistiam, & Baptismum, transitus per mare rubrum, ut Manna cum aqvâ, & maris rubri transitus*, sacramenta fuerint, sive extraordinaria, temporaria, sive ordinaria? qvod negatum à Bellarm. unde porrò: *An ejusdem aliqvo modo virtutis fuerint Manna & Eucharistia?* conf. Bell. l. 2. de eff. sacr. c. 17. Calvin. l. 4. instit. c. 14. §. 23. Sanè ex hypothesi Calvinistarum, triumpharet Manna præ Eucharistiâ: sive consideretur, Manna, ut donum abstractum â significatione: sive ut symbolum externum in ipsâ significatione. Cœterum his verbo saltem adumbratis, ad nostra accedimus. Qvæstionum hîc illustrium Trias exsurgit. Qværitur sc. 1. qvomodo intelligendum illud שכבת טל s. *Stratum roris?* Resp. 1. *Stratum roris est ipse ros stratus in castrorum circuitu* מחור מחור למשרית uti pulchrè Chaldæus, qvo purificabatur qvasi terra, in qvo benedicti roris puro strato cubabat & fovebatur *cibus de cœlo*, Manna: qvod stratum mysticum, repræsentant Judæi in Sabbato, *per positum panis inter duo mensalia*, qvomodo *Manna cubans in illo strato*, habuerit rorem *supra & infra*. Verè enim Manna reqvievit ut מונח בקופסא s. *repo-*

ſ. *repoſitum in capsâ* ſ. *in ſtrato* qvâ de re. 2. *deſcendente noctu ſuper caſtra rore, ſimul deſcendebat Manna cum rore* Num. 11. non autem בהסתלקורת הטל *demum in elevatione roris*, uti hîc habet Abeneſra. 3. Qvando ergò *ſtratum* illud *roris* per *radios* ſolares *elevabatur* ſ. *removebatur*, ſtatim revelabatur, ſublato tegumento, *Manna*, & ecce tùm apparebat illud דק מחספס ſ. *tenue rotundum*, qvod Iſraelitæ vocaverunt Manna. Notetur ſaltem verbum *adſcendendi*, bis propriiſſimè uſurpari: malè autem ab Abeneſra hîc & Gen. 49. reddi in ſignificatione *pereundi*: verè enim ros reſolutus adſcendit, & dum adſcendit, ros eſſe deſinit, etſi non planè in Ens negativè abit.

Concl. 4. Qvær. 2. Qvid intelligendum per illud דק מחספס Reſp. 1. Voce דק tenuitas notatur, eaq; cum tenuitate ſ. ſubtilitate pruinæ comparatur. 2. מחספס à Chald. redditur, ac ſi eſſet à rad. חסף *decorticatum, denudatum, delectum ex acere*: id enim eſt אקלף unde Chaldæus expreſſit: *Et cum auferretur deſcenſus roris ecce ſuper faciem deſerti tenuitas qvædam denudata in modum calcis, qvæ qvaſi gelu jacebat in ſuperficie terræ* (Notetur autem Targum hic variare: in Venetis enim magnis & Regiis legitur דערק רגיר i. e. *minutum coacervatum:* at in edit. recenti cum tripl. Targum & apud Raſchi legitur כגיר i. e. qvaſi tectorium calcis) at conſtantèr ab Hebræis per עגול teres rotundum, ſ. id qvod orbiculari conſtat figurâ: neq; niſi hoc loco reperitur ullibi in totis ſcripturis. Fuerit ergò Man acervus *infinitorum granulorum tenuium, & orbicularium*.

Concl. 5. Cæterum de ipſo nomine Manna, & verbis Iſraelitarum v. 15. *Man hu* nobilis eſt qvæſtio tertia, qvam proinde peculiari claſſe ſ. loco ventilabimus.

LOCUS VI.

Exod 15. 15.

ויראו בני ישראל ויאמרו איש אל אחיו מן הוא כי לא ידעו מה הוא

Targum: Jonath. מאז הוא qvia neſciebant מרי הוא
Oncelos, אמרו גבר לאחתי מָנָא הוא ארי לא ידעין מה הוא

LXX. τὶ ἐστὶ τοῦτο. Hieron. Junius &c. *Quid est hoc?*

Raschi: הכנרת מזון הוא i. e. Das ist ein fertiges essen / seu *cibus, vel alimentum jam dispositum est hoc.*

Abr. Sphardi: מזון מוכן מצד עצמו שלא תיקון אחרת i. e. *cibus in seipso præparatus, quiq; aliâ ordinatione opus non habet, ut manducetur.*

Luth. Da es die Kinder Israel sahen / sprachen sie unter einander / das ist Man (eine Gabe) denn sie wusten nicht was es war.

Jos. Orig. Jud. l. 3. c. 1. καλοῦσι δὲ ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο Μάνα. τὸ γὰρ μᾶν ἐπερώτησις κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τοῦτ' ἐστιν ἀνακρίνουσα.

Theodoretus: *Cur Manna vocatum est, quia cum mox illud conspexissent, se mutuò interrogabant, quid esset? Itaq; ei hanc appellationem indiderunt, sic enim Manna interpretatur: Nesciebant enim quid esset, Itaq; factum est, ut interrogatio vicem nominis habuerit.*

Concl. 1. Qværitur: An Israelitæ, ad primum adspectum illius מחספס דק s. acervi granorum tenuium orbicularium, exclamantes: *Manhu*, pronunciaverint definitivè, ita ut aliqvod hujus cibi nomẽ, ex intentione nominalitèr *in oratione enunciativâ* das ist Man / expressèrint: an verò dubitativè, s. *oratione interrogativâ* nomen s. definitionem rei poposcerint, ut sit *Man hu* idem, qvod: Was ist das? Posterius affirmarunt, & adeò *pronominalitèr* vocem *Man* hîc acceperunt, post Josephũ, Patres ferè omnes, LXX. Græci, Hieronym. Drusius, & Junius. Nos respondemus 1. verba illa: *Man hu*, stant enunciativè: non interrogativè. 2. Hu est subjectum: Man prædicatum. & adeò 3. est hic qvædam accidentalis prædicatio, & illius *tenuis rotundi* sensualis descriptio, qvæ postea esse cœpit *propria nominis notatio.* unde 4. *Man* non est *pronomen:* sed *nomen* à radice מנה in illâ *præparandi, constituendi* suppositione, in qvâ qvatèr apud Jonam c. 2. 1. c. 4. 6. 7. 8. semel apud Danielem reperitur: significans *cibum præparatum, jam confectum* uti supra ex Hebræis adduximus.

Con-

Concl. 2. Probamus 1. *Illa est etymologia Man in v. 15. quæ est etymologia Man in v. 31.* ratio 1. qvia nullibi diversitas tàm insignis deflexionis, & mutati conceptus notatur. 2. vox מן utrobiq; eodem modo punctatur. 3. extra identitatem etymologicam principium denominationis non determinatur. 4. in nescientiâ nominis, occasio nominis realis non fundatur. 5. nec sic occasio, vel fundamentum nominis notatur, nisi utrobiq; idem statuatur suppositionis *Man* respectus. At v. 31. *etymologia Man est à radice* מנה idq; agnoscit *Junius* ex vi *textus :* item consentiunt *omnes celebriores Hebræi & Chaldæi.* Probamus 2. *qvia Man pronomē monstrum est in Lingvâ* S. LXX. qvidem uno in loco Man Patachatum reddiderunt pronominalitèr Ps. 61. 8. cœterum & malè illud, & alienè. Malè : qvia *Man* ibi Imperativus verbi est : non pronomen : alienè : qvia ibi Man cum - est : hîc cum ־ : ibi ex hypothesi LXX, esset interrogans personale : hîc reale.

Concl. 3. Frustra est, qvod Junius, Drusius, & alii objiciunt, 1. rationem illam parentheticam: *nam* nesciebant qvid esset. Resp. dicebant Israelitæ: *Man hu* i.e. jam præparatus, coctus, confectus, & dispositus cibus est : nesciebant enim qvid esset i. e. qvia non poterant illud nomine magis proprio appellare. Obij. 2. Responsum Mosis : *Hic est panis* &c. supponit interrogationem Israelitarum. Resp. explicatio illa supponit judicii de cibo illo admirabili & conceptus apud Israelitas ad saginam intenti indeterminationem: non formalem interrogationem. Obij. 3. Chaldæus. Resp. sanè hic non legit מָן vel מָה, & ne qvidem Syriacũ מנא : sed מָנָא qvod *præparationem,* dispositionem &c. & adeò hoc loco cibum notat dispositum : ut frustra ad hunc provocet Junius : qvin distingvit expressè positum מנא הוא & מה הוא. Obij. 4. *Man est ex Dialecto Syrorum.* Resp. 1. Unde probabitur Israelitas & qvidem omnes tùm locutos fuisse Syriacè? 2. vel huic admirabili cibo nomen imposuisse ex Chaldaicâ 3. מן Chaldaicum est interrogativum *personale :* non nisi rarissimè, reale. 4. & punctatur non per ָ uti hoc Man s. Manna : sed semper per ַ. Obij. 5. *Esse Arabicum.* Resp. 1. idem qvod ad obi. 3. Resp. 2.

conf. Ab-Esra, qvi hoc glossema doctè refutat h.l. verba ejus sunt: *In lingvâ Ismaelitica* מן *non est interrogativum rei: sed personæ* Obj. 6. *Esse ex lingvâ Aegyptiaca.* Resp. 1. posito dari in *Aegyptiacâ*, probandum, in nomenclaturâ admirabilis hujus cibi, Israelitas recurrisse in Aegyptum. 3. Hàc ratione supponitur qvod est κρινόμενον, sc. orationem hîc esse interrogativam. 4. Addatur: מן recipit *articulum* & *affixum.* Est ergò nomen radicalitèr *appellativum*: uti fœmininum מנה qvod passim obvium: conf. Num. 11. 6. 9. Nechem. 9. 20. ubi est מָנְךָ *Manna tuum*.

LOCUS VII.

Exod. 16. v. 16.

PRIMA LEX MANNA.

Das ists aber / daß der HERR geboten hat / ein jeglicher samble deß / so viel er für sich essen mag / vnd nehme ein Gomor auff ein jeglich Häupt / nach der Zahl der Seelen in seiner Hütten.

Concl. 1. Seqvuntur jam *leges convictorii Manna*, ab ipso Deo præscriptæ, à Mose promulgatæ: *Hoc est verbum, qvod præcepit Dominus*, & evẽtu comprobatæ, qvas nunc ordine exponemus. Lex 1. *Unusqvisq; paterfamilias pro ratione familiæ & capitum tentorij sui, computato ad summum in singula capita Omer s. 10. parte Ephæ, de Manna* singulo mane, ante solem incalescentem & liqvefacientem, *accipito.* Lex hæc exprimitur *ut* à *Deo* per Mosen *imperata* v. 16. ut ab *Israele* observata v. 17. 18. Qværitur circa hanc legem 1. qvomodo *dicantur* Israelitæ Legi huic *satisfeciisse*, cum alii *plus*, alii *minus* dicantur *collegisse* v. 17.? Resp. illud *magis* & *minus* dicitur resp. primæ & communis collectionis: *acceptio Omer* resp. subseqventis accuratæ secundum mensuram à patribus familias distributionis: collectio fuit inæqvalis: at distributio æqvalis: sed Geometricæ proportionis, ita ut acceperit איש לפי אכלו, qvæ mensura generalis, uti v. 16. in membro exprimitur 1. ita in fine legis memb. 2. v. 18. repetitur, ne qvis, æqvè in pusionis vel pueruli caput Omer computatum existimet, qvàm in caput adulti, vel ætate profecti.

Qva-

Qvamvis nihil obstat, qvò minus & hic פלאגרול dari possit: si concipiatur in intentione colligentium fuisse mensuram Omer, & secundum hanc, suppositâ generaliori illa regulâ, illos intendisse jam tùm colligere Manna: neq; tamen accuratè mensuram adæqvasse: sed, cum omnes se Omer habere putarent, hunc paulò plus: alterum minùs habuisse qvà rem ipsam: at in ipsâ mensuratione domi, mirabilitèr contigisse, ut nec ille plus: nec minus haberet, & adeò velut miraculo æqvalitatem deprehensam exactè fuisse. Nobis prius placet.

Concl. 2. Qværitur 2. Qvæ ratio sit mēsuræ *Omer*, celeberrimæ illi⁹ ac sæpiùs iteratæ mēsuræ, vel hoc nomine inclutæ, qvod singulis diebus tantū Manna in singula distribueretur capita, qvantū continebat hæc mensura? Re. 1. nomen *Omer* est *mensuræ* vocabulū, seu לשון מדדה, notans vi radicis, qvæ videatur Deut. 21. 14. c. 24. 7. *mensuram, vel negotiationi, e.c. emptioni, venditioni: vel commoditati vel ministerio & usui nostro inservientem.* 2. Qvantitas ejus ab ipso Deo in hoc textu exprimitur v. ult. *Omer* est *decima pars Ephæ:* unde & resp. Ephæ עשרון ab Hebræis dicitur, i. e. decima: qvoniam autem manipulus frumenti tantum hordei, aut tritici continebat, qvantum *Omer* capiebat, inde & ille *Omer* dicitur Lev. 23. 16. 3. Epha autem regia & exemplaris, imò ipsarum mensurarum mensura, tria continebat Sata, 18. cabos, Ova 432. ut ita Omer continuerit $1\frac{1}{2}$ Kab, & qvintam Kabi partem, seu qvantum capiunt $43\frac{1}{5}$ *Ova communia gallinæ* (ovum enim commune gallinæ, Hebræis principium est mensuræ.) Epha mensura *trium Satorum* nomine passim venit in Scripturâ Gen. 17. in convivio Angelico: sic in N. T. Matth. 13. 33. qvæ modiorum nomine expressit Vulgatus, ut ita Epha 3. modios, Chomer vel Hhomer, XXX. modios definiat, unde intelligitur vis & maledictionis, & Vulgatæ translationis Esaiæ c. 5. Fontes habent: sementis Hhomer, reddet Epha: Der ein Homer seet / soll ein Epha wieder bekommen. Vulg. *Triginta modii sementis, facient modios tres.* Optumè. Zehen Scheffel außgeseet / vnd einen wieder geerndet / vnd also von dreissig drey. Maledicta sanè messis, & miseræ decimæ.

LOCUS VIII.

Exod. 16. 19. 20.

LEX II. MANNA.

Vnd Mose sprach zu ihnen: niemand lasse davon etwas vber biß morgen. Aber sie gehorchten Mose nicht &c. da wuchsen Würme drinnen / vnd ward stinckend / vnd Mose ward zornig auff sie.

Concl. 1. In lege hâc secundâ ponitur 1. *Mosis edictum* s. lex ipsa, qvæ hæc est: *De demenso diurno Manna nihil per dies antesabbaticos in crastinum reservator.* 2. *Israelitarum factum contrarium.* 3. supplicium, tùm *reale*, qvo *putruit illorum Man:* tùm *verbale*, qvo âMose irato vehementèr objurgati. v. 27.

Concl. 2. Qværitur hic 1. *An Israelitæ hîc formalitèr transgressi sint Legem de non colligendo supra demensum Omer? an Legem de non reservãdo Manna ad proximum mane?* Aff. post. Inst. E. coacti sunt ἐφ' ἡμέραν ad manducandum *Omer.* Resp. obligavit *Omer* in excessu: non in defectu, non *supra*: sed *infra* colligere licebat in caput איש לפי אכלו. Inst. E. resolutio tamen fit in collectionẽ, qvâ Omer collegit, qvi Omer manducando par non fuit, & adeò particulam reservavit. Resp. resolutio fit in inobedientiam, qvâ Omer qvidẽ collegit, qvi Omer manducando par fuit, & qvi non par fuit, minus collegit: at vel ex *curiositate*, vel ex ἀπιστίᾳ velut εἰς τὸ ἄυριον *sibi certius de victu* prospecturus, &, an iterum plueret Manna, dubius, frugaliùs hodie est pransus, *reservatâ in crastinum particulâ.* Unde & peccatum hoc Israelitarum non arcessitur ex excessu Legis 1. vel ex aliqvâ hypotheticâ necessitate: sed ex *affectatâ incredulitate & inobedientiâ:* conf. v. 20. Ponatur autem, *qvi par fuit Omer, postea, vel appetitu labascente, vel alio casu obstante, imparem, an non reservare debebat ad aliud mane: sed contra appetitum se saginare?* Resp. Hebræi de hoc casu notant: illud Manna residuum, *extra castra fuisse deferendum*, vel *extra tentorium* אם נשאר לו שלא יכרר לאכלו ישליכנו מחוץ לאוהלו: Notetur autem transgressores illos non poni omnes Israelitas: sed qvosdam saltem: qvæ ratio est, qvod אנשים s. subjectum in propositionis secundæ ponatur territorio. Inobedientes autem illos *Datan* & *Abiram* fuisse Raschi notat.

LO-

LOCUS IX.

LEX III. MANNA.

Concl. 1. Lex Manna tertia à v.22. ad v.31. proposita hæc est: *Die sexto unusqvisq; duplum colligito, simplum Manna in cibarium diei 7. Sabbaticum asservato; nec ullus venerabili die Sabbati ad colligendum Manna exito:* qvam legem & *autoritate Dei* v. 23. Moses firmavit, & ipse eventus, tùm *immunitate* illius Manna Sabbatici *à vermiculatione*, & *fœtore* vers. 24. tùm *frustratione illorum, qvi Sabbato exiverant collectum Manna*, comprobavit, iteratâ, occasione facti hujus contrarii, lege cum increpatione v.29. cui tandem *obsecuti Israelitæ* vers. 30. qvem Vulgatus expressit: *Et sabbatizavit populus die septimo.*

LOCUS IX.

Exod. 16. 31.

Luth. **Daß Man war wie Coriander Samen/ vnd weiß/ vnd hatte einen Schmack wie Semmel mit Honig.**

Tex: orig: והוא (מן) כזרע גד לבן וטעמו כצפיחית בדבש:

Targ. Onkel. הוא כבר זרע גידא חור וטעמה יכאסקרימון בדבש:

i. e. Et erat tanqvam semen Coriandri album: & sapor ejus sicut crustulata ex simila & oleo, cum melle.

Targ. Hier. Jon. מנא כזרע דכוסבר חור וטעמיה כשפויי כד בש:

i. e. *Man erat sicut semen Coriandri* (nomen Hierosolymitanum hoc convenit planè cum Arabico conf. Ab-Esra in h. textum, & Shindlerus in pentaglotto p. 912.) *& gustus ejus erat sicut placentæ in melle* (tostæ in sartagine, vel patellâ, & frixæ.)

LXX ἦν δὲ ὡσεὶ σπέρμα κορίου λευκόν· τὸ δὲ γεῦμα αὐτοῦ ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι· A. ἄμυλος ἐξ ἐλαίου. S. ὡς ἄμυλος ἐν μέλιτι. A. μέλι κηρίου.

Samar. Ut semen oryzæ (ores, Ars, Arsi, oryza)

Trem. Erat qvasi semen coriandri album, & ejus sapor, velut epichyti ex melle.

Vulg. — — gustus ejus qvasi simile cum melle.

Raschi: Man erat (עגול s. rotundum orbiculare) sicut semen coriandri (& præterea) album: & sicut pasta (massa farinacea) tosta vel frixa in melle.

R

R. Haggon & alii. Et fuit Man, *sicut semen Sinapi*, album (conf. Mat. 13.32.) & sapor ejus, instar placentæ azymæ,, ita ut manducatum sit instar melliti, & coctum instar oleo tincti.

Concl. 1 גר רבן sumendum in sensu diviso: non in composito: docet id accentuatio, tùm emphatica illa & emphaticè subjecti repræsentativa in voce 1: tùm pasta in voce 3. s. גר. Non ergò componendum: *Man erat album, sicut semen coriandri:* sed Man erat 1. sicut *semen Coriandri. 2. idem Man erat album* ita ut comparatio sit non qvalitativè: sed qvantativè: non in colore (neq; enim *Manna* nigrũ: neq; *coriandrum* album) sed in *parvitate*, & *rotunditate:* confirmat hanc accentuationis distinctionem, texrus parallelus Num. 11.7. & unicè hujus propositionis interpretativus.

חמין כזרע־גד הוא ועינו כעין הבדלח׃

i.e. Manna fuit sicut semen coriandri: at qvalitas ejus, sicut species Bdellii. nõ ergò qvalitativè s. respectu coloris fuit instar coriandri: sed Bdelli, s. pellucidi unionis ac margaritæ: sed ratione externæ dispositionis s. qvantitatis, ita ut grana habuerit tenuia, orbicularia instar granorũ coriandri. s. גרגרים דקים כרמות גרגרי הגר uti Hebræi loqvuntur. Probamus ergò hîc vehementer ex Judæis *Raschiũ:* ex nostris, Lutherum, qvi interpositâ particulâ ynd: qvæ implicitè saltè est in fontibus: Es war wie Coriander Samen/ vnd weiß pulchrè expressit illum, qvem diximus, sensum divisum, & descensum copulatum. Licet autè in significato præsenti nullibi occurrat vox גר uti & צפירחית in scripturis: non opus tamen est hîc vel cum א׳ע dicere: לא ירעתי vel cum Haggaone, confugere ad semen sinapi vel cum S amar. ad oryzam: maximè cum pro Coriandro, Arabes, Hierosolymitani, Chaldæi, Græci, Latini, sint interpretes.

Concl. 2. Qvæ dicuntur de placentâ s. lagano mellito ad *crudum* Manna saporem referimus, ita ut in ore manducãtis fuerit instar placentæ vel crustuli melle paritèr ac svaviſſimo humore præstantissimi olei tinctæ conf. Num. 11.6. fluentis & stillantis qvasi dum masticatur. Coctũ enim Manna diversos sapores acqvisiviſſe, imò *moli, tundi, coqvi, & ex cocto Manna placentas subcineritias fieri potuiſſe* idem textus Num. 11.6. edocet. Patet hinc qvid judicandum de *interpretibus*, & *paraphrastis* superioribus.

) * (

DECADIS XIII.

LOCUS I.

MANNA.

Exod. XVI.

Concl. 1. Cum in Decade superiori illustrem, de Manna לחם אבירים, materiam publice proposuerimus, nunc nobilissimam illam qvæstionem scrutinio subjicimus. Qværitur scil. an Manna Israeliticum idem specie fuerit cum illo, qvod in Meteorologiâ, à Physicis proponitur, & ab hoc Mosaico denominatur *Manna?* Ambrosius lib. 8. ep. 62. in ipso *objecto* nihil singulare videtur statuere. Verba ejus in ipso statim epistolæ initio hæc sunt: *Quæris à me cur Dominus Deus Manna plueris populo patrum, & nunc non pluat. Si cognoscis, pluit, & quotidiè pluit de cœlo Manna servientibus illi. Et corporeum quidem illud Manna hodie pleriq; in locis invenitur: sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit quod perfectum est corpus ex virgine.* Apertius autem Vallesius de sacrâ Philos. c. 57. aliiq; recentiores *eandem omninò rem & secundum suam naturâ ejusdem speciei cum Vulgari Manna* fuisse statuunt, conf. & Cardan. p. 987. subtil. Scal. exer. 164. Nolumus jam μετεωρίζειν, an Manna illud vulgare (eadem ferè ratio Mellis & Laudani) rectè, ut species roris ad Meteorologiam referatur Physicam? sanè Μετεωρον omne est corpus imperfectè mistum, ita ut ob imperfectionem termini minus sit vel ἀλεκτὸν, vel βρώσιμον s. τρεφτικὸν. at in Manna vulgari contrariũ obtinere, idem longè alium qvàmros, eumq;, tùm alimentorũ, tùm medicamentorũ, in *leniter purgando, & humores biliosos è corpore educendo*, usum præbere, iidem testantur, qvi *Manna* ad Meteororum classem transcribunt. Cæterum, uti de generatione *Manna* hujus, alii alitèr sentiunt, ita ut non admittant nisi Manna ἀπεριττὸν: ita alii Manna ampliant, usq; adeò ut & *Manna Polonicum*, non tàm in *pharmacopoliis:* qvàm cu-

 lmis

finis gratissimum, & *Manna Rusticorum* includatur, qvod posterius nos rusticis relinqvimus, *pollucibilius cœnaturis* commendantes Manna prius.

Concl. 2. Meminimus supra *Manna Calabriensis*, qvod præstantissimum commendatur, maxime ex *Oenotriæ* qvodam loco, nunc *Spoletano* Ducatu, in qvem singulis æstatibus descendit, & ab omnibus excerpitur. Memorabile est, qvod de illo Manna, ex *Brassavolo* meminit *Joannes Renodæus Medicus Parisiensis Regius in dispensatorio Medico* lib. 1. sect. 1. c. 7. p. 153. *Hunc locum*, inqvit, *Reges Neapolitani olim occluserunt, ne quis sine vectigali assumeret: occluso loco defuit Manna, nec descendit. Eo recluso & vectigali remoto, iterum descendere cœpit: sed rursum clauso loco & recluso, & postea clauso cessavit: ita ut Reges postea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiserint: idem scribitur de Tragaseo sale in Epiro, cui cum vectigal injunxisset Lysimachus, evanuit: mox demto vectigali succrevit.* Idem modò allegatus Regius Parisiens. Medicus: *Præstantissimum*, inqvit, *naturæ donum & miræ divinitatis plenum est Manna, non modo quæ præter naturæ leges, Israeliticis alendis è cœlo pluit: sed quæ nobis quotidie medicandis mellei, aut saccharei roris modo è Jovis nubibus super frondes exsudat: non minùs enim, ut illi suas olim grandines sacchareas: ita nunc nostrates agricolæ vulgarem & granatam Mannam mirantur, dum exultantes canunt: Jupiter melle pluit.*

Concl. 3. Ut demus, Manna illud Israeliticum convenisse cum Vulgari, formâ qvadam accidentali, e. c. qvod utrumqj *rotundum, gummosum* &c. fuerit, negamus *idem fuisse specie cum nostro Manna:* qvia 1. differunt causis internis: fuit qvidem illud Manna in productione conjunctum cum rore: sed non fuit ex *rore*, vel *roridо vapore*, & *plantarum exsudantium cremore:* in generatione Vulgaris Manna supponuntur exhalationes & vapores roridi, qvi aere diurno calore cocti noctu cum exsudationibus plantarum misti, in unam naturam seu succum condensatum coeunt, qvæ sit Manna: at Manna illud Israelitarum, rori contradistingvitur: non ex rore genitum memoratur, nedum ex herbarum exstillationibus: sed cum rore ut strato conjungitur, & distinctè tùm in ortu singularum noctium: tùm in abitu memoratur: potuit qvidem

ros

ros ille prohibere etiam hic, ne Manna dissipetur: cæterum, qvando in nostro Manna fit illa vaporum cum rore conjunctio noctu, non jam tùm est Manna: sed in illa conjunctione & misturâ succi plantarum cum rore demum successivè generatur Manna, seu compositum illud ex rore, & plantarum vapore: at illud *Israeliticum*, jam tum fuit Manna, non vapor & materia informis Mannæ, qvando descendit cum rore, nec dicitur ros illapsus vapori, ut inde per successivam indurationem, condensationem, seu coagulationem fieret Manna: non ergò fuerit compositum ex rore & plantarum vapore, & adeò nec idem specie cum Vulgari, Manna Israeliticum. II. Unde *benedictus vapor plantarum & herbarum* in deserto, ילל ישימון, ipsâ *aridate* & terrificâ *Draconum ejulantium voce* horrendo, in *aridissimis* illis *Arabiæ desertis*, ubi *pluvia* miraculum est, *haustus aquæ*, inæstimabile refrigerium? At ille *succus exsudans ex plantis & herbis*, est *de essentiâ Vulgaris Manna:* E. non est utriusqve eadem specie natura: sed uti vulgare Manna ex mistura illâ vaporum naturali modo concrescit: ita Manna Israeliticum sine tali causâ naturali, sine ullo *terræ vel herbarum cremore*, solâ supernaturali, divinâ & miraculosâ virtute productum fuit; unde & non ex Physica nomen expromtum Israelitis erat: sed ex Theologia *Man*, item: panis IHOVAH.

Concl. 4. Urgemus III. ἴδια seu propria & decem Manna illius singulariissimas excellentias, qvorsum referim° *1. Excellentiam originis* specialitèr notatam phrasi: *Ego pluere vobis faciam panem ex ipso cœlo*, Exod. 16, 5. & illâ παραφράσει Davidica: *Præcepit nubibus supremis, ut demitterent pluviam Man, & aperuit portas cœlorum, & pluere fecit super illos Man ad manducandum*, Ps. 78, 22. 23. Non ergò antea apparuit tale Manna. Atq; hoc ipsum iliustratur magis 2. per *excellentiam nominis*, qvo vocatur *Cibus præparatus, singulari scil. Dei artificio*, item: *Frumentum cœleste: Panis potentissimorum Angelorum*, Ps. 78, 22. 23. 24. Sap. 16, 20. *3 Excellentiam nativæ dispositionis*, qvà *crudum Manna*, svaviissimum similæ mellitæ, seu epichyti melle conditi gustum manducanti dedit Exod. cap. 16. *4. Excellentiam singulariissimæ proprietatis*, qvod *molâ frangi, in mortario teri, tundi* potuerit, Num. 11, 8. *5. Excellentiam voluptatis, &*

variæ gustuum svavitatis, qvâ in cacabo coctum, non saltem svaviſſimas dabat *placentas ſubcineritias:* ſed etiam *ad omnem voluptatem & deſiderabilem guſtum poterat temperari, prout quisq; exoptabat*, Sap. 16, v. 21. *6. Excellentiam continuitatis, & pluralitatis, quâ per totos 40. annos* æqvè *vere & autumno*, æqvè *æſtate ac hyeme*, nullâ obſtante aeris mutatione, æqvè *in aridis ac frigidioribus locis*, ſingulis diebus novum & ordinarium deſtillavit *Manna*, idq; *nonniſi ad ſola Iſraelis caſtra. 7. Excellentiam Sabbaticæ ſanctitatis:* qvâ Manna reliqvis diebus ultra ſolem occaſum reſervatũ putreſcebat: die autem *Sabbati*, reſervatum, neſcium putredinis erat. *8. Excellentiam finis*, qvi erat expromtum alimentum: non præcisè medicamentum: *9. Excellentiam formalitatis*, reſpectu *pellucidiſſimæ formæ Bdolach*, uti & accuratiſſimæ figuræ מחשפם: neq; opus fuiſſet Iſraelitarum admiratione & tàm ſpecialiſſimâ deſcriptione, ſi fuiſſet meteorum roridum: neq; enim tam bardi erant Iſraelitæ, ut rorem vel mellis ignorarent ſpeciem. *10. Excellentiam deſitionis & æterni memorialis*, qva ſimul ingreſſi ſunt terram tritici feracem, deſiit Manna & juſſus Moſche ac Aaron, urnam continentem Omer Man (dimenſum ſcilicet diurnum Viri Iſraelis) coram arcà & tabulis legis ſolemniter, ante conſpectum IHOVAH collocare, *aſſervandum ibi ſine corruptione per omnes ætates, ut videant panem illum, quo vos cibavi in hoc deſerto.* Exod. 16, 33. Cui bono illud, ſi idem illud ſpecie cum Mannâ vulgari? neq; enim tùm ad Arcam recurrere causâ videndi Manna, opus erat. Relinqvimus ergò ſuum Manna, Medicis, Polonis, Ruſticis, Alchymiſtis, qvibus & liberum erit, ex arcà granula qvædam Manna hujus petere, & tentare, an reſolvantur in nitrum, & Sal Armeniacum.

LOCUS II. Exod. 16, 33. 34.

Urna aurea Manna.

Vnd Moſe ſprach zu Aaron: Nim ein Krüglein/ und thu ein Gomer voll Man drein/ und laß es vor dem HErrn zu behalten auff eure Nachkommen.

Concl. 1. In perpetuum tanti beneficii & miraculi monumentum, imperatur à Deo per Moſen Ahron, Urnam, Omer Manna ad

na adimplere, eandemq; coram Domino, & testimonio solemnitèr collocare: finis hujus משמרת seu *asservationis*, ponitur resp. *generationum futurarum*, ut videant, qvis ille panis admirabilis, per XL. annos alimentum Israelis in deserto, fuerit. Qværitur hîc *1. an in ipso textu datur prolepsis?* Negamus. Asservatio *pleni Omer Man*, jam tùm imperari: *Urna* item ab *Aarone*, tùm statim potuit *impleri*, vel ut *erecto tabernaculo collocaretur in sanctuario*: vel ita ut jam tum fuerit collocata coram IHOVAH: qvomodo Luther. piè opinatur: Für dem Zeugnus/ das ist/ an dem Ort/ da man opffert/ und betet/ und da der Gnadenstuel war: Neq; enim expresse vel Arcæ, vel sanctuarii hîc fit mentio, licet non negemus respectum principalem ad arcam, qvæ ob *tabulas Legis*, & gloriam Domini inter Chrubinos, העדות dicitur. Conf. AbenEsra ad v. 32. qvem hîc uti aliàs seqvitur Trem.

Concl. 2. Qværitur *2 quodnam sit prædicatum* territorii 3. & 4. v. 32.? Resp. מלא העמר est subjectum: למש׳ לדור׳ prædicatum: copula, implicita. Qværitur *3. Quid notet vox* צנצנת? Resp. 1. non habet fratrem in scriptura. 2. *auream* fuisse urnam, docet Apostolus ad Hebræos c. 9, 4. Qværitur 4. An urna Man fuerit *in arca*: an *supra arcam*, an *ante arcam*, seu ad ipsum aditum sacrarii? Resp. Neg. 1. qvia in arcâ non fuerunt nisi לוחות הברית *s. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης*, 1. Reg. 8, 9. nec hîc vel alibi mandatum est de includendâ *urna Man* (eadem ratio virgæ Aaronis) in arcâ: saltem imperatur collocatio coram יהוה, qvod poterat fieri, si apud, vel maximè ad arcam collocaretur, Num. 17, 10. Obj. illud ἐν ᾗ Hebr. 9, 4. Resp. ἐν ᾗ includit, qvæ erant in σκηνῇ μετὰ δεύτερον καταπέτασμα, seu qvæ erant intra & apud arcam. Resp. 2. *urna Man debuit videri à filiis Israelis*. E.

Concl. 3. Qværitur 5. Qvod fuerit omnium miraculorum per XL. annos maximum? Resp. Manna 40 annorum hoc vocant Hebræi. Qværitur 6. *An ille versus sit scriptus à Mose sub finem vitæ: aut ab aliis Dei Viris post obitum Mosis?* Affirm. prius. Moses Propheta, & πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος.

LOCUS III.

Exod. XVII.

SUMMA CAPITIS.

Concl. 1. Iterum tumultuatur Israel: & ob aqvationis in *Rphidim* defectum, Deum tentat, dum contra Deum, Mosemq; murmurat: postulatur Moses, qvod non dare poterat, nisi Petra Christus: *Date nobis aquam, ut bibamus:* qvin invalescente siti, invalescit factio, & dubia murmurantis concionis uno ore conclamatio: *Quare feci*sti, *tu Mosche, ut ascenderemus ex Ægypto, an ad me, filios meos, & pecus meum siti enecandum?* & jam sentiebat Moses de capite suo comitia fieri: qvi proinde, qvod unum supererat, vehementiùs *invocat* Ihovah: *Quid faciam populo huic? paullum interest, quin me sint lapidaturi.* Expromtum clamanti Mosi datur responsum: & (*ô miram beneficentiam & μακροθυμίαν πλυσπλάγχνου Patris!*) immorigeris, contumacibus, rebellibus, murmurantibus, Mose in conspectu omnium, cum comitatu Seniorũ procedente, & baculo petram percutiente, fluunt aqvæ: imposita loco nomina *Massa, Mriba*, æterna monumenta Israelitarum perfidiæ, Dei misericordiæ. Simul inde in Choreb contendunt, adoritur à tergo Israelem, ejus castra posteriora infestis velitationibus turbat, sensimq; carpit Amalek: in qvem extemporanea decernitur acies: Imperator *Jhosua:* Orator *Moses.* Hoc *attollente manus*, prævalent Israelitæ: *demittente*, Amalekitæ: unde continuò sublatis & sustentatis lapide manibus Mosis, victoria antea dubia, plenè cessit Israelitis: bellum ipsum refertur in acta publica mandante Deo: & confirmatur factum seu beneficium *signo altaris erecti*, cum inscriptione IHOVAH NISSI: & narratione decreti divini de *Amalekitâ internecione delendo.*

Concl. 2. Totum ergò caput resolvitur in *Petræ miraculum*, & primum Israelitarum post Exodum, *bellum cum Amalekitis*, seu in *Aquæ & belli miraculum.* Cœterum character Hebræorum Biblicus, in tres minores Sectiones textum resolvit; qvarum symbola esse possunt: 1. מסה מריבה (v. 7.) seu ad *murmurationes Israelitarum Deum tentantium, & cum Mose contendentium, aquarum ex Petrâ eductarum miraculum*, ad v. 8. ubi novus character ב novum signa-

argut

argumentum: 2. מלחמת ראשונה seu *admirabile Israelitarum cum Amalekitis bellum* ad v. 14. 3. IHOVAH NISSI seu æternum *belli hujus monumentum*, per *inscriptionem in libro & erectum altare*, inscriptum: DOMINUS MEUM VEXILLUM, cujus ratio: *bellum DOMINI in Amalek perpetuum*, v. ult.

LOCUS IV.
MASSA, & MRIBAH, AQUA ex PETRA.

Concl. 1. Is locus ubi tentatus ab Israele Deus, ex *Petrâ* eduxit *aquas*, Massa & Mribah dictus est, seu Locus tentationis, & contentionis, qvomodo & Chaldæus reddidit, per *Nisseta Mazzuta*: nomen *geminum, à gemino respectu* peccati Israelitarum, qvod fuit *tentatio* respectu Dei, & *contentio* seu *rixa*t o, resp. *Mosis*: qvæ distinctio expressa est in ipsa facti narratione: e. c. vers 2. *Et litigavit seu contendit populus ille* (an *omnis*? sanè in miraculo βρώσεως πνευματικῆς, seu Manna particula universalis additur c. 16, 2. neq; dubium qvin in miraculo πόσεως πνευματικῆς, qvoq; murmuraverint ὁι πλείονες) cum Mosche: statim sequitur distinctè in oratione Mosis: *quid contendis tu mecum. 2. quid tentatis Jhovah?* unde & in nomenclaturæ ratione distinguuntur *contentio & tentatio*: ratio sc. מסה ponitur: qvia Israelitæ *tentaverunt* יהוה *Deum* dicendo: *An sit Jhovah in medio nostri?* ratio autem *Mribah*, ponitur ריב בני ישראל seu *rixa & contentio Israelitarum* (cum Mose sc.) An excluso Aaron? conf. v 2 ubi notetur 1 unamqvamq; rationem distingui territorio. 2. rationem nominis posterioris, poni ante rationem nominis prioris: ponuntur sc. nomina *Massa & Mriba*: at prima ponitur ratio *Mribah*: postea demum *Massa*, qvæ de re regulam habet AbenEsra: משפט רשון הקודש כאשר יוכיח שני דבריכם יחד לילכם מהשם שחוא קרוב:

Concl 2. Cæterum nomen regionis Rphidim, ad confinia Choreb: statio proxima fuerat in deserto Sin, in qvo aliqvot habuerunt stationes: neq; enim immediatè ex Elim in Sin, ex Sin una statione venerunt in Rphidim: sed interceserunt hîc stationes aliqvot,

aliqvot, qvæ in hoc textu notantur voce לְמַסְעֵיהֶם cap. 17 at alibi Num. 33, 12 13. nominantur *Dophka*, item *Aluſch*, conf. Exod. 16, v. 3. c. 17, Exod. v. 1. 6. Pulchrè Chald. *ordinatorem Caſtrenſium ſtationum* vocat מֵימְרָא יְהוָה ſeu *verbum Jhovah*.

Concl. 3. Varias Iſraelitarum murmurationes memorat Moſes, tùm illas, qvas ad Manna & coturnices ponit Exod. 16. tùm qvas ad alias coturnices Num. 11, 31. deſcribit, tùm qvas in exploratione terræ Canaan Num. 21, 5. tùm in factione Korah Num. 16. v. 25 Sp. S. meminit: IV. tamen licet obſervare *murmurationes Iſraelitarum*, ob aqvam, & adeò 4 miracula ſuppeditati in deſerto πάσχα 1. in Marâ, ob aqvas amaras, qvas, qvantum ad præſentem populi uſum attinuit, injectum lignum dulces fecit: Exod. c. 15. v. 24. 25. ipſo anno Exodi: 2. hanc in Maſſa & Mribah, 3. *In Kadeſch*, anno 40. Exodi m. 1. ubi miraculum præſcribitur: *Virga Aaronis florida accipitur, Moſes & Aaron petram alloquuntur. & ſola allocutione aquas copioſas educunt:* à qva præſcriptione abiens Moſes & Aaron, tùm *virga petram percutiendo*, tùm *percuſſionem iterando*, *non*, uti par erat, *ſanctificavit Deum in conſpectu Iſraelis:* ipſe tamen IHOVAH ſe apud rebelles *Iſraelitas ſanctificavit*, unde ex petra *illa aqua multa prodiit, ut potaretur cœtus ille ac jumenta illorum.* Ipſe Moſes, ſuiipſius peccati, & ſupplicii, ſeu *excluſionis à terra Canaan & monte Libano*, veniam, qvam vehementer eſt precatus, impetrare tamen non potuit Deut. 3, 24 25. ſed audivit reſponſum: Laß gnug ſeyn/ ſage mir davon nicht mehr/ Num. cap. 20. & paſſim. 4. in *Almon diblatimah*, ubi murmurante etiam ob aqvæ inopiam Iſraele, jubente Deo, effoſſo puteo & honorato illuſtri à toto Iſraele cantico: *Aſcende putee* Num. 21, 18. 19. dantur aqvæ. Patet ex dictis qvater in deſerto memorari miraculum πάσχα πνευματικόν, uti Apoſtolus vocat: at bis, *aquam eductam ex petra*, utrobiq; qvidem percutiendo: at ſemel *Moſis baculo:* ſemel *virga Aaronis:* ſemel ſaltem debuiſſe educi *percutiendo:* ſemel *petram alloquendo*, qvod à Moſe tùm impatientiori, diffidenti & perturbato animo, in iteratam percuſſionem mutatum cauſa, fuit toties memorati Moſis ſupplicii.

Concl.

Concl. 4. Puteum illum *Cantico nobili honoratum* Num 21. cap. 21. vers. 18. & 19. cum Israelitis descendisse, & ascendisse per illos XL. annos deserti, memorat in l. alleg. ex Rabbinis *Raschi*: cœterum id de *corporali puteo*, item de *corporali petrâ* e. c. in Choreb, in Cadesch, falsum: de spirituali *Petrâ*, verum: verè enim biberunt ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας: *Petra* verò illa, fuit CHRISTUS, causa scil. efficiens illius aqvæ, qvæ fluebat de petra in Choreb & Kadesch: unde & in primo petræ miraculo, *Ecce*, ait Ductor Christus, *ego constituturus sum super petram illam, in Choreb.* Christus ergo *petra*, consistit in admirabili illa & extraordinariâ sacramentali typica actione, super *petram*, vel in illâ petra corporali, & causa est, ut ex illa percussa fluant aqvæ. Patet ex dictis in illa professione: ἡ πέτρα ἦν ὁ χριστὸς, 1. Cor. 10, 4. non esse Metaphoram in subjecto: vere enim & sine translatione Christus fuit ἡ πέτρα, *vel* עמר ער הצור *idemq.*

LOCUS V.

Exod. XVII. 15.

Et extruxit Mosche altare: ויקרא שמו יהוה נסי

Chaldæus: ופלח עלוי קדם יהוה דעבד ליה נסין

id est, *Et coluit super illum, coram Jhovah, qui fecerat illi signa miraculosa.*

LXX. Κύριος μου καταφυγή, id est, *Vocavit nomen ejus: Dominus est refugium meum.*

Munsterus: Dominus miraculum meum, (i. e. *Non nostro merito: sed per miraculum, & misericordiam Dei factum est illud.*)

Trem. *Et vocavit nomen altaris: IHOVÆ vexilli mei.*

Vulg. *Et vocavit nomen ejus: Dominus exaltatio mea.*

Ab. Esra: *Et vocavit nomen ejus: Altare Domini vexilli mei.*

Junius: ———————————

Luther. Mose bauet einen Altar/ und hieß ihn: Der HERR Nissi/ (das ist: Mein Panier.)

Concl. 1. Verba illa יהוה נסי non stant *Syncategorematicè*: vel, *ut terminus categorematicè*: sed perfectè *enunciativè*: & adeò

nec יהוה stat sub notione *denominantis:* diversus enim positus est ויקרא־לו יהוה שלום Jud. 6, 24. id est, *Dominus vocavit illum:* PAX: ויקרא שמר יהוה נסי: *& Mosche vocavit illud: Dominus est vexillum meum:* sed *denominati:* nec totum illud complexum alitèr reddendum, qvàm in casu recto. Docet id accentuationis proportio, unde sententia Haggaonis in locum Jer. 23. & 33. à R. Ab-Esra in Exod. 18 ad v. 3. rectè dicitur מטעה בעל הטעמים seu error in Magistrum accentuationis, qvi concludit ibidem non solum Zidkenu: sed totũ IHOVAH Zidkenu esse שם המשיח conf. Rabb. in h. l. Neq; Psik Mercatum est subjecti & objecti distinctivum: nedum qvod plus distinguat, qvàm Tipcha.

Concl. 2. Illustre nomen נס à rad. נסס (cui in alto directè expandendi, & inde vexillum erigendi inest significatio, qvomodo Σημαιοφόρος seu imaginarius נסס Hebræis dicitur Es. 10, 18.) *dierectum*, seu *sub dio in altitudinem erectum* notat, qvale est *signum militare*, in hastæ summitate, qvomodo e. c. apud Romanos erat *aquila aurea summæ hastæ insistens in pelta, & fulmen unguibus tenens*, & ipsa *vexilli pertica*, seu *hasta extensa*, unde est, qvod de illo passim: de hoc nonnisi semel dicatur in scriptura conf. de illo Esa. 13, 2. Jerem. 31, 12. de hoc Num. 21, 8. qvomodo & apud Poetas:

Ut *belli signum* Laurenti Turnus *ab arce*
extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu
--- --- --- simul *omne* tumultu
conjurat trepido *Latium*

ad qvæ commen. *Alludit ad consuetudinem Romanorum, qui in subitis tumultibus duo vexilla ex Capitolio proferebant, ad quæ sese recipiebant, qui Romam salvam volebat:* cœterum vexillum rectiùs est רגל: ut נס signum in vexillo. Sic de *perticâ*, non minùs elegantèr Poeta:

Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.

Concl. 3. In hasta sc extensâ, qvæ & inde נס dicitur, erat *signum militare*, qvomodo signum Legionis apud Romanos fuit *Aquila:* qvamvis & illam Persis usurpatam fuisse, ex pulcherrimo Xeno-

Xenophontis loco constet, qvi de Cyro: *ἦν, inquit, αὐτῷ τὸ σημεῖον, χρυσοῦς ἀετὸς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος καὶ νῦν ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ περσῶν βασιλεῖ διαμένει*, i.e. *Erat ei signum aquila aurea in hastâ longâ extensâ, & nunc quoq; ipsum hoc insigne Persarum Regi manet.* Tale sc. *signum in summitate hastæ longæ, extensæ*, verè נס dicitur.

Concl. 4. Ubi notandum נס Hebræorum, distingui à דגל illud scil. erat signum (sive id esset Aqvilæ, sive Bovis, sive Imago Romani Principis, in summitate hastæ fulgens, qvomodo figuras illustres videre licet apud J. Lipsium comm. in Polyb. lib. 4. p. 271.) דגל autem propriè est flamula, velum, *expansum ad hastam*, idq; rectiùs qvem נס vexillum dicitur. Sic *Labarum* grande & maximum vexillum imperatorium, verè fuit דגל: non נס: unde etiam in LL. tit. peculiaris de Præfectis Laborum, qvomodo & postera ætas & jam in 4. suis castris, 4. vexilla habuit Israel in deserto. Patet hinc tùm qvæ ratio sit IHOVAH NISSI: tùm qvæ ratio loci Esaianî c. 11, 10. ubi de Christo, vel radice Isai dicitur, qvod stet in *Nes* seu *signum populorum*: statimq; additur: Nach welchem werden die Heyden fragen. Ad textum redimus: IHOVAH NISSI, fides est Ecclesiæ, qvæ hoc ipso profitebatur 1. *Excellentiam*, s. *celsitudinem, exaltationem* sanctorum, non esse nisi in Jhovah, *qui in altis habitat.* 2. Eundem Jhovah sibi in illâ cum hostibus *militiâ*, instar *militaris fuisse* signi, in qvod unicè intenderit *fides bellantium*: 3. signo IHOVAH Israeli stetisse victoriam: non vincentis robore, sed signi יהוה virtute. 4. neqve aliud illo *manus Mosis erectæ* signo notatum, qvam ἐξ ὕψους Israeli constare victoriam: eumque tùm esse invictum: cum sursum corde in hoc *signum*, respicit, & qvamdiu symbolum agnoscit *Jhova Nissi*: qvod ubi negligentius respicit, vel paulisper deserit, vincit Amalek, non superior, nisi demittente manus Mose. Israeli ergò his stat victoria signis. Patet autem ex dictis, nec *Vulgatum* errasse, eum reddidit: *Dominus exaltatio mea*: nec planè *Chald. & Munsterum*, qvi expresserunt *miraculum*, vel *signum miraculosum*: qvod נס vocant Chaldæi & Rabbini. Verè enim fuit *signum excelsum & admirabile*: erigente ad cœlum manus & baculum Mose, in excelso

colle. & hoc ipso qvasi intonante: *sursum corda*, solo hoc signo victoriam reportare.

Concl. 5. Qvi ex hoc complexu *Jhovah Nissi*, concludunt, nomen Jhovah *alicui competere, qui non sit natura summus Deus*, inepti sunt magis, qvàm ipsi Judæi, & Photiniani, qvi dudum agnoverunt infirmitatem argumenti. Expresè in h. l. Raschi: Vocavit nomen altaris: Jhovah Nissi: i. e. *Dominus fecit nobis hoc loco signum magnum & admirabile: non quod altare illud dictum sit Jhovah: sed quod* המזכיר *seu ille qui meminit nominis altaris*, per memoriam altaris recordatur *simul magni illius signi miraculosi, quod ibi exhibuerit Jhovah, qui solus nobis est vexillum.* Hactenus Raschi. Ex Photinianis Volkelius l. de V. R. p. 83. ponit *loca 5. ubi sit nomen* יהוה *cum adjectione*: Gen. 22, 14. Exod. 17, 15. Jud. 6, 24. Jer. 23, 6. c. 33, 15. & addit: *Ex his locis duplicis erroris nata est occasio: alij ex distantiâ istarum rerum à summo Deo, concluserunt, nomen illud non esse summi Dei proprium: alij contrarium statuerunt, & proinde eò delapsi sunt, ut eum, qui summus Deus non est, esse crederent, quia id nominis ei tribui videatur.* Errorem vocat, ex his locis concludere *nomen Jhovah non esse summi Dei proprium*: licet putet consistibilia esse hæc duo: *1. Nomen* יהוה ob ἐξοχὴν divinæ excellentiæ *soli summo Deo est proprium. 2. Nomen* יהוה *repræsentantibus illum Angelis verè tribuitur, idq; absolutè*: ut ita e. c. *Christus, post nativitatem ex virgine, respectu illius repræsentationis excellentissimè dici possit Jhovah*: at qvi *in V. T. ne quidem potuerit repræsentare Jhovah, cum ante nativitatem ex muliere, ne quidem extiterit*, nedum, qvod ex sua persona, ut Jhovah loqvi potuerit: unde in illam blasphemam impudentiam prolabitur Volkelius ut concludat: *Nullus potest proferri locus, ubi nomen Jhovah absolutè prolatum tribuatur Christo.* Qvam monstrosam hæresin alibi excussimus Νῦν τόδ' ἐν ποσὶ ἴτω τρέχον.

Concl. 6. Aliud est *totum enunciatum complexum*, in qvo sive in *casu recto*: sive *obliquo* stat nomen Jhovah, *nominaliter* de creatura enunciari: aliud *terminum formaliter incomplexum* seu nomen יהוה stans in illo complexu, ulli præter summum Deum tribui. *Ab attributione sc. totius enunciati*, complexi sive & formalis & materialis, sive materialis tantùm, ut in nominibus: Ihozadak, Ihonatan

natan, Ihojakim &c. *ad attributionem termini*, sive expliciti: sive impliciti, *non valet conseq.*

Concl. 7. Scilicet alia est ratio denominandi e. c. qvando ילד ילד לנו vocatur פלא item גבור אל vel צמח דוד vocatur יהוה צדקנו: alia qvando altare vocatur, vel: *Dominus vexillum meum*, vel: PAX: vel ex hypothesi, *Iruschalem, Jhevah Zidkenu:* ibi nomen tale, verè realiter, intrinsecè, propriè & actu primo, competit denominato: hîc salrem χειλικῶς, signativè, & ut memoriale: unde e. c. hîc: altare nominatur *Jhova Nissi*, propter illum, qvi *alius est ab altari*, & verè יהוה נס ישראל: non autem ibi: ילד dicitur פלא vel גבור אל; item Zemach David Ihovah Zidkenu, propter alium, qvi verè sit פלא: item verè יהוה צדקנו: sed fundamentum denominationis, sub notione principii, est in illo ipso *Zemach David* denominato, qvia sc. ipse עשה משפט וצדקה בארץ, uti ibidem additur: & ipse est מושיע את יהודה. At non item altare hoc in seipso habuit *fundamentum denominationis*, nec *principium fuit victoriæ Israelis:* sed illo supposito saltem *signum, & memoriale salutis*, & adeò qvando altare signativè & ὡς σημειωτικῶς extrinsecâ denominatione nominatur: *Jhovah Nissi*; in conceptu nominantis manet *Jhovah* nomen summi Dei. Illud ergò: Et ædificavit ibi altare: & vocavit nomen ejus: Jhovah Nissi, qva hoc membrum nihil aliud est: qvàm ædificasse illud altare illâ intentione, *ut monumentum esset seu belli illius sacri eucharisticũ memoriale*, & adeò ὡς σημειωτικῶς, IHOVAH NISSI: neq; dubium qvin ipse Moses peculiari ad hoc altare Majestatis illius & signi jhovah prædicatione Deum coluerit, uti rectè Chald. expressit. Cœterum id magis constabit ex ipso Mose illud: IHOVAH NISSI explicante, versu & capitis, & Pharaschæ ultimo, de qvo esto

LOCUS VI.

ויאמר כי־יד על־כס יה מלחמה ליהוה בעמלק מדור דר׃

Chald. ואמר בשבועה אמירה דא מן קדם דחילא דשכינתיה
על כורסיה יקרא דעתיד דיתגח קרבא קדם יהוה
ברבוותיה עמלק לשציותהון מדרי דעלמא׃

Id-est, Et dixit Mosche: *Juratus est Deus terribilis, seu reverendus, cujus gloriosa habitatio est super tronum majestatis, quod instaurandum sit bellum coram IHOVAH cum domo Amalek: ut exscindantur illi ex generationibus seculi.*

LXX. Εν χειρὶ κρυφείᾳ seu, in manu occultâ πολεμεῖ κύριος ἐπὶ Αμαλεκ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰς.

Abr. Sephardi: Et dicit Mosche: Qvoniam manus (impii Amalek) super tronum Dei, seu, *quia ille voluit ponere manum super tronum Dei, qui est Irusalem, propterea bellum erit Domino in Amalek.*

Tremell. Et dixit: Qvia manus Hamaleki fuit contra solium IAH (propterea) bellum ἄσπονδον erit Domino in Hamalekum, de ætate in æratem.

Junius: Et dixit: *Quia manus* (Dei) *elata est* (Deus symbolo publico veluti elatâ ad juramentum manu testatus est) *ad solium IAH: bellum Domini in Amalek perpetuum erit.*

Vulgatus: Et dixit: *Quia manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.*

Luth. **Denn er sprach: Es ist ein Mahlzeichen bey dem Stuel des HErrn/ daß der HERR streiten wird wider Amalek zu Kindes Kind.**

Concl. 1. Signum hujus orationis est ויאמר Rbiatum, qvo ab oratione abstracto, pandit *se ipsa Enunciatio.* Rectè autem vim & *nexum particulæ* ו *causalem* expressit Lutherus: omnino hîc ratio ponitur extructi altaris & ejusdem nominati s. consecrati in memoriale IHOVAH NISSI.

Concl. 2. Si *manus bellatrix Amalek contra tronum IAH, & bellum Domini in Amalek* opponerentur hoc scil. sensu: Weil der gottlose Amalek so vermessen gewesen/ daß er ohn einige gegebene uhrsach den müden und abgematteten Israel am ersten unter allen Heyden/ auff der reyse aus Egypten mit Krieges-Macht von hintenzu überfallen/ verfolgen/ und die hinterbliebene Krancke und Schwache todt schlagen dürffen/ ja so gar ihm unterstanden/ seine Hand wieder den Thron des ewigen Gottes zu erheben/

bey/ als wolte er denselben umstürtzen; Demnach wird hiemit öffentlich ein stetswehrender Krig zwischen dem Israel und Amalek vom HErrn angekündiget/ welches der Israel stets eingedenck seyn/ und des Amaleks Gedächtnus unter dem Himmel ausrotten soll. Tùm Sakephkaton esse deberet in membro 2. & adeò talis accentuatio:

ויאמר כי־יד על־כס יה מלחמה ליהוה בעמלק מדור דר׃

nunc cum *Sakephkaton* sit *membri primi*, concludimus, nec *per manum* על כס יה intelligi *manum Amaleki*, in oppositione manus bellantis Dei: sed manum, qvæ sit contra Amalek. Non ergò subsistunt interpretationes Rabbini illius Abr. Sephardi, & Tremellii, licet aliàs satis plausibiles.

Concl. 3. Multò minus autem LXX. & Vulgatus satisfaciunt formali orationis majestaticæ: qvid enim cum יד על כס יה commune habet χειρ κρυφαία seu manus occulta? Sanè tronus Dei, & manus Dei à priori sunt occulta, vel κρυφαία satis: cæterum bellum Domini contra Amalek, qvod hic denunciatur, non κρυφαία χειρί: sed sub IHOVA NISSI ab Israele conspicuè debebat consumari. *Futurum est, cum quietem dederit Ihovah Deus tibi ab omnibus inimicis tuis circumquaq; in terra, quam Ihovah Deus tuus dat tibi in possessionem, ad possidendum eam jure hæreditario, ut deleas memoriam Amaleki sub cœlo: ne obliviscitor*, Deut. 25. v. ult. neq; verosimile, tàm sublimem hîc conceptum illos habuisse interpretes, & vim materialis exprimere voluisse; qvos uti alibi: ita hîc circa literas in compositione & divisione. & circa punctationem erravisse, vix dubium est: scilicet duas voces יד כס יה s. *tronus Dei* in unam compegerunt: *punctationem* qvoq; turbarunt: deniq; particulam על interpositam inter יד & כס, ut præpositam haberunt: ut ita juxta LXX. talis esset positus:

בעמלק	ליהוה	מלחמה	כסא יה	יד	על	כי
Ἀπὰ αμαλὲκ	κύριος	πολεμεῖ	κρυφαία	χειρὶ	ἐν	ὅτι

Et sic planè evertitur יד כס יה seu positus vocum & punctorũ,

כי	יד	על	כס יה

qvi ta

Eadem ratio Vulgati, qvi ex *solio* seu trono fecit adjectivum *solius*. Verum sane viciſſe Iſraelem virtute *solius* Dei, velut JHOVAH NISSI: at hoc loco non mentio fit *solius*: sed *soli*, & troni IAH: neq; dubium, qvin olim *solii* fuerit in Vulgato ex qvo aliqvis *Dupondius Donatiſta* ut acumen proderet Grammaticum & declinandi ſcientiam fecit ſolius. Abeunt ergò paritèr LXX. & Vulgatus.

Concl. 4. Ad *manum Moſis erectam cœlum verſus*, reſpicere præciſam hanc & pleniſſimam majeſtatis orationem, dubium nobis eſt nullum. Scilicet: *Elevata Moſis manus verſus cœlum tronum Dei* Eſa. 66,1. Victoriam Iſraelitis, bellum clademq; Amalekitis jam tum attulit c. 17, 11. debebat autem non *uno ſaltem illo prælio* Amalek vinci: ſed iteratis prœliis, & *planè tandem ab Iſraele exſcindi* v. 14. *Scribe*, ait Ihovah, *hoc ipſum in memoriale in libro illo* (ſeu in annalibus & commentariis, ſeu in libro bellorum Domini) & (cum Joſua ſit introducturus Iſraelem in terram promiſſam proinde) *pone in aures Joſuæ* (inculca id Joſuæ accuratiſſimè, & trade illi hoc ſanctiſſimum & religioſè tùm obſervandum memoriale, ut non obliviſcatur: ſed eorum, qvæ fecerit Iſraeli in itinere ex Ægypto Amalek recordetur: nec cum eo ullo tempore pacem ſanciat: ſed ut hoſtem habeat, & exſcindat) *nam* (ob Cyclopicam protervi illius hoſtis impietatem, ſtat decretum meum, tale ſcil.) *omninò exſcindam* ſeu *delebo, ipſam memoriam Amalekitarum è terrâ ſub cœlo*: facit Moſes imperatum & ut publicum exſtatet *facti* & *futuri*, ſeu *victi*, & *vincendi*, imò *planè exſcindendi Amalek monumentum, altare extruit*, ſub ſigno vel memoriali: IHOVAH NISSI, Symbolico tùm reſp. *præteriti*, ſc. IHOVAH ipſum, bellatorem fuiſſe Amalek: tùm reſp. *futuri* ſc. ſe toto pectore credere eundem qvi in illo prælio fuerat עמר לכם ישראל, etiam in poſterum futurum נס ישראל & ejus virtute id præſtandum fore, qvod paulò ante Deus promiſerat, *delendo delebo ipſam memoriam illorum è terra ſub cœlo*. Hoc ergò gemino reſpectu altare vocavit Ihovah Niſſi: *dixit enim*: qvia (non tùm ſaltem, qvando ego manum, erectam cum baculo verſus cœlum extuli, & ſignum paritèr ac juratum in Amalekitas Dei decretum oſtendi: ſed etiamnum) *manus*

eſt

est elata super *tronum Jah.* (*signans amplius adhuc bellum*, & internecionem decretam in consilio יה: proinde) *bellum erit DOMINO* (seu IHOVAH NISSI) *in Amalek, de ætate in ætatem usq; dum delebitur planè è terrâ sub cœlo*, & ita perfectè innotescat IHOVAH NISSI.

LOCUS VII.

Summa Pharaschæ Jithro.

Concl. 1. Qvod ab adventu *Jitronis* ad Mosen, in castra Israelis prope montem Domini, ejusq; honorificâ exceptione, conversione, & per illum Reipublicæ ordinandæ præscriptione, Pharascha incipiat, commodè ab alterâ voce, *Jitro* dicitur. Capita ejus generalia sunt 1. תקון ישיבה seu *Reipublicæ politicæ constitutio, ubi Jitronis consilium, & Mosis factum c. 18.* 2. שכינת סיני seu *majestatica Dei in monte Sinai revelatio*, & propter hanc Israelitarum *sanctificatio*, seu legalis παρασκευὴ vel *præparatio* c. 19. 3. מתן התורה seu *solemnis* inter tonitrua, fulgura, & buccinarum celeusmata, *legis* seu *Decalogi promulgatio* c. 20. ad v. 22. 4. מזבח אדמה seu specialis de *altari* in ambulatoriis castris extruendo, præscriptio inde ad finem usq; Pharaschæ. Qvin à cap. 19. incipit altera pars Exodi, cujus παρασκευὴ est cap. 19. ipsa Legum ordinatio à cap. 20 ad 32. & deniq; Legum executio, inde ad finem Exodi.

LOCUS VIII.

Adventus & Confessio Jitronis.

Luth. **Nu weiß ich/ daß der HErr grösser ist/ denn alle Götter/ darumb/ daß sie Hochmuht an ihnen geübet haben.**

Vulg. *Eò quod superbè egerunt contra illos.*

Trem. Eâ ipsâ re, qvâ superbiunt, Jhovah est superior illis, (*id est, omni gloriâ & virtute, quam gloriosè de suis idolis gentes prædicare solent.*)

LXX. ἕνεκεν τούτου ὅτι ἐπέθεντο αὐτοῖς, *id est, Propterea quod superbè egerunt illis.*

Chald. *Nunc cognovi, quod magnus sit Dominus, & quod non sit Deus, nisi solus ille: porrò:* בפתגמא די חשיבו מצראי למרן

יה ישראל ביה דננון id est, *Illâ ipsâ in re, quâ cogitarunt Ægyptii judicare Israelem, ipsi ab Israele judicati sunt.*

Textus: כִּי בְרִבֹּר אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם׃

Concl. 1. 1. *Occasio adventus* Jitronis in castra Israelis fuit *fama educti potenti brachio, Israelis ex Ægypto*, submersi Pharaonis in mari rubro, & tot ac tantorum miraculorum, plagarũ, ac in Israelem beneficiorum v. 1. 2. *Comitatus Jitronis* fuit *Zippora uxor Mosis*, ex indignatione ob circumcisum Elieserem Exod. 4, v. 25. vel ab ipso Mose ex diversorio illo in Ægyptum ad parentes remissa: vel à Marito Mose *ob sanguinem illum*, remissis arrhis alienata & profuga. 2. *duo Mosis ex Zpporâ filii, Gersom & Eliesér* v. 3. 4. ut incesserint ordine 1. Jitro, 2. Filii, 3. Zippora. 3. Locus, ubi advenit in castra Jitro, memoratur *desertum illud, in quo mons Elohim, Choreb* v. 5.

Concl. 2. Neq; verò irrumpit in castra, sine *debitâ Mosi & Israeli honorificentiâ*, & indicatâ præsentiâ: sed sive per *internuncium*, sive, qvod verosimilius, *per epistolium* intimat *Mosi, adventum*, idq; *favorabiliter*, per distinctam *comitatus favorabilis* nomenclaturam: *1. Ego Socer tuus Jitro venturus sum ad te: 2. & Uxor tua. 3. & duo filij ejus cum illa.* Simul Mosi adventus intimatur soceri, *procedit in occursum ei:* & cum incurvatione *osculatus* est Socerum, alter *de sale percontatus est alterum: deducit Mosche illos in tentorium:* hîc à prima origine *beneficia Israeli à Deo, tùm mirificâ ex Ægypto liberatione, tùm mirabili per tot molestias deserti transvectione* præstita, Mosche Jitroni narrat, v. 8.

Concl. 3. Per qvam concionem Mosis *operante Spir. Sancto*, spiritualis lætitia, שמחת לפני אלהים *seu* משוש בשמחה exoritur in Jitrone Socero, qvi proinde *lætatus super omnibus illis beneficiis, quibus affecerat Ihovah Israelem*, v. 9. exclamavit: *Benedictus sit Ihovah. Nunc agnosco, magnum esse Ihovam præ omnibus Diis* כי ברבר אשר זדו עליהם v. 11. neq; solâ Majestatis Dei Israelis confessione: sed & ipso *oblationis* opere profitetur se in posterũ *membrũ fore Ecclesiæ Israeliticæ*. qvin ipsa Ecclesia, in suorum sacrorum communionem,

nem, Iitronem recipit, dum *solemne coram Deo*, qvi pro more se in nube spectandum exhibebat, instauratur ex Evcharisticis sacrificiis *epulum:* unde *venit Ahron, & omnes Seniores Israelis, ad comedendum cibum cum Socero Mosis coram Deo ipso* v. 12. non excluso Mose qvippe in cujus vescebantur tentorio. Atq; hoc ordine *processit Iitronis conversio, & in Ecclesiam Israelis cooptatio*, qvæ primum est capitis argumentum: uti præscriptio consilii de administrandâ Republicâ, secundum à v. 13. ad finem. De memb. 2. supra expresso qværitur. Tremellio repugnat *accentuati* oqvæ talis fuisset

כִּי בְרִכָר אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם׃

nunc cum sit בְּרִבָר non זָדִים subordinantur עֲלֵיהֶם in sensu: Jhovah est עַל מְזִדִים: sed הֵם subordinantur ut subjectum passivum, in qvod agunt אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם. Chaldæus additamento peccavit: LXX. Vulg. & Lutherus, si detur ellipsis, conciliantur.

4. Sensum simplicem ponimus, qvem *accentuatio & positus* confirmat. Nunc, inqvit, Iitro, *verè scio*, qvod *magnus sit Ihovah, præ omnibus Diis: quia* (tàm *magnus fuit*, tàm *gloriosum se manifestavit*, tàm *justum judicium exercuit*) *in illa re, in qua tàm superbè, tàm ferocitèr Ægyptij egerunt* (idqve non ex ignorantia: sed datâ operâ, cum *ebullitione quasi irarum suarum & effervescentia, tumidè superbientes*) *contra illos* (Israelitas sc.) Sensus evidens & minimè coactus.

LOCUS IX.

Exod. XIIX 21.

Consilium Itronis Politicum.

Sihe dich umb unter allem Volck nach redlichen Leuten/ die Gott fürchten/ wahrhafftig/ und dem Geitz feind sind/ die setze über sie.

Concl. 1. Summa consilii est: *Moses solùm ad judicia graviora & difficiliora, in quibus Deum consuli oportet, attendito, & illa ad Deum referto* v. 19. 2. *Responsa à Deo in casibus dubiis accepta, populo exponito*, v. 20. 3. *Res humanas faciliores, nec tàm dubias, ut in illis oporteat Deum consuli, per subordinatos inferiores Judices procurato, & huic fini judices certos præficito*, eorumq; potestatem *certis legibus circumscribito*, v. 21. 22. Qvo *facto, & consilio hoc ab Elohim comprobato*

contrarius à Iitrone ex hoc judicii modo *effectus* promittitur v. 23. sc. *sic & tu Moses poteris subsistere*, so kanst du es außhalten/ ne sc. נבול תבול *& populus hic maturè expeditis rebus ad locum quisq; suum redire potest cum pace.*

Concl. 2. *Quis*, præficere debeat exponit Iitro v. 21. *Tu Moses prospicito accuratissimè, sanctissimè, usq; adeò ut ipsum pectus quasi possis penetrare.* Si qværas, qvomodo Moses potuerit in ipsum pectus introspicere? Respond. Raschi: ברוח הקדש שעליך *per spiritum sanctum qui est super te.* Rectè. Qvos ordinare debeat explicat Mosche.

Schema tale est:

אתה תחזה מכל־העם

אנשי־חיל | יראי אלהים

אנשי אמת | שנאי בצע

Constat inde: illud אנשי חיל poni, ut reqvisitum judicis speciale: & adeò qvaternarium esse reqvisitorum: deberet aliàs esse *Geresch* ante *Tlischagdola.*

Concl. 3. Vult ergò 1. esse אנשי חיל, qvomodo & Chald. גברין רחילא, Græci ἄνδρες δυνατοί, die starck seyn und bestehen können/ Rab. AbenEsra: שיש בהם כוח לסבול הטרח ולא ופחדו מהם id est, die Kräffte und Stärcke haben/ die Gerichts Last zu tragen/ und in ihrem Richterlichen Ampte behertzt seyn. Rabbi Samuel Jarchi: עשירים שאין צריכים להחניף ולהכיר פנים i. e. Reiche und wolbegüterte Männer/ die nicht aus Armuth vonnöten haben zu heuchlen/ und die Person anzusehen. Omnes hos interpretes admittimus, qvippe qvi aliqvid expresserunt, qvod in אנשי חיל reqviritur, & qvod ipsa vox חיל admittit, qvam *divitias* notare, ex innumeris locis constat: qvin ut plurimum *corruptum esse Areopagum*, ubi illi præsident, qvi sordidè egent, & *verba inopiæ adsciscere Ablativum*, exempla testantur seculi. Cœterum primo hoc reqvisito vult per Jetronem Deus, eligi: *Viros idoneos*, qvi substare possunt, velut columna rebus agendis, tüchtige Männer/ die den Dingen bestand

seyn

seyn: ad qvam idoneitatem plurima reqviruntur, qvæ vox ipsa indicat, e.c. qvod esse debeanet ζοφοὶ, ζυνετοὶ, ἀνδρεῖοι, ἰσχυροὶ, δυνατοὶ φιλόπονοι.

Concl. 4. Reqvisitum secundum judicum est, ut sint יראי אלהים; s. רחליא רי׳ Gottsfürchtige Männer Plus involvit hoc reqvisitũ palmare יראת אלהים, qvàm qvod ulla expresserit translatio. Fundamentũ proximum, qvare in judicibus reqviratur יראת אלהים est in *variâ & officiariâ repræsentatione Elohim*, qvatenus sc. sunt verè *Elohim*, seu in judicio, qvod est Jhovah, מקימי משפט אלהים על־ הארץ die das Gerichte dem HErrn halten/ hie nieden auff Erden Unde & Dii dicuntur, & *Deus fortis judicare in medio Elohim* Psal. 82, 1. 6. qvin hinc est qvod *in hoc requisito* ex divinis nominibus solum *Elohim* ponatur: scil. *judicium est Elohim:* משפט לאלהים הוא ait Mosche Deut. 1, 17. ab hoc *Elohim* seu *à Patre, Fil. & Spir. S. tribus personis*, qvibus autoritativè competit המשפט, etiam Judices terrestres constituti sunt *Elohim* in officio illorum vicario, unde Conclusio fluit talis: *Qui specialitèr repræsentant Elohim supremum Judicem, in officii vicarii & judiciarij excellentia, ita ut exinde dicantur Elohim, illi quoqve specialitèr repræsentare debent Elohim*, totâ praxi judiciariâ. Patet hinc qvàm latè pateat hoc reqvisitum judicis. Uno verbo: Der im Gericht an Gottes statt sitzet/ soll auch in sothanem Richter-Ampt dasselbe thun/ was Gottes ist. Qvod si ergò *Conciliis*, vel *judiciis* hoc unicum inesset, qvod vocatur Hebræis יראת יהוה, statim omnis προσοπωληψία, & illa detestabilis affectuum insania, qvæ mentitur יראת אלהים tota deniq; illa *fraudum, respectuum, corruptionum* pestis, ex judiciis nostris relegata rueret in Morboniam.

Concl. 5. Exemplũ excellentissimũ, ipse noster Messias surculus Isai est: de qvo dicitur Esa. 11, 3. *Non secundum adspectum oculorum: nec secundum auditionẽ aurium judicabit:* sed judicabit egenos justè: & mansuetos terræ, corriget in *rectitudine:* unde autem illud? qvia scil. (uti v. 1. & 2. immediatè præcedit) in illo excellentissimè est יראת יהוה; imò *reqviescit super illum ipse Spiritus* יראת יהוה: &

 ipsum

ipsum odorari ejus, seu *omnis cognitio, omnis sensus ejus*, est ביראת יהוה qvippe qvi cognoscit νεφρὸς καὶ τὴν καρδίαν, ex communicatâ omniscientiâ. Unde patet excellentiam judicii Messiæ (etiam judicii fururi τῆς οἰκουμένης) fundari in excellenti יראת אלהים.

Concl. 6. Atq; ex hoc *spiritu requiescente super Messiam* surculum de radicibus Isai, fluit, eructante illam, unâ cum spiritu, sapientiâ, omnis יראת יהוה in illos qvi *convertuntur ad clamantem, ad redarguentem, & manus extendentem sapientiam*, qvæ proinde non saltem clamat in Ecclesia: sed & in portâ, seu in judicio, qvia nec sine יראת יהוה in Ecclesia vel Politia aliqvid salutare expeditur: nec ipsa יראת יהוה nisi à *sapientia essentiali*, per *eructationem spiritus* impetratur.

Concl. 7. Tertium *Judicis Israelis* reqvisitum ponitur אמת *veritas*: vult enim judices esse אנשי אמת. Succinctè hanc *virtutem* expresserunt Chald. גברין דקשוט rechtschaffene wahrhafftige Männer. Rab. Aben-Esra: שאינם כזבנים, die keine Lügener und Auffschneider seyn. Optumè autem vim vocis expressit Raschi: אלו בעלי הכטחה שהן כראי לסמוך על דבריהם שעל ידי כן יהיו דבריהם נשמעין i. e. *Hi sunt Domini fiduciæ*, ὑποστάσεως, s. qvi sententiæ, *juxta timorem Domini conceptæ* adhærent firmitèr sine fluctuatione, & *sunt sufficientes, ut eis credatur, & ut quis sermoni eorum innitatur, item qui ita loquuntur in judicio, ut clarè & rectè exaudiri possint*, solche Männer/ welche/ 1. wenn sie in der furcht Gottes einen guten Raht gefasset/ mit bestande darüber halten/ nicht hin und her wehen. 2. Welche also im Gerichte reden/ daß man etwas gründliches aus ihrem reden vernehmen kan/ nicht etwan aus Menschen Furcht ihre Rede auff Schrauben setzen/ oder aus unwissenheit reden/ das weder Hände noch Füsse hat. 3. und demnach solche Männer/ die also reden/ daß man auff ihre Worte bauen kan. Probamus hanc expositionem velut accuratam. Notetur occasione loci ex Rabbino jam allegati: habere Rabbinos *tria vocabula* qvodammodo *consonantia*: at sensu *heterogenea*: sc. בראי seu *Baddai* est *mendax*: כראי s. *caddai* est *verax*, s. qvi ita sufficit, ut ei credi possit: וודי *Vaddai*, est ὁμολογουμένως bonus: occurrunt in uno Rabbinorum proverbio: עונש של בראי

אם

אם יאמר וודי אינו כדאי, i. e. Pœna *mendacis* est, ut etiam, ubi dicit, id qvod est *confessum* seu *verum*, tamen non sit *sufficiens*, ut ei credi possit Ultimum deniq; reqvisitum *judicum* hîc exprimitur in שנאו בצע s. *odio habentes lucrum*, atq; adeò est *odium lucri*, *avaritiæ* qvomodo Græci: μισοῦντες πλεονεξίαν, qvæ propriè est *cupiditas plus habend præ aliis*. Chald. סנן לקבלא ממון *qui oderunt accipere Mammon* s. *alient ab acceptione Mammon*, die keine Mammons Diener seyn/ und durch kein Ansehn/ Geschenck/ Freundschafft/ eigene Ehre/ sich wenden lassen/ oder auch das Recht/ und ein gut urtheil verkehren: unde משפט מעקר conf. Chab. c. 1. 2. 3.

Concl. 8. Qværitur 1. *quomodo conveniat huic loco cum altero* Num. 11. *ubi LXX. de senioribus Israelitarum, Mosi adjuncti, & extraordinario signo, prophetandi sc. dono ex indito Mosis spiritu sunt confirmati?* Resp. *autoritas* fuit distincta: illi sc. qvi memorantur Exod. 18. & Deut. 1. sunt adjuncti *Mosi* ut *judici* ad *privatarum causarum & litium* decisionem: hi adjuncti Mosi, ut *Rectori*, ad publicam totius Reip. Israelis administrationem, conf. Exod. 18, 16. Deut. 1, 16. Num. 11, 16. Qvær. 2 An qvæ memorantur Num. 10. de Chobab seu Ietrone sint gesta eodem qvo hæc Exod. 8. tempore? Affirmat. Qvær. 3. An Iitro venerit in castra Israelis ante מתן תורה s. *promulgationem legis?* Resp. Neg. sed *post legem latam jam erecto tabernaculo anno secundo*: probatur 1. ex Deut. 1, 7. 9. 2. ex Exod. 18, 12. 20. 3. ibid. 5. & Num. 10, 29. 30. 31.

LOCUS X. Exod XIX. 5. 6.

Ihr solt mein Eigenthumb seyn/ für allen Völckern: denn die gantze Erde ist mein: und ihr sollet mir ein Priesterlich Königreich/ und ein heiliges Volck seyn.

Concl. 1. Ad alteram nunc Exodi partem accedimus, qvam *Legalem* esse supra diximus, totumqve hoc cap 19. προπαρασκευαστικὸν secundæ partis *Legalis*, ipsiusq; *primæ Legũ promulgationis*, ad qvam venit יהוה ex myriadibus sanctitatis, eiq; adfuit à dextrâ ignis Legalis. In hac ergo παρασκευῇ legali notamus 1. temporis *circumstantiam*, qvam sistit membr. 1. v. 1. in illo בחדש השלישי ab Exodo, sc. seu mense Exodi.

Concl.

Concl. 2. In commemoratione beneficiorum præteritorũ est mentio *portati Israelis super alas Aquilarum*, qvo ex ornithologiâ, & Aqvilæ figura depromto exemplo, paterna φιλοστοργία Dei erga Israelis Ecclesiam, & hujus propugnatio ac custodia commodè describitur: qvin in *uno hoc beneficio* plura occultantur & exhibentur sc. *suppositâ pullorum exclusione, & vitali incubatione*, notatur 1. *status elevationis ex quo* abjectissima & angusta *vilitas:* ubi Aqvilarum nidus, Israelis Ægyptus, *servorum domus:* notatur 2. *status elevationis per quem, & ad quem excelsa sublimitas.*

Concl. 3. Promissio in futurum est 1. *Israel erit* סגלה *summi Dei præ omnibus populis:* ratio est: *quia Deo est omnis terra:* qvæ ipsa dicit 1. *autoritatem absolutam* sc. 1. cui est omnis terra, is liberè potest, hunc vel illum populum adsciscere in peculium, 2. *misericordiam indebitam:* qvi ex omnibus tot ac tantis populis terrarum orbis, unum sine merito vel ratione discretionis adsciscit in peculium, is id facit ex indebitâ & ineffabili gratiâ, conf Deut. 7, 7. 8. cap. 9, 5. Vox סגלה *peculium* notat, item *thesaurum excellenter & peculiariter & propriissimè dilectũ*, Græci per ἐξαίρετον, λαὸν περιούσιον, item περιποίησιν, *i.e. populum peculiarem, eximium, peculiariter acquisitum* expresserunt. Chald. *Eritis mihi* חביבין *dilecti præ omnibus aliis populis.* Atq; hæc est gloria filiorum Dei, qvod sint *propriissimum Dei peculium*, qvod sint ἐν πᾶσι ἠγαπημένοι, *excellenter dilecti, quod sint specialiter desiderati, glorioſi,* & tales *in quibus est speciale summi Patris delitium:* qvod beneficium Johannes intuitus: ἴδετε, exclamavit, ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατὴρ ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν 1. Joh. 3, 1. conf. Tit. 2, 14. & notetur non notari hâc voce in totis scripturis, nisi *tale peculium*, vel *talẽ thesaurum, qui est sacer & Regius*, conf. 1. Par. 29, 3. Eccl. 2, 8. qvæ observatio apprimè huic loco convenit: statim enim explicatur illud סגלה per *Regale Sacerdotium*. Conf. Locus illustris 1. Pet, 2, 9.

)*(

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729724883/phys_0298
DFG

Puteum illum *Cantico nobili honoratum* Num 21.
t 19. cum Israelitis descendisse, & ascendisse,
s deserti, memorat in l. alleg. ex Rabbinis *Raschi*:
orali puteo, item de *corporali petrâ* e. c. in Choreb,
n.: de spirituali *Petrâ*, verum: verè enim bibe-
λικῆς ἀκολεθέσης πέτρας: *Petra* verò illa, fuit
scil. efficiens illius aqvæ, qvæ fluebat de petra
sch: unde & in primo petræ miraculo, *Ecce*, ait
ego constituturus sum super petram illam, in Choreb.
, consistit in admirabili illa & extraordinariâ
ca actione, super *petram*, vel in illâ petra corpo-
t ex illa percussa fluant aqvæ. Patet ex dictis
ἡ πέτρα ἦν ὁ χριστὸς, 1. Cor. 10, 4. non esse Me-
cto: vere enim & sine translatione Christus fuit
idemq́ עמר יהוה הצור .

LOCUS V.

Exod. XVII. 15.

t Mosche altare: ויקרא שמו יהוה נסי
: ופלח עלוי קדם יהוה דעבר ליה נסין
per illum, coram Jhovah, qui fecerat illi signa mi-

ελος μου καὶ φυγή, id est, *Vocavit nomen ejus*
ium meum.

Dominus miraculum meum, (i. e. *Non no-*
miraculum, & misericordiam Dei factum est illud.)
vocavit nomen altaris: IHOVÆ vexilli mei.
vocavit nomen ejus: Dominus exaltatio mea.
Et vocavit nomen ejus: Altare Domini vexilli mei.

Mose bauet einen Altar/ und hieß ihn: Der
das ist: Mein Panier.)

pa illa נסי יהוה non stant *Syncategorematicè*:
categorematicè: sed perfectè *enunciativè*: & adeò